

cuiquam possit esse quid aut quid alienum sit

Antequam vos ad humanitatis et eloquentiae studium sedulo cohortemur Auditores Id quod ~~ab~~ optimo quoque et erudito maxime preceptores cum toto fere anni discursu tum in hac inveterata huius huius ~~felicis~~ ingressus consuetudine quoad longissime potest nostra memoria respicere in consuetudine traxisse reperi, exponam ~~Tibi~~ breviter omne consilium profectionis et reversionis meae Quod cum auditis non dubito quam miremini vereorque ne perinde intelligi audita possit atque ego ipse proferens sentio Non enim unquam pedem huic discessi~~mus~~ presto semper meis adfui quam ~~assiduitatem~~ debet preceptor assiduitatem discipulo prestare prestiti Me perpetuum Hostem huius illustrissime domus arae focique viderunt. quae est igitur haec mea profectio quae reversionem quae reversio quae profectionem non habuit Hunc ~~vobis~~ ex animo scrupulum qui vos stimulat ac pungit dum breviter evello quaeso diligenter attendite.

Cogitanti mihi et dies noctesque ~~reputanti~~ animo perpendenti quodnam esset vitae genus tum naturae tum fortunae meae accommodatissimum: ~~non~~ tam ~~divinitus quam~~ humano consilio quam divinitus sese pre ceteris obtulit gravissima illa et sanctissima legum iurisque sapientia quod ea ~~tanquam~~ arctissimum quasi totius civitatis vinculum intelligeremus eo revulso nihil esse quare exploremus cui quam possit esse quid aut suum aut quid alienum sit Nihil esse quod aequabile inter omnes atque unum omnibus esse possit Movebar eius artis admirabili ~~admirabili~~ et naturali quadam amplitudine dignitate excellentia Nam quid est

[illegible]

[illegible]

Deo quibus do quibus Nunc [illegible]

elegantius ad hominum existimationem. Equius ad
levandam afflictorum calamitatem Vehementius
ad improborum libidinem coercendam. Nullam
equidem aut certiorem aut tutiorem ad omnium honorum
et dignitatum orbem peragrandum via rationeque
reperi. Accedebat amicorum voluntas
consensus consilium adhortatio quae me res vel
nolentem et invitum trahere potuisset.
In hanc igitur nostro natura fortuna amicorum
denique consilio designatam Iurisprudentiam
cepi robur ac vires omnes intendere in eaque
meum laborem et diligentiam impendere. Eterum
cum ~~videre~~ attentiusculae meum pensitarem ~~quantum~~ tantum
~~ad~~ ~~ei~~ illi disciplinae ~~adferrent~~ adiumenti
~~artes humanitatis et~~ eloquentiae et humanitatis
artes adferre ut hic sine ~~illis~~ his illa prorsus
abiecta in manca languida sterilis ac
sine quasi spoliata patrimonio appareat
illis omnem meum tempus transmisi ut paratior
ad usum forensem promptiorque esse possem.
Ex his autem omnibus duae potissimum ~~moralis~~
Philosophia illa moralis quae dicitur et oratoria
facultas arriserunt atque his ~~maxime~~
naturali quodam impulsu et nescio quo
genio sum vehementer oblectatus. Quarum
utramque Mille Tullius Cic. ex omnibus latinis
solus ornate copioseque tradidit. In

Cicerones

Quid? Cum essent de mea profectione facti
Et ex me pro etiam aliunde facti certiores
Ut meum iter retardarent profectionemque
meam impedirent modis omnibus elaborarunt
Hunc autem itineri has opponere ut maximas
Quid tu inquit Mi Castellane usque adhuc
animum demittes et contrahes. Quum tu
honori potius et gloriae incumbas
Aliquando nomen hoc tuum hactenus obscura
fere semper subiunxisse caligine nunc
primum se exercere et in vulgus emanare
Te etas permonet ut at non usque adhuc
proiecta ut non tibi temporis ad iuris
civilis studium plurimum superfuturum
Habes discipulis iuventutis non ingratam
in te voluntatem. Da nobis hoc concedere
quod facile est quod honestum quod non iniuriosum
ita fiet. ut non nobis modo sed tibi etiam
magis gymnasche denique ac iuventuti
gratificabere. Quid impie praeceptori
chariissimo praesertim et iusta petenti et
~~plus~~ praeclara accipienti quicquam denegabis.
Moneant gravissimorum omnium oratio
Moneat charitas et
Moneat gloria.

Omnimodo fluminibus marsus vallis
aggeribus copiis ita sum meis interclusus
itinere ut quemadmodo in vobis profectus
eram ita ad vos sum reversus et meam apud
vos diligentiam gymnasiarche sum bona
fide pollicitus in qua re non non
[illegible] auditores [illegible] perfectionem
potestis intelligere sed [illegible] Nos sum
hec ut intelligatis hominem ad
vos redisse qui suam operam et sedulitatem
vobis in hoc munere professorio studiose
pollicetur. qui non sit ut plerique alii
sed vobis non quaestus vestre omnium
benevolentiam emerende gratia circa
eorum maxime librorum interpretationem
exsabitur qui [illegible] et ingenio.
[illegible] idonei videbuntur vobis
quam eam prestabit assiduitatem ut ne
[illegible] ut non prius a vobis pedem
discedet quam et oratoria si placet
et [illegible] poetica si placet orationem
componetis et apto collocetis. Quod ut
commodius fiat eiusmodi libro hoc
toto anni discursu ita vobis enarrabo
ut ab institutionis [illegible]
oratoriis [illegible] quas aut Cic aut ipse
fabius splendide copiose que tradidit
horam octavam nunquam immunem esse
sentietis

ad ~~Quodecimam vobis~~ upponet
Sub meridiem ut paulo gratiore ab
palatum recreetis upponam vobis me
ex omnibus rethorum ~~Arist. hier. fab.~~
~~libr~~ flosculis collectum eo vos libros
carthaginenses obliviscetis et in ~~ingenium~~ mente
recondetis. Ad tertiam proponam libellum
horatii de arte poetica Sc. Cuius utilitate
si dicerem verum me in infinitum
nostra delaberetur oratio. Ad quartam
librum de officiis tertium qui praeter suam
adhuc duorum aliorum sibi sententiam
retinet. Inter vos calamus et atramento
accingite. Denique nunc ad alteram partem
quae meae prolusionis quae propius coniuncta est
cum officii mei ratione ~~Nunc~~ Antea dicebam
hominem ad vos rediisse qui operam sedulitatemque
vobis studiose polliceretur. Sed interim
vestre partes studii et assiduitatis erunt ne
me frustra laborem sumere patiamini. Artium
praeventus non est opus commemorare. Intuemini
unumquemque eorum qui vel mediocriter studiis
dediti se ad Bep. vel ad aliam graviorem
facultatem adiunxerunt progressus honorum
ac dignitatum fortunasque amplissimas reperietis.
Ay vero obscurum est plebeios et infimo
loco natos homines ad primos quotidie ordines
nepe ad summa rerum fastigia hac una
commendatione provehi. Quibus tandem
gradibus Pardentissimus ille noster
Cancellarius supremam galliae conscendit urbem

M. T. CICERONIS

Philippicæ, diligentissime ad exemplar fidelius repositæ: & quinq; Commentariis, M Aturantii, Beroaldi, Trapezuntii, Hegendorphini, Sturmii, & scholiis Ascensii, & indice illustratæ.



PARISIIS,
Ex officina Michaelis Vascosani in via quæ est ad D. Iacobum sub Fontis signo. M. D. X X X V I I.

IODOCVS BADIVS ASCENSIVS, CICERONIA

næ Phraſeos, id eſt totius eloquentiæ Romanę miratori ſtudioſo ſalutem.



Vod mihi à teneris (vti Gręci dicũt) vnguiculis ĩvotò fuit & magno deſiderio, quódq; paulò alti⁹ à prima inſtitutione velut à ſtatione quapiam prouecto, genij quidẽ & præceptorũ ĩſigni bñficio, ſed multo maiore motoris & gubernatoris oĩm ſupremi numinis, etiã in ſpe aliqua eſſe cœperat, id quaſi mordicus, vt Cynegir⁹ ille hoſtilẽ nauim totũ corporis tũ animi virib⁹ retinere conat⁹ ſum: vt videlicet pro virili mea, & talẽto mihi à deo credito, per literarum promotionẽ rem Chriſtianã iuuarẽ. Viſum eñ mihi fermeq; perſuaſum erat, vt quiſq; optime Hebraice, Gręce aut Latine ſciret, ita ad diuinorũ eloquiorũ intellectionẽ eſſe & fuiſſe ſẽp aptiſſimũ: argumẽtoq; nõ futili fuere perſuaſionis noſtrę antefignani defenſores: Græci, Baſili⁹, Gregori⁹, Chryſoſtom⁹, Didym⁹, plureſq; alij: Latini, Hilari⁹, Hieronym⁹, Ambroſius, Auguſtin⁹, ſexcẽtiq; alij. Neq; enĩ fieri poteſt, vt qui literas interiores & dicẽdi rationẽ caluerit, diuinarũ etiã literarũ arcana, licet ſybillino cõpendio & ænigmate inuoluta, nõ lõge veriꝰ ac literarũ imperit⁹ accipiat. Nõ tamen cõtinuo, ſi quis literas norit, & pi⁹ & catholic⁹ eſt habẽd⁹. Litera enim & ſciẽtia, vt Vas electionis dicit, occidit & inflat: ſpirit⁹ autẽ & charitas ædificat: hoc eſt, vt ego quidẽ nũc ĩterpretor, quę ſine ſpirituſſancti inſpiratione, qua eccleſię noſtræ ꝓceres illuminati ſunt, ſcili literarũ innitũtur peritię, facile ĩ errorẽ decidũt. cõfidũt enim fruſtra ſe poſſe diuina pri⁹q; credãt, intelligere: cũ ſcriptũ ſit, Niſi crediderit is nõ ĩtelligetis. Error igitur taliũ, non literarũ peritię, ſed ipſorũ imputãdus eſt ſuperbiæ. Tũ enim intellect⁹ noſter à Spiritu ſãcto nõ direct⁹, q; ſenſus corporalib⁹ illecebris irretit⁹, in errorẽ labitur. Sed de his aut nos alias, aut alij dicẽt prolixiꝰ. Vt vero ad inſtitutũ redeã, operæpreciũ, vt dixi, factur⁹ mihi ſẽper viſuſſũ, ſi ad literarũ meliorũ illuſtrationẽ ſymbolũ afferrẽ: ideoq; florẽtib⁹ adhuc ãnis poëtas præter cæteros emũctę naris, familiari⁹ expoſui: nũc autẽ ſenior ad rhetores & oratores explicãdos animũ adiecit. Et quia ĩ Quintilianũ donec pueroq; nãciſcar, ſatis luminis adduxi: ad M. Tullij Ciceronis Orationes Philippicas integritati priſtinæ reſtituẽdas, veluti ad eloquẽtiæ Romanæ faſtigij primũ applicui ſtudiũ. Vt eñ ille omniũ mortaliũ calculo & ſuffragio, ĩ eloquẽtia Togatorũ facile euaſit prim⁹, alioſq; ĩ alijs operib⁹ dicẽdi felicitate euicit omneis: ita ĩ hoc opere, ſeipſũ ideſt humanas vires ſuperaſſe, & cũ prĩcipe Gręcorũ Demoſthene, dubia de victoria cõtẽtione certaſſe viſ⁹ eſt. Quocirca vt ille, ita & hic, ĩ quib⁹ vterq; excelluit maxime, Philippicas ĩſcripſit: opera ꝓfecto ob excellẽtiã ĩuidioſa & authorib⁹ iniqua. Ad has autẽ ĩ M. Antonĩũ Philippicas id luminis nũc attuli, q; eas ad vet⁹ è bibliotheca celeberrimo diui Victoris exẽplar cõtuli, & in ſexcẽtis locis ĩtegritati priſtinę reſtitui. Cõmẽtarioſq; ĩ ipſas emiſſos miſere deprauatos emẽdaui, & iuſto indice illuſtraui: vt noſtra hęc recẽs editio cõferentib⁹ eã cũ pri⁹ vbiubi emiſſis locupletiſ fuerit teſtimonio. Hoc ne ignorares, te admonitum volui. Vale. Ex typographia noſtra apud Parrhiſios ad Nonas Octobris, M. D. X X I X.

INDEX SERIE LITERARIA.

Rerum & verborũ in ſequentibus Cõmentarijs inſignium Index ſeu tabella ſerie literarũ

A

Abſtineo. 165.
Acceptũ referre folio 37.
Accepti & expenſi codex 51.
Accius 28.
Accipio 8.
Acta 14.
Actus extremus 47.
Actuarij 14.
Adiudico 171.
Ad Lepidum abſentem verba 210.
Ad Opis 17.158.
Aerarium 111.
Aeuitas 128.
Ago gratias 14.
Ago & habeo grãs 14.
Arrectus 162.
Aeſtimare 120.
Agere cũ populo 71.
Ager campanus 158.
Allicothoum 117.
Alauda 19.
Albus atérue 51.
Alea 58.
Alumnus pacis 142.
Amatius 3.4.24.
Amantia 188.
Amneſtię lex 2.
Anagnia 82.
Andronitis 79.
Auius 126.
Annominatio 214.
Anomine deducta argumenta 66.
Annibal 10,
Annus vertens 212.
Anteſignanus 66.
Ant.quõ factº cõſul 35.
Anto.mores 30.
Ant.pmiſſa cuſtodia 8.
Antonij fratres 144.
Antonius ebrius 122.
Anſeres 208.
Apparitor 72.
Apotheoſis 85.169.195.
Apotheca 64.
Appollinares ludi quibus impenſis 26.
Apollinarium ludorum inſtitutio 27.
Apollonia 171.
Appellatus de pecunia 67.
Appiº Claudiº cęcº 10.
Appia via 141.
Apuleiana pecunia 216.
Atauus 97.
Athenienſiũ laus 117.
Attributa perſonę 39.
Atrox 99.
Arenarij 103.
Aricia 96.
Ariſtonicus 185.
Ars prima 165.
Athenienſium lex 234.
Auctio 67.
Auguratus 33.
Angurum collegiũ 33.
Augurũ authoritas 21.
Auguſti ĩpudicicia 95.
Aulula 235.
Auguſti & Antonij diſſentio 30.
ἀυτόχθωρ 20.

B

Ella ciuilia quinque 152.
Bellis 188,
Beneficia 72.
Bibuli cõſulatus 41.
Brunduſium 6.
Bruti edita 26.
Bruti acta 167.
Brutus Accij 28.
Buſtum 4.

C

Aduce 170.
C.amatiº 3.4.24.
Cæſar cõpellatur rex 26.
Ceſaris clementia 66.
Calceos mutantes 215.
C Voconius 96.
Calphurnia 14.
Calligę 69.
Capitale 124.
Capitium 69.
Cappa 116.
Captiui frugi 159.
Carbo 123.205.
Caſca 216.
Caſcæ 45.
Caſſij in tyrannos odiũ & ĩ Cęſarẽ bñficiũ. 43.
Caſſia 70.
Caſſilinum 81.
Caſſinum 51.
Catamitus 70.
Catilinę mores 111.
Cato vulneratur 171.
Cato Vticenſis 37.
Cellavulgo capella 40
Cenſus 96.
Centuriata 16.
Centuriata comitia 17.
Cereris & Veneris antiquum.fœdus 235.
Ceruices 180
Charonitę 14
Charybdis 94.

Chirographa 116.
Chiropharius 116.
Chirographum 14.
Cic.cur ad Pomp.tran-
Cic.cur vetulus iuuen-
culam duxerit 235.
ſijt. 48.
Cic.exiliũ & redit⁹ 10.
Cic.Ioci 49.
Cic.puſilanimis 46.
Cicero placabilis 172.
Ciceronis filius. 167.
Cic.ſcommata in Vati-
nium 172
Cimber abstemius 45.
Cinna 26. 150.
Cinnæ motus 205.
Circunſcribere 57.
Ciſium 70.
Citeris. 60.
Claterna 150.
Clauſula 222.
Climax 195.
Cliterna 151.
Cn.Carbo 102.
Cn.Domitius 171.
Cn.Octauius & Octa-
uiorum origo 162.
Cn.Pompei iucũda cæ-
des 126.
Coagmenta 146.
Cœnotaphium. 233.
Cogi 71.
Coire ſocietatem 44.
Comitia 16. 216.
Comitiales 16
Commentaria 2.
Commentarius 2.
Compillare 103.
Coeui facere 119.
Columen 214.
Columella 214.
Columna 5.
Columna euerſa 6.
Conchylia 64.
Conciliatio Cæſaris,
Pompei, & Caſſi 171.
Concio 107. 139.
Confido 10.
Confiteri 38.
Conformatio 67.
Cõgiariũ donatiuũ 87.
Congiarium 87. 88.
Conniueo 16.
Cõſciẽtię tormẽta 180.
Conſeſſus 116.
Cõſpitatio ĩ Cęſarẽ 42
Conſualia 27.
Conſules 12.
Contineo 165.
Contumelia 99.
Cooptari 208.
Cornelij 117.
Cornua aciei 222.
Cortyna 117.
Cotyla 114.
Coruinus 129.
Crapula 45.
Craſſus 185.
Crates 116. 155.
Critias 2.
Crudeles 110.
Cuniculi 98.
Curiata 16.
Curio 32.
Curionis mors 35.
Curriculum 143.
Cydas 116.
Cyda 158.
Cydnus 43.

D

Decẽpeda 226.
Decius 129.
Decoquere 53.
Deierare 199.
Decempedator 219.
Decurio 145.
Decumani agri 51.
Decuriæ iudicium 17.
Dedecus 104
Deiotarus 77.
Deiurium 199.
Demetrij diuitiæ 208.
De ſcripto 169.
Dſiderare 234.
Detrecto 169.
Deuius 126.
Dextera fideiſacrata 78.
Dialyton 177.
Dicax 70.
Dicta 51.
Dictator 3.
Dictatura 3.
Dicteria 51.
Diruptus 214.
Dirutus 214.
Diſceſſio 229.
Ducere ordinem 19.
Diuortij cauſſæ 66.
Dolabellæ fraus 23.
Dolor 140. 177.
Dolor nõ eſt malũ 180.
Dolor 104.
Domitius 43. 53.
Domus ê Repub. edifi-
cata 11.
Draco theſauri Cu-
ſtos 208.
Dyrrachium 171.

E

Ecce tibi 177.
Ecce 5.
Eculeus 179.
Edormio 45.
Edicere 5.
Eiurare 199.

Epeus 46.
Epheſus 96.
Equo troiano ĩcluſi 46
Equus troianus 46.
Ergo 27.
Eſſedum 60.
Eutrapelus 206.
Exaugurari 85.
Exhedra 60.

F

Faber 10.
Faberius 14.
Facies 51.
Faſtigium 85.
Ferre in oculis 136.
Ferre penſum 138.
Fiducia laudata 31.
Fimbria 150.
Finitio 163.
Firmum 147.
Flamines 85.
Flaminium 221.
Flaminia 221.
Fragellę perfidioſę 97.
Frugi 66.
Fulmen 73.
Fulminũ portẽta 80.
Fuluia triũ vxor 36.
Funus Cæſaris 5.
Fundamenta iacta 19.
Fundus 82.
Fuſius Calenus 152.
Fuſtuarius 95.
Fuſtuarium 95.

G

Gabinius 230.
Galliarum diuiſio 157.
Gallicæ 69.
Gallorũ reſpõſum 189.
Gladiatorũ genera 103.
Greges armentorũ 103.
Gymnaſium 162.
Gynecæum 79.

H

Habeo gratiã 14.
Halienus 190.
Haſta 62.
Helea 8.
Heluari 63.
Heluo 62.
Hernici 137.
Hippias 61.
Hirtij & Pãſę mors 232.
Hiſtoria legis de obliuione iniuriarum 2.
Hiſpani Milites 107.
Honorũ nomina 84.
Hypotheca 64.

I

Ianus medius 138.
Ianus mediꝰ 145.
Imperatoris nomẽ 226.
Imperator 230.
Inaugurari 85.
Incidere in æs, in marmore, gẽma &c. 14.
Incuruiceruicum 180.
In diem viuere 76.
Indoles 129.
Inquilinus 82.
Inſimulo 80.
Inſulæ 170.
Interdicere aqua & igni 20.
Interamna 82.
Interceſſio 57.
Interuertit 71.
Ithyrei 40.
Inuſta nota 24.
Inuſtum 220.
Ioci Ciceronis 49.
Ioue tonante 18. 114.
Iſis 11.
Iudiciorum diuiſio 16.
Iugerum 51.
Iulia 37.
Iulij Cæſ. triũphi 230.
Iunia lex 115.
Iure vocatæ 73.
Iuſtitium 124.
Kappa tria peſſima 116.

L

Lacerna 68. 69.
Lælij 73.
Læliꝰ ſapiẽs 184.
Laniſta 220.
Laodicea 162.
Lartes Tolũnius 162.
Lar 68.
Latera Oratoris 214.
Latine 145
Latrocinium 192.
Legatio vicina & libera 6.
Leges annales 128.
Legionum nomina 91.
Legio 138.
Leontinũ nomina 51.
Leontinus ager 158.
Lepidi 207.
Leues 69.
Leucopetra 8.
Lex 14.
Lex Iunia 115.
Lex 189.
Lex de iudicibus 16.
Lex de vi & maieſtate 19.
Lex Didia 115.
Lex Fuſia & Helia 21.
Lex naturæ 189.
Lex quid 67.
Lex Traſybuli de obliuione iniuriarum 2.

Libellus 79.
Liberi 2.
Libertini 31.
Librarius 169
Licitari 67.
Lubricus locus. 60.
L. Nasidius 147.
L. Quīitius Cincinat⁹ 3.
Lucius Piso 8.
Lucius gladiator 145.
Luculli 37. 170.
Lupercalia 74.
Lustrant vrbem bis equites 138.
Lustra 33.
Lustrari 33.
Lustratio apud Macedones 196.
Lustratus exercitus 196.

M

MAcerarij 103.
Magni cognomentū 127.
Malum inteiectio indignantium 12. 15.
Manipulares 116.
Marcellus 215.
Marci vatis carmen 27.
Mar. Ant. orator 26.
Marcus Brutus 44.
Marcus Lepidus 210.
Manlijs ablatum est cognomē Marcorum ob vnius ambitum 24.
Mar. Varro 81. 83
Marij fuga 151.
Marius iunior 205
Marrucini 147.
Marsicum bellum 159.
Marsi 159.
Martiales 108.
Massilia 155,
Mecœnatis turpe votum 102.
Meminisse quorum iuuet & quorum non 104.
Mendicus 120.
Meniana columna quæ sit 166.
Mensis vertens 213.
Meritorij 82.
Metator 226.
Metari 182.
Militiæ genera 149.
Misenum 55.
Mœror 177.
Monetales 141.
Monstrum 110.
Monimentum 233.
Mors matura 88.
Mors naturę pœna 178.
Mortui 88.
Mos puniendi damnatos 3.
Mulcta 12.
Mumius 185.
Mylasa 120.
Myrmilio 103.

N

NArbo 47.
Natio 18. 20.
Nausea 74..
Nebulo 68.
Nequam 70.
Nerui belli 114.
Nescio quis 182. 222.
Nomina iudicum in æs incidi 117.
Norbanus 202.
Nouæ tabulæ 137.
Noui 162.
Noui homines 162.
Nucula 138,
Nudiustertiusdecim⁹ 113
Numantia 111.
Nundinæ 16. 48.
Nuncupata vota 120.
Nuncuparata & concepta vota 94.

O

OBitus 189.
Obnunciare 71.
Obnūciatio 21.
Obtoleo 82.
Occidio 234.
Occidisse qui dicat 163.
Octauij honores 111.
Octauius 205.
Oderint dū metuāt 27.
Odium Vatinianū 172.
Officina 48.
Onosander 84.
Opis 16.
Oppilare 40.
Oppilatio 40.
Opis 1.
Oricum 188.
Othonis lex quæ & theatralis 53.

P

PAlladium 188.
Palliati 117.
Palmaris statua 138.
Paludamenta 99.
Paludes pontinæ 114.
Pāsę & Hirtij mors 232.
Parta bene 64.
Partus 64.
Parere 87.
Patriæ parens 46.
Parentalia 12. 13.
Parentare 12. 218.
Parricida 38.
Parma 225.

Paruuli allidẽdi ad petram 123.
Paphum 49.
Parturire 88.
Patres Cõscripti 1.
Patroni 84.
Peculatus 197.
Pedestres statuę 165.
Pedibus in sententiam ire 229.
Pendere pœnas 79.
Pensum ferre 138
Perditum 90.
Peristroma 64.
Personę 64.
Phari 85.
Phornax 45.
Pijssimum 211.
Plausus 28.
Pœnę militares 95.
Polentia 233.
Polyandrium 233.
Pompei tres 202.
Pompei in adolescentia facinus 127.
Pompei Ciceronisque amicitia 50.
Pompeius 37.
Popina 66.
Popinę 65.
Popularis 155.
Portius latro 62.
Possessio 120.120.
Prędes 70.
Prędecturę 60.
Prędrogatiua 72.
Prędludere 225.
Prędrogatiuę 73.
Prędscribi 115.
Prędscriptio 115.
Præs 70.
Prędsidere 126.
Prędstrĩgere aciẽ aĩ 195
Præteriti 52.
Prætori quando abesse liceat 46.
Prętexta 53.
Pręuaricator 41.
Probrum 80.
Prodigium 110.
Profligatum 90.
Proludium 225.
Promulgare 16.
Promulgari leges 20.
Promulgata lex 15.
Propago 12.
Propręton 128.
Prouinciarum sortitio & diuisio. 16.
Prouocatio 19.
Prosopopeia 67.
Puer Octauius 107.
P. Decius 182.
P. Metellus 153
P. Nasica 153.
P. Scipio 185.
Puluinar 84.
Puluinaria 235.
Punctum 45.
Puteoli 83.
Pyrrhus 10. 184.

Q

Quadratum agi men 89.
Quęstores 166.
Quid 26

R

Ratio 189.
Recipere 131.
Redẽptor 166.
Refigere 206.
Refragari 185.
Repręsentari 87.
Resſuas ſibi habere 66.
Retexo 46.
Rheda 60.
Rhegium 8.
Rogandarũ ſententiarum ordo 124.
Romul⁹ augur 64.
Roscia lex 53
Rostra 63. 94.
Rubicon 134.
Rudis 63.
Rullus maximus 129.
Rupti 214.

S

Saga 151. 124.
Sagum 124
Sagmatici 142.
Saguntus 120.
Sallus 51.
Samarius 178.
Sancio 22.
Sanguinarij 111.
Satisneri 54.
Saxa rubra 70.
Scatinię leges 96.
Scalę Gemonię 4.
Scęuola 159.
Scipio desertus 202.
Scipio africanus 130.
Sector 62. 42.50.
Seducere 162.
Senatusconsultum vt fiat 226
Seminarium 206.
Semurius 138.
Senatus vnde fo.1.
Senatores patres 1.
Senior 130.
Septem viri 80.
Septem virum 124.
Sepulchra familiaria 2.

&hęreditaria 166.
Sepulchrum pluſq̃ ſta-
tua eſt. 166.
Serapis 1.
Sermocinatio 67.
Serpo 4.
Seruare de cælo 72.73.
Sertorius 185.
Ser. Sulpitij excellen-
tia 165.
Seruitus 94.
Seruilius 37.
Seſtertius 53.
Seſtertium 82.
Sica 34.
Sicarij 34.68.
Sidicinis 83.
Siſapo 54.
Smyrna 178.
Soboles 58.59.
Solum vertere 118.
Soror patruelis 80.
Spartacus 99.
Spectatus 66.
Spectio & iſpectio 73.
Spirare 197.
Stabula 65.
Statua 51.
Statuę equeſtres 127.
Strator Iuppiter 62.
Subhaſtare 61.
Subhaſtatio 62.
Subſellium 119.
Subſipere 119.
Succenſere 103.
Succeſſiua tempora 40.
Sueſſa 93.
Suffragia voce data 185.
Suffragia ſcripta 185.
Suffragia tacita 185
sulpitius 160.
Superbus 92.
Supplicationes 10.12.
Supplicationes decer-
nendi mos 226.
Supplicationũ honos 37
Sycionij calcei 69.
Syllę & Marij mot⁹ 202.
Syngrapha 14.
Syngraphę 116.
Syracuſę 6.

T

TAbellarię leges folio. 185.
Tabula 48.
Taberna 47.
Tabellæ nouæ 173.
Telluris templum 1.
Tellus 1.
Territorium 81.82.
Terminus 201.
Terminalia 201.
Teſtamentum 84.
Teſtamenta tribus mo
dis inualida 170.
Threcidicis 145.
T. Flaminius 130.
Tralles 96.
Tranſitio 143.
Tranſmiſſio 6.
Traſybuli fuga 2.
Trebonius 44.177.
Tetrarchia 78.
Tribunitia poteſtas 21.
Tribuni militares 138.
Triclinia 65.
Triginta Athenis ty-
ranni 2.
Triumphus de Maſſi-
lienſibus 155.
Triũphi Iulij Cęſa. 30.
Trinundinum 16.
Tullius Cimber 44.
Tumultus 149.
Turma 145.
Tyrãnoctoni 46.
Tyrus 191.

V

VAcatio 124.
Vari 216.
Varius 143.
Vatinius prętor 172.
Vrbs pro ciuitate 5.
Vecticularia vita 64.
Vectigales 61.
Vectigalia 20.
Vector 147.
Velia 8.
Veneo 218.
Veneris conciliatio 235
Veni, vidi, vici 230.
Verba in rio 88.
Vicarij 194.
Videlicet 38.
Vię publicę 201.
Vineę 155.
Vitę 211.
Vitellius 110.
Vitiũ & calamitas 118.
Viuendi cupiditas 102.
Vltima ꝑ vlteriori 141.
Vltra mortẽ ſęuiętes 171
Voleſus 111.
Volumnia 60.
Volumnia Mima 40.
Vopiſcus 181.
Vſquam 1.
Vrbinates prĩcipes 200.
Vtica 101.
Vtri noſtrum 219.

Finis Tabulę.

RRA 8= 697

1158115270

ANNOTATIONES PHILIPPI Beroaldi compendiariæ in Philippicas. M. T. Ciceronis.

DEmosthenes Oratorum Grecorum longê princeps ac penè lex orandi, Orationes luculentas in Philippum Macedonũ regem condidit, quas ob id Philippicas vocauit, omnibus oratoriis virtutibus eminentes. In quibus non tam vtilitati Athenienſium, quæ pleriſque Rhetoricis doctoribus materiæ deliberatiuæ eſt finis, quàm honeſtati conſulit & gloriæ. M. Tullius cum ſe totum ad imitationem Græcorũ cõtuliſſet, maxime Demoſthenem eſt æmulatus. Illum habet archetypon exemplar, illum cum primis admiratur, eumq; omni præconio laudis extollit. Cuius nomini ac penè numini tantum tribuit, vt Orationes in M. Antonium Triumuirum ſtilo bellatorio fulminantes Philippicas appellauerit: quæ & Antonianæ nominantur. In quibus non minus clarum quàm in forenſibus orationibus eloquentiæ lumen effulget.

Philippicæ Demoſthenis.

Philip. Cic.

¶ A declamatoribus inter ſcholaſticas controuerſias hæc maxime ſuaſoria celebrata eſt. Deliberat Cicero an promittente ſalutem Antonio Philippicas comburat, omnes pro libris Ciceronis ſolliciti fuerunt. Eam ſuaſoriæ partem declamantes, quæ conſilium dat, omnia illi potius ſubeunda ſupplicia, quàm monimẽta ingenii ſui ipſum exurere. Apud Quintilianum reperio alteram quoq; huiuſce ſuaſoriæ partem fuiſſe tractatam. Sic enim ſcribit, Quare & cũ Ciceroni dabimus conſilium, vt Antonium roget vel etiam vt Philippicas, ita vitam pollicente eo, exurat: non cupiditatem lucis allegabimus. hæc enim ſi valet in anima eius, tacentibus quoq; nobis valet. Sed vt ſe Reipublicæ ſeruet hortabimur. hac illius op⁹ eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat.

Declamatio.

Ceſtii Declamatoris elogium illud eſt de Cicerone dignum ſcitu, nec indignũ memoratu, quod ſic inquit: Si ad deſideriũ populi reſpicis Cicero, quãdo perieris, parũ vixiſti: Si ad res geſtas, ſatis vixiſti: Si ad iniurias fortunæ & præſentem Reip. ſtatum, nimium diu vixiſti: Si ad memoriã operum tuorũ, ſemper victurus es. Dixit idem Ceſtius, Nũquid opinio me fefellit. Intellexit Antonius ſaluis eloquentiæ monimentis non poſſe Ciceronem mori, ad pactionẽ vocaris, qua pactione melior in te pars tui petitur. Si occidetur Cicero, iacebit inter Pompeium patrem filiumq;, & Afranium Petreiumq;, Q. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc ſucceſſore generis. Si ſeruatur, viuet inter Ventidios & Caphones & Saxas: Ita dubium eſt an ſatius ſit cũ illis iacere, an cum his viuere. Aſſere te potius libertati, & vnum crimen ini-

Ceſtij de Cic. elogiũ

mico adijce:fac Antonium moriendo nocentiorem.

Aur. Fusci. elogiũ de Cicer.

Ab altero quoque declamatore disertissimo Aurelio Fusco decẽter dictũ est: Quoad humanum ingenium incolũme manserit, quandiu suis literis honor, suum eloquentiæ precium erit, quandiu rerum natura aut forma steterit, aut memoria durauerit, admirabile posteris vigebit ingenium, & vno proscriptus seculo proscribet Antonium omnibus. Crede mihi vilissima pars tui est, quæ tibi vel eripi vel donari potest. Ille verus est Cicero, quem proscribi Antonius nõ putat, nisi à Cicerone posse. Non ille tibi remittit proscriptionem, sed tolli desiderat suam. Si fidem deceperit Antonius, morieris: si præstiterit, seruies: quod ad me attinet, fallere malo. Per te M. Tulli, & tres & sexaginta annos pulchre actos, per salutarem Reipublicę Consulatum, per ęternam si pateris ingenij tui memoriam oro & obtestor, ne moriaris, confess⁹ quod nolueris mori. M. Cicero sanguinaria Triuũirali illa proscriptione proscriptus sub aduentum triumuirorum cædẽs vrbe, primo in Tusculanum fugit: inde transuersis itineribus in Formianum, nauim conscensurus proficiscitur. Vnde in altum prouectus cum modo à ventis aduersis retro ferretur, modo ipse iactationem nauis cæco voluente fluctu pati non posset, tædium tandem eum & vitæ & fugæ cepit. Regressusq; in villam, moriar, inquit, in patria sæpe seruata. satis constat seruos fortiter fideliterq; paratos fuisse ad dimicãdum: Ipsum deponi lecticam & quietos pati quod fors iniqua cogeret iussisse. Ecce tibi præsto adest Popilius olim â Cicerone defensus, quẽ cũ armatis militibus postquam aduẽtare prospexit, accede, inquit, veterane & incide ceruicẽ. Itaque prominenti ex lectica præbentiq; immotam ceruicem caput præcisum est, relatumq; ad Antonium. quo viso lætus dixisse fertur, Peracta proscriptio est, iussuq; eius inter duas man⁹ in rostris positũ, vbi ille Cõsul, vbi sæpe Cõsularis, vbi eo ipso anno aduersus Antoniũ, quanta nulla vnquam humana vox cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat: Vir sane fuit magn⁹, memorabilis, ac pene diuinus: & in cuius laudes exequẽdas, Cicerone laudatore opus fuerit. Ciceronis mortem Cornelius Seuerus isto elegantissimo carmine deplorauit.

Cic. proscripti cas⁹.

Popilius ingratus.

Abstulit vna dies æui decus, ictaq; luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.
Vnica sollicitis quondam tutela salusq;,
Egregium semper patriæ caput, ille Senatus,
Vindex ille fori, legum, rituq;, togæq;,
Publica vox eius ęternum obmutuit armis.

FRANCISCI MATVRANTII PERVSINI
viri eruditissimi in M.T.Ciceronis Philippicas.



Vantum Demosthene consummato apud Græcos oratori tribuerit Cicero, vel hinc manifeste potest colligi, ꝙ quas in M.Antonium scripsit orationes, in quibus Demosthenē imitari prȩcipue nititur, qui aliquot orationibus est in Philippum Macedonum regem Alexandri patrem inuectus, Philippicas appellauit. Eas tamen ex veteribus complures & in primis A.Gellius Antonianas nonnunquã suo nomine vocauerunt, & Demosthenem quidem ad Brutum scribens, multa & in dicẽdo perficere, se conari multa: posse illum, velle se dicit. Exitii hæ orationes Ciceroni causa fuere, dicente etiam Satyrico poeta,

O fortunatam natam me Consule Romam
Antonii gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset: ridenda poemata malo,
Quàm te conspicue diuina Philippica famæ
Volueris à prima quæ proxima.

Cum enim Triũuiratum inuasissent Octauius, Antonius, Lepidus, & atrocissimam illam proscriptionis tabulam Syllæ proponerent exemplo, ante omnes Ciceronem ad necem postulauit Antonius: Qui ea lege concessus est, vt L.Cæsarem auunculum suum ipse concederet. Habitæ sunt orationes hæ à Cicerone partim in Senatu, partim ad populum post Iulium Cȩsarem quatuor &.xx.vulneribus Idibus Martiis confossum. Et hanc quidem primam Calendis Septembris Dolabella altero ex consulibus audiẽte, magna libertate, admirantibus cunctis, nec minore dixit facundia: Cuius argumentum huiusmodi est:

Argumentum Primæ Philippicæ.

CAESARE trucidato, M. Antonio & Dolabella Conss. & si primo collaudati à multitudine interfectores, eius tamen incõstantiã & opes amicorum Cæsaris ac fraudes veriti Brutus & Cassius, Capitolium occuparũt: Iccirco timens Antonius, Cõsulatus abiectis insignibus, & mutata veste delituit. Verum quando nemini illos nocere accepit, tutaq; esse omnia, prodiit è latebris, Senatus in Telluris æde habitus est. Multa pro concordia facta sunt verba. Cicero ilico princeps in illo ordine apparuit, cum recuperata libertas videretur esse, pacem inter amicos & interfectores Cæsaris qui Capitalium occupauerant, suasit: Discordiarum memoriam sempiterna obliuione delendam censuit. Brutus & Cassius lætis omnibus è Capitolio vocati, non prius tamen descendere, quàm Antonius & Lepidus vterq; filium suum obsides pro illis in capitolium mitterent. Et C.quidem Cassium cœnæ

die illo Antonius,Lepidus Brutum adhibuit.Postridie vero eius diei cum de obliuione discordiarum,de prouincijs diuidundis Antonius retulisset, summo studio ei Senatus assensus est,etiam vt Cæsaris acta rata manerent. Magnam tunc omnium iudicio laudem est Antonius consecutus, ꝙ intestinum sua prudentia sustulisset bellum,& recto consilio, ac ciuili animo vsus fuisset:Sed mutata mox eius voluntas est, resq; ad seruitutem rursus & cladem spectare cœpit. Quare offerenti Legationem Dolabellæ, qui Proconsul in Syriam proficiscebatur assensus,est Cicero:& secutus quidem illũ fuisset, nisi Pansa & Hircius designati Conss. & Calendis Ianuarii Consulatum inituri, retinuissent,rogantes ne imitatores ac discipulos suos desereret,ope ac consilio eius,Antonium anno Consulatus sui penitus euersuros pollicentes.Sed haud multo pòst Brutus & Cassius concitatæ in se & ab amicis Cæsaris & ab Antonio multitudinis furori,& veteranis quos timebant plurimum, cessere:Antium,profecti,illicq; se continentes,neq; in vrbem, quanq̃ licebat per Antonium,redire voluerunt.Quare cum omnibus, & sibi præcipue ꝙ amicus interfectorum Cæsaris habebatur,formidolosus esset Antonius, ægreq; illius ferret impotentiam,abeundum omnino Cicero statuit,ea spe,eoq; cõsilio,vt Athenas nauigaret, toto reliquo tempore Antonij Consulatus illic futurus,& tunc demum rediturus,cum Pansa & Hircius Consulatum inijssent.Profectus itaq; est,& in Siciliam delatus:cum traijcere in Grꝫciam vellet,vento ad Leucopetram,Promontorium id Calabriæ est,relatus fuit,vbi reuertendi in vrbem nouum cœpit consilium,cum mutatam Antonij voluntatem intellexisset, & repudiatis malis suasoribus sese ad Senatus authoritatem totum contulisse.Sed reuersus propere in vrbem nihilo meliora ostendit quàm proficiscens reliquerat,imo aperte iam tyrannidem affectabat Antonius, armatos milites inter subsellia collocabat, quoties in Senatũ veniebat,omniaq; vænalia habebat, cui magnã Ciceronis reditus attulit suspicionem.Cumq; postridie eius diei,quo redijt Cicero,Senatus haberetur,& adesse recusaret Cicero,vel quia fessus è via, vel ꝙ indicio quodam paratas sibi comperisset insidias,iturum se cum fabris,& Ciceronis domum demoliturũ, audiente Senatu minatus est,missq; milites,qui aut illum ducerent,aut si venire recusaret,pignora saltem caperent. Id quidem ab illis factum est, quod pro sua dignitate tulit Cicero iniquissime:Venienq; postridie in Senatum cũ profectionis suæ & reuersionis,ne quis fortasse miraretur, causas explicuisset,de M.Antonij iniuria questus est. De Rep.vero ita libere & magno animo locutus,vt admirati sint omnes vehementissime. Quicquid in Rep.à Calendis Martijs ad eam diem,quæ erat Calendæ Septembris acciderat, disseruit.Mutationem Antonij voluntatis pluribus arguit.Quę eius esset sententia de tota Rep.audacter,& de suo piculo nihil veritꝰ aperuit. Qua oratione irritatus Antonius,inimicitias Ciceroni denunciauit:qua denũciatione tã-

tum abfuit vt deterritus quicquã ſit,aut vrbe ceſſerit, vt multo etiam audacior quàm prius factus,& illius,q̃uis inſolentiſſimi & impotentiſſimi minas vltro pro vtilitate Reip.irritare viſus ſit. Poſtea.xiij.Calendas Octobris cum maxima armatorum caterua veniſſet in Senatum ſtipatus Antonius,& longa oratione,quã pluribus meditatus fuerat diebus, in Ciceronem eſſet inuectus:ideo non affuit Cicero,cum mirũ in modũ cuperet, ꝙ amici qui ad manifeſtum cognoſcebant interitum,proficiſci retinuere.Erant enim longe potentiora Antonij arma.Hinc ſummis vterq; viribus ad opes augendas conuerſus eſt,& Antonius quidem vndiq; comparabat auxilia.Cicero C.Octauium,qui poſtea Cæſar Auguſtus cognominatus eſt,ad quem propter Cæſaris auunculi eius nomen,& ꝙ hæres relictus erat, veterani milites cõfluebant,ſibi adiunxit:Neq; difficile id ſane fuit,cũ & hæreditate & magna pecunia fraudatus,magniſq; ab Antonio contumelijs eſſet affectus. Huc accedebant aliæ cauſſę complures,& in primis paterna quædam amicitia.Hac re ita Ciceronis factio ſuperior facta eſt, ita Ciceronis authoritate atq; opibus auctus & ſublatus eſt Octauius,vt territus tandem Antonius vrbẽ reliquerit,& patrię hoſtis iudicatus à Senatu ſit.In hac ergo Philippica,& quare ab vrbe diſceſſerit,& quãobrem redierit prius docet,deinde de iniuria Antonij queritur,cuius carpit impotentiam, ſtudiũ ſuũ & operã omnẽ reip. pollicẽs. ¶ In deliberatiuo vero cauſæ genere verſari hæc oratio principaliter videtur:continet enim primũ conſiliorum, quæ Cicero habuit & in proficiſcẽdo & in redeundo,expoſitionem:Et quæ ſit eius de Rep.ſententia ac voluntas. Incidit quidem demonſtratiuum genus,quum pluribus accuſatur Antonius. Rhetorice autem priuſquã de Rep.dicat,purgat obiecta,& quę auditoribus poſſent ſuſpicionem facere,quo illis vtatur æquioribus: & eſt beneuolentiæ captatio.Fecit idem in oratione pro Milone. idem & Ilioneus præſtat apud Vergilium in ea quam ad Didonem habet oratione, ſtatim enim poſt breuiſſimum exordium purgat obſtantia.

GEORGII TRAPEZVNTII CLARISSIMI Oratoris Commentarij in Philippicas Ciceronis,& primum,Argumentum.



Vm Brutus & Caſſius interfectores Cæſaris cõcitatę plebis furori ceſſiſſent,& veteranos Cæſaris timentes, (quãquã per Antonium liceret,)in vrbẽ Antio, vbi exulabant redire nollent,eſſetq; omnibus & maxime bonis formido poſus Antonius,Cicero quoq; ex vrbe ſibi diſcedendũ putauit,ꝙ & interfectorũ Cæſaris amicus habebatur, & Antonij ſuperbiã & impotẽtiam ferre nõ poterat.Dolabellæ

qui in Syria Cõſulatũ gerebat,Legationẽ ei deferenti primum quidem aſſen ſus eſt,deinde cũ Hircius & Pãſa Cõſules deſignati rogaſſent ne ſe imitatores ac diſcipulos deſerere vellet, ſeq; anno Cõſulatus ſui conſilio atq; eius ope ſi adeſſet euerſuros ac plane eiecturos Antonium pollicerentur, Legationem Dolabellæ renuit, ſeq; ea ſpe & conſilio Athenas contulit, vt ſimul ac illi conſulatum iniſſent,ipſe Romam reuerteretur: interea dum Antonius Conſulatum gereret,Athenis toto æſtatis tempore futurus. Profectus igitur Cicero antequam in Græciam traieciſſet, nunciis allatis de volũtate Antonii commutata Romam redijt. Cumq; Antonius poſtridie Senatum habuiſſet,non venit,q; ex indicio quodam inſidias timeret:id ægre ferens Antonius,milites ſtatim miſit,qui aut illum in Senatum adducerent,aut domum eius incenderent. Verum nonnullorum precibus adductus,acceptis pignoribus contentus fuit,atque ita non ſine ſuſpicione Romæ erant vt alterius alter inſidias vitarent, donec Octauius quem C. Cæſar hereditatem reliquerat,Romam reuertit:quem Cicero inimicitiis atque odio Antonij compulſus,ſua authoritate atque opibus adeo auxit atque extulit, vt Antonius metu Romam relinquere cogeretur,& hoſtis à Senatu iudicaretur.

IN ORATIONES PHILIPPICAS CICERONIS προλεγόμενα Ioannis Sturmij, & primum quidem ipsum argumentum.

MArcus T. Cicero, quum post C. Cæsaris mortem remp. inique & regio more videret ab Antonio Cæsaris in cõsulatu collega, tractari: Athenas iter instituit, vt à patriæ suæ calamitate tantisper oculos deijceret, dum M. Antonius consulatu suo defungeretur: vt simulac Hircius atque Pansa cõsules designati, suum inijssent consulatum, ipse Romam rediret. Neque enim poterat vir alioquin in rep. summa autoritate, Antonii iuuenilem, & ineffrenatum animum cohibere: neque illius potentiæ, sine ciuium suorum clade resistere. Erat enim cum per se satis potens, tum ex Cæsaris bonis auctior, maximè autem alterius consulis coniunctione factus. Nam P. Dolabella, quem Cæsar eodem anno aliquãdo in suum locum substituere conatus est, & tamen reiectus Antonij intercessione, post Cæsaris cædem consulatus insignia accepit, & cum Antonio concordiæ causa consilia sua coniunxit. Multos exules, ciues pessimos restituerunt, multis immunitates dederunt, multorum decretorum tabulas fixerunt, non ex Cæsaris commentariis, sed ex sua libidine. Profectus itaque Cic. & in Siciliam vsq; delatus, vel, vt ipse dicit, propter ventos aduersos, & nouum nũcium cupide auditum: vel quod mihi verisimilius est, ob noua aliqua consilia in itinere reperta & inita, priusquàm in Græciam transmisisset, profectionẽ commutauit, Romamq; est reuersus. Postridie verò eiusdem diei Antonius senatum habuit, de faciendis supplicationibus Cæsari. Ad hũc Cicero, quod insidias metueret, non venit. Quod factum, Antonius irritatus, t anquã probrum vindicare incepit. Milites enim cõfestim misit, qui nisi in Senatum deduci vellet, domum eius demolirentur. Sed neutrum quãuis vtrumque proterue imperasset, perfecit. Nam ex quorundam consilijs atque precibus paulum ex iracundia remisit, & pignoribus acceptis, contentus fuit. Hanc cõtumeliam Cicero ægre ferens, insequente die in Senatum venit. Consilium abitionis & reuersionis suæ exposuit, de hesterna iniuria conquestus est, cõtra Antonij sententiam de Cæsaris morte, supplicationibus actisq; multum criminando Antonium, disputauit. Postremò vtrumque consulem Dolabellam qui tum coram aderat præsens, & Antonius qui absens erat προσωποποιΐαις cõmonuit atq; reprehendit: summa prudentia & constantia, cum maxima omnium admiratione.

M. T. CICERONIS

IN MARCVM ANTONIVM, PHILIPPICA PRIMA.

ANtequam de Republica Patres Cõscripti dicam ea, quæ dicẽda hoc tempore arbitror: exponam vobis breuiter cõsilium & profectionis & reuersionis meæ. Ego cũ sperarem aliquando ad vestrum consilium authoritatemque Rempublicam esse reuocatam, manendum mihi statuebam, quasi in vigilia quadam Cõsulari ac Senatoria. Nec verò vsquam discedebam, nec à Republica deiiciebam oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris cõuocati sumus. In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Athenienſiúmque renouaui vetus exemplum:

GEORGII TRAPEZVNTII IN PHILIPPICAS CIC. COMMENTARIJ.

ANTEQVAM DE REP.) In hac igitur prima Philippica Cicero & quare Roma profectꝰ fuerit, & cur redierit primum proponit: deinde de iniuria Antonij queritur: demum illius impotentiam & importunitatem ostendit, & suum studium operámque Reipublicæ pollicetur. Aliquãdo.) scilicet interfecto Cæsare. Quasi in vigilia.) Imago, quã Græci εἰκόνα vocant. Vsquam.) aliquo. In ædem Tel-

Iuris in templo) Neque enim alibi Senatus haberi poterat, quàm in loco sacro. Athenienſiumq; renouaui vetus exẽplũ.) cũ ſcilicet bello Peloponneſiaco poſt multas Reip. coniurationes, tandem Athenienſes, qui inter ſeipſos multas cædes ediderant, conuenerunt, vt obliterata iniuriarum memoria, communi conſilio concordes & vnanimes Remp. ſuſciperent.

Senatus vnde.

MATV. PATRES CONSCRIP.) Romulus cẽtũ elegit Senatores, quorũ collegiũ ab ætate, quoniã ſenes eſſent, Senatũ appellauit. Patres vero vocati ſunt: vel q̃ ij dũtaxat electi ſunt qui patres eſſent, q̃ illo tẽpore conueniẽte primũ ad nouã vrbẽ incolendã multitudine haud multis contingebat: Vel à patrono quodã ex illis qui Euandrũ ſecuti ſunt, qui imbecillorũ olim curã geſſiſſet, plebiq; præſidio extitiſſet: Vel (quod Plutarcho maxime placet) q̃ primores ac potentes humiliores paterno officio in ſuã fidẽ ac patrocinium ſuſcipere oporteret: id quod etiã Salluſt. ſequitur, qui patres à curæ ſimilitudine tradit appellatos, aſcriptis inde in eũ ordinẽ pluribus, patres cõſcripti dicti ſunt: quod nomen & dignitatis plurimũ, & inuidiæ minimũ præ ſe tulit, vt Plutarchus ait. Feſtus conſcriptos ſentit vocatos, qui ex equeſtri ordine patribus aſcribebãtur, vt Senatorũ numerus expleretur.

Senatores patres.

Patres conſcripti.

Vſquam.

ALIQVANDO) Cæſare occiſo. QVASI IN VIG.) imago eſt, quã εἰκόνα dicũt Græci, tanq̃ in loco aliquo & ſtatione, cuſtodiæ cauſſa cõſtitutus. VSQVAM) aliquo, & in loco ſignificat, & ad locũ. Terent. in Eunucho: Occidi, neq; virgo eſt vſquã. IN AEDEM TELL.) vbi habitus eſt Senatus poſt Iulij necẽ: neq; enim haberi niſi in ſacro loco Senatus poterat, ex ritu & more Romano. Fuit autem Telluris templũ ad forum Romanũ & viam ſacrã, non procul à Capitolio & Palatio. Ideo frequẽter illic haberi Senatus ſolebat. Cælum autem & Ops, quæ & Tellus eſt, vt Samothracum docebant initia, & Varro refert, magni erant dij: & ijdẽ apud Aegyptios Serapis & Iſis dicti.

Telluris tẽplum.

Ops.
Tellus.
Serapis.
Iſis.

STVRMIVS. Antequam de Repub.) Protinus ab initio propoſitionem facit, totius orationis generalem, quæ ipſa etiam in ſe multo maximam ordinis & diſpoſitionis partẽ complectitur. Eſt igitur locꝰ docilitatis. Ego cũ ſperarẽ.) Initiũ Narratiõis περιοδικῶς ex duobꝰ mẽbris. Nec vero vſquã.) explanatio poſterioris mẽbri, ideo priori loco poſita, quoniã breuior erat.

Græcum etiam verbum ἀμνησίαν vſurpaui, quod tum in ſedandis diſcordiis vſurpauerat ciuitas illa: atq; omnẽ memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. Præclara tum oratio M. Antonii, egregiaq; voluntas: pax denique per eum & per liberos eius cum præſtantiſſimis ciuibus confirmata eſt. atque his principiis reliqua conſentiebant. Ad deliberationes eas quas

habebat domi de Repu. principes ciuitatis adhibebat, ad hunc ordinem res optimas deferebat: summa cũ dignitate & constantia ad ea, quæ quæsita erant respõdebat. Nihil tũ nisi quod erat notũ omnibus in C. Cæsaris cõmentariis reperiebatur. Num qui exules restituti?

BEROALDVS. GRAECVM VERB. VSVRP.) Amnestiã significat: sic em̃ grẽco verbo obliuio iniuriarũ significatur. Super quo historia talis apud luculentos scriptores perscripta est: Thrasybulus ciuitatẽ Athenarũ oppressam à triginta tyrãnis, cũ libertatẽ vindicasset, atq; Atticos palabũdos in patriã reduxisset, nõ minori prudẽtia ac moderatione vsus, q̃ fortitudine ad cũcta pacificãda, pacẽq; recõciliãdã, legẽ tulit saluberrimã: Ne q̃s anteactarũ rerũ accusaretur: ne qua prẽteritarũ iniuriarũ mẽtio fieret: ne quis mulctaret. Et hãc Atheniẽses ἀμνησίαν vocauerũt, hoc est legẽ obliuionis. Qua cõcussus & labãs Atticę Reip. status, in pristinũ habitũ est reuocat⁹. Cic. igitur, cũ post interfectum Cęsarẽ Dictatorẽ iacere conaretur pacis fundamenta inter Romanos tumultuantes, dicit se in tẽplo Telluris vsurpasse vetus verbũ, hoc est amnestian, vt ita obliuione sempiterna memoria discordiarũ deleretur: quẽadmodũ apud Athenienses Thrasybuli cõsilio factitatũ fuerat. De Amnestia Probus Aemilius, Valerius Maximus, Flauius Vopiscus, P. Orosi⁹ memineruũt. Meminit & quadãtenus Tranquillus omisso tamen Amnestiæ nomine, & nos in libro Annotationum copiosius fusiusq; cuncta perscripsimus.

Historia legis de obliuione iniuriarum.

Amnestia e lex.

TRAP. Græcum etiã verbum vsurpaui,) ἀμνησίαν scilicet καὶ ὁμοσίαν.

Et liberos eius) Nam cum Brutus & Cassius principum suasu è Capitolio (quo se interfecto Cęsare receperãt) in forũ descẽdissent, & Cinna quodã cõcionẽ habẽte, desiderio & misericordia Cęsaris, cũ plebs esset cõcitata, rursus se in Capitoliũ cõtulissẽt, postridie obside filio Antonij accepto iterũ descẽderũt: vbi in tẽplo Telluris pace facta, ita inter eos conuenit, vt acta Cæsaris seruarẽtur, & eius cadauer magnifice efferretur: quo tẽpore Antonius multa de cõcordia disseruit. Quas habebat domi de Rep.) hoc dicit propter cõmentaria Cæsaris. Ad hunc ordinẽ) Senatorũ scilicet, res optimas deferebat, quibus de rebus Senatores deliberarent & authores essent. Nũ qui exules restituti) quasi dicat nulli. hoc dicit, quia postmodũ multos reduxit, multos etiã reiecit quos Cæsar in commentarijs suis minime notauerat.

MATV. VETVS EXEMPLVM.) Hortatus vt nemo anteactarum rerum accusaretur, & vt omnis iniuriarum memoria Senatusconsulto & lege deleretur. Historia autẽm hoc habet: Bello Peloponnesiaco multis censentibus delendum esse Athenienſium nomen, vrbemq; incendio consumendã, negantibus Spartanis, alterum se Græciæ oculum eruturos, sub conditione

Historia obliuionis iniuriarum.

pax data est,vt demissa Pyreum versus muri brachia deijcerent,nauesq;,quę reliquæ forent,traderent: Resq; publica ex Lacedæmonijs triginta rectores acciperet.Quod factum est iniuncto regi Lacedæmoniorum Lysandro formandæ vrbis negocio.Sed rectores illi tyranni facti sunt,qui oppressas seruitute tenebãt Athenas:ciues,quibus fortuna in bello pepercerat,partim expulerunt,partim interfecerũt: plurimorum bona publicata inter se diuiserũt.

Triginta Athenis tyranni.

Thrasybulus Lyci filius Philem confugit munitissimum in Attica castellum, habuitq; secum non plures triginta ex suis. & comparata inde multitudine haud sane magna,in Pyræum transiuit,Munichiamq; muniuit: vnde bis tyranni qui oppugnare adorti erant turpiter sunt repulsi,protinusq; in vrbem armis atque impedimentis amissis refugere. Critias in secundo prælio cecidit tyrannorum dux.Pax facta Pausaniæ Lacedęmoniorum regis interuentu,his conditionibus,ne qui præter triginta Tyrannos,& decem qui postea Prætores creati pari crudelitate erant vsi,exilio afficerentur.Eleusinam ij in exilium migrarunt,interiectis diebus cum bellum intulissent Atheniẽsibus, cũcti sunt trucidati. Thrasybulus insignem libertatis victoriam clariorẽ aliquanto moderationis laude fecit, legemq; tulit nequis anteactarum rerum accusaretur,neue multaretur,omnesq; in hanc legem quæ nullam præteritarum iniuriarum mentionem fieri permittebat,iurare coegit: quopacto labantem ciuitatis statum in pristinum habitum reuocauit.Lex vero illa vocata est obliuionis iniuriarum,quã Athenienses ἀμνησίαν dicunt.Multi authores,Vale.lib.iiij.ti.de moderatione:Probus Aemili⁹ in vita Thrasybuli.Trogus lib.v.meminere Gręcum verbum, ἀμνησίας,hoc est obliuio iniuriarum.

Thrasybuli fuga.

Critias.

Lex Trasybuli de obliuione iniuriarum.

LIBEROS EIVS) Brutus & Cassius, cum multa pro concordia in æde Telluris verba feciſſet Antonius, visusq; esset recto consilio ac ciuili animo vti,eumq; omnes collaudassent,è Capitolio, quod occupauerãt principum suasu,in forũ descẽdere,missis prius ab Antonio & Lepido liberis, qui obsides pro illis essent: Cũq; vnũ dũtaxat filium miserit Antonius, liberos dicit. Nã quod A.Gel.quoq; docet, Liberi multitudinis nũero etiã vnũ significãt, & tã fœminã q̃ mulierẽ.quod à Lepido quoq; factũ est,vni tribuit Antonio.

Liberi.

DOMI) De actis & cõmẽtarijs Cęsaris. HVNC ORD.) Senatorium.

RES OPTIMAS) De quib⁹ Senatores deliberarẽt. COMMENT.CAESARIS) Sunt cõmẽtaria libri,in quibus nudæ res signantur, & quædã initia dũtaxat.Seneca in Declamationibus:Sine cõmẽtario nũq̃ dixit, nec cõmẽtario cõtẽtus erat in quo nudæ res ponũtur. Cic.in Bruto:Nõ est oratio, sed capita rerũ & orationis cõmẽtariũ.Dicitur cõmẽtariũ & cõmẽtarius.Au. Gel.Est adeo Probi grammatici cõmentarius satis curiose factus. NVNQVI) ac si diceret nulli.plures enim postea sunt restituti, multi eiecti in Cę saris commentarijs minime notati,& vt eijcerentur descripti.

Cõmẽtaria

Cõmẽtari⁹.

STVRMIVS. Græcum etiam verbum.) Hanc legem Trasybulus tulit post deuictos & profligatos triginta Tyrannos. Erat autem lex ἀμνησίας,

vt ne quis de anteactis accuſaretur, nêue præteritarum rerum mentio fieret. Lata communis concordiæ cauſſa. Vide Valerium Maximnm libro quarto. & Aemilium Probum in vita Traſybuli. Præclara tum vox.) Explanatio prioris membri in initio Narrationis per enumerationem, qua probat iuſtã quandóque ſpem fuiſſe tranquillioris & melioris Reipub.

Vnum aiebat, præterea nemínem. Num immunitates datæ? nullæ reſpondebat. Aſſentiri etiam nos Seruio Sulpitio clariſſimo viro voluit, ne qua tabula poſt Idus Martias vllius decreti Cæſaris aut beneficii figeretur. Multa prætereo, eáque præclara. ad ſingulare enim M. Antonii factum feſtinat oratio. Dictatutã, quæ vim iam regiæ poteſtatis obſederat, funditus ex Republica ſuſtulit. de qua ne ſententias quidé diximus. Scriptum S. C. quod fieri vellet, attulit. quo recitato, authoritatem eius ſummo ſtudio ſecuti ſumus, eíque ampliſſimis verbis pr̃ S. C. gratias egimus. Lux quædam videbatur oblata, non modo regno, quod pertuleramus, ſed etiam regni timore ſublato: magnumque pignus ab eo Reip. datum, ſe liberam ciuitatem eſſe velle, cum dictatoris nomẽ, quod ſæpe iuſtum fuiſſet, propter perpetuæ dictaturæ recentem memoriam funditus ex Republica ſuſtuliſſet. Liberatus cædis periculo paucis pòſt diebus Senatus: vncus impactus eſt fugitiuo illi, qui in C. Marii nomen inuaſerat. Atque hæc omnia communiter cum Collega. alia porro propria Dolabellæ. quæ niſi Collega abfuiſſet, credo eis fuiſſe futura cõmunia.

TRAPEZVNTIVS. Vnum aiebat.) ſcilicet reſtitutum eſſe ex commentarijs Cæſaris. Non immunitates datæ.) nullæ: Nam poſtea multas ciuitates ac populos qui tributum populo Romano pendebant, immunes fecit. Seruio Sulpitio.) qui iuris prudentiſſimus fuit & eloquentiſſimus.

Festinat) σπεύδει. Quæ iam vim regiæ potestatis obtinebat) post Syllã scilicet & C. Cæsarem, qui perpetuã dictaturam sibi absumpserunt, cũ illud imperiũ semestre legibus esset. Quod sępe antea iustũ fuisset, scilicet & legib⁹ accipiebat, & legitime deponebat. Vnc⁹ impact⁹ est, infix⁹ est. Inuaserat.) tãquã in alienã possessionẽ. Quæ nisi Collega abfuisset), pfectus .s. in Syriã.

BEROALDVS. Vnum aiebat præterea neminẽ.) De quo exule restituto intelligẽdũ sit nõ temere reperias qui tibi explicet: significatur autẽ Sextus Clodius Publij Clodij filius infestissimi M. Tullio, super quare extant M. Antonij & Ciceronis epistolæ, sic enim scribit M. Antonius: A Cæsare petij, vt Sextum Clodium restitueret, impetraui. Vncus impactus est, Caiũ Amatium signat, qui humillimæ sortis homo se ferebat Marij filium, qui perinde ac Cæsaris necessarius, aram illi interfecto constituerat, collectáque perditorũ manu sese formidãdũ exibebat, hũc Antonius interemit. quod facin⁹ Senatores demirati sunt, & approbauerũt. Auctores Apianus & Liuius.

C. Amati⁹.

MATVRANTIVS. VNVM.) Restitutũ esse ex Cæsaris cõmentarijs. NVM IMMVNITATES DATAE.) Sic ex Antonio quærebatur à quopiam. SERVIO SVL.) Iuris prudẽtissimo & eloquẽtissimo. DE CRETI.) Quo aliquid alicui adimeret. BENEFICII.) Quo aliquid alicui conferret. Vel decreti, in Repub. beneficij, in priuata. QVAE VIM IAM.) Nã Sylla pri⁹, inde Cæsar perpetuã sibi dictaturã assumpserũt. OBSEDERAT.) Nõ potui aptiore vti verbo, hoc est occupauerat. REGNO.) Cuius nomen & inimicũ libertati & Romanis inuisum: nã re vera Rex fuerat Cęsar, & regia vsus potestate, & si Dictatoris tenuerat nomẽ. FVISSET.) Nõ nisi in magno Reip. discrimine creari Dictator cõsueuit: statim re perfecta ob quã creat⁹ fuerat, Dictatura se abdicabat, neq; vltra sex mẽses retinere illã fas erat. Sũma ei fuit potestas, à qua nulla erat prouocatio ad aliũ magistratũ, in caput ciuis Romani animaduertebat, oĩsq; Resp. penes illũ erat. Quòd futuros dictaret magistratus appellatũ esse Dictatorẽ Varro ait. Alij q; eius dicto audiẽtes essent oẽs. Sæpe Dictatura vtilissima Reip. extitit cũ alicuius viri cõsilio & opera, met⁹ discussus est sedato bello, hostésq; repressi. L. Quinti⁹ Cincinat⁹, quẽ trepida ante boues Dictaturã induit vxor, bello Sabino & Volsco obsesso ad Algidũ Minutio Cõs. victis hostibus sexto decimo die, postq; acceperat dictaturã deposuit, ad agricolturã reuersus. Iterũ .xx. annis postea Dictator, creat⁹ difficillimo & periculosissimo Reipublicę tẽpore, Spu. Melio oppresso, qui regnũ affectabat Dictatura subito abijt. Idem & Camillus bello Gallico, idẽ & alij cõplures varijs tẽporib⁹ bellisq; & periculis diuersis præstitere. Semper vtilis Reip. Dictatura fuit, anteq; Sylla, & Iul. Cæsar sub Dictatoris noie tyrãnidẽ arriperent, & honestũ pri⁹ nomen impotentia & diuturnitate corrũperẽt. REGNO.) regia potestate, qua per oĩa vsus est Cæsar. REGNI TIMORE.) sublata penitus Dictatura. Vncus impact⁹ est.) nã vnco tractus est, & in Gemonias abiectus, qui puniẽdi dãnatos Romanis mos fuit. Ouid. in Ibin. Perq; vias vrbis populo plaudẽte traheris: In-

Dictator. Dictatura.

L. Quinti⁹ Cincinat⁹.

Mos puniẽ di dãnatos.

fixúſq; tuis dētibus vncus erit. Tranquillus, Nemo pūnitorū non in Gemonias abiectus, vncoq; tractus in Tiberim. Erāt autē ſcalæ Gemoniæ ad rupē Tarpeiā, vnde dānati in Tiberim deijciebantur: ſic à Gemonio quodam dictæ, qui primus eſt deiect⁹. Per hūc autem, quem fugitiuū vocat, C. Amatiū ſignificat, qui humillimę ſortis homo, vt ait Liuius, prioris Marij filiū ſe falſò prædicabat. Cūq; ob hāc ſimulationem C. Cæſaris putaretur affinis, nam C. Marius Iuliam habuit vxorē Iulij Cæſaris amitam, & eius interitum ferret permoleſte, plebem ad res nouas moliendas ſolicicabat, & Senatui cædē minabatur. Aram vero ante rogum Cæſaris in foro cōſtituerat, collectáq; audaciorū manu ijs qui effugerāt in Capitoliū tremendum ſe prębitterat: quorum nonnulli in prouincias quas ſortiti erant viuo Cæſare abierunt. C. Brutus in Ciſalpinam Galliam, Treboni⁹ in Aſiam, quæ circa Ioniam eſt, Tullius & Cimber in Bithyniam, Caſſius & M. Brutus quibus Senatus plurimum fauebat, ſortiti, & ipſi ſequentis anni prouincias, Syriam Caſſi⁹: Macedoniā Brutus. Cū Vrbani Prętores adhuc eſſent, & neceſſitate adeſſe in vrbe cogebantur, lege prohibuerunt, ne cui extra. xx. annum prouinciæ adminiſtratio conferri poſſet. Exortus eſt rumor Amatium ipſum cum his agitare conſilia, & Antonio vna inſidiari, qua re mot⁹ Antonius, in eos prius inuectus Amatium cœpit, & perdidit nullo iudicio exhibito audacter admodū: quod opus vt arduum iniquūq; Senatus admiratus eſt, habitáque vtilitatis ratione diſſimulanter tulit, intelligens abſque huiuſmodi audacia quæ ad Brutūm pertinebant, & Caſſium, in tuto collocari non potuiſſe. Sed & milites & populus Amatij deſiderio, ob quem re vera Antonius populo acceptus fuerat, dolore nimio affecti, vt qui ab Antonio ſpernerentur, forū clamoribus oppleuere, probra in Antonium iacientes, magiſtratus quoque adhortantes, vt Amatij loco aram quam dixi frequentarent, & Cæſari in ea ſacra facerēt, ſed Antonij militib⁹ foro ſunt pulſi, & idcirco lōge maiori affecti indignatiōe vociferabāt. Aliqui ex Cęſaris amicis imagines eius proferebant, quo admiſſis ab Antonio militibus, reſiſtentiū alij occiſi, alij capti ſunt, ſerui quidam cruci affixi, liberi nōnulli ex alto quodam loco præcipites dati, quo pacto ſedati tumultus: ſed odium ingens ex magna populi beneuolentia in Antonium conflatum. hæc fere Appian⁹. COMMVNITER CVM COLLEGA) ab Antonio facta pariter cum collega. Volabella. STVRMIVS. Vnum aibat præter.) Sextum Clodium aiebat P. Clodij filium, qui precibus Antonij à Cæſare eſt reſtitutus. Multa prætereo.) Pulchra commonitio, ad augendam fidem cum breuitate orationis. Lux quędam videbatur.) Declinatiūcula ἰωφωνητικῶς κατ' ἐπιχειρησίαν ad orationis grauitatem, & exaggerationem. Liberatus ſedis periculo.) Aptus redit⁹ ad ipſam enumerationem. Cuius tametſi extremum & vnicum membrum eſt tam magnum pondus habet. Nam C. quēdam Amatium, qui ſe filium C. Marij & propterea Cæſaris affinem falſo dictitarat, hominem poſt Cæſaris necem popularem & ſeditioſum, Antonius indicta cauſſa interfe-

Scalæ Gemoniæ. C. Amatius

cit,ad Gemoniáſque ſcalas, vnco infixo trahi curauit, quo facto ſummã ſuã erga Cæſaris percuſſores voluntatem declarauit. Vide Apianũ & Florum. Atque hæc omnia.) Altera pars eiuſdem explanationis à ſtudio Dolabellæ, quem incerto orationis exitu τεχνικῶς permouet.

Nam cum ſerperet in vrbe infinitum malum,ídque manaret in dies latius:iidémque buſtũ in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant: & quotidie magis magíſque perditi homines,cum ſui ſimilibus ſeruis,tectis ac templis vrbis minarentur.

Serpo. Buſtum.

TRAPEZVNTIVS. Serperet) Senſim & ſine ſenſu ſubiret, progrederetur. Buſtum in foro facerent) id eſt, cadauer in foro cremarent. tum enim buſtum dicitur, cum cadauer concrematum eſt. Qui illam inſepultam &c.) id eſt,qui effecerant, vt mortui ac ſepulti deſiderium ac memoria ſupereſſet ac viueret:in quo notat Antonium qui in conuentione repugnãte Caſſio,concedente Bruto, tandem obtinuit, vt Cæſar magnifice ſepeliretur, & funus duceretur.

MATVRANTIVS. CVM SERPERET) poſt trucidatum Amatium. IIDEMQVE BVSTVM)qui Amatium erant ſecuti. hoc propter Cæſaris imagines dicit in foro concrematas. QVI ILLAM SEPVLTVRAM &c.)nam quotidie aliquam Cæſaris cremabant imaginem tanquam crematus iam non eſſet. QVOTIDIE) poſt crematum Cæſarem.

STVRMIVS.) Nam cum ſerperet.) Approbatio longiori circuitu circunducta ad orationis & rei vehementiam & maieſtatem, cuius initium ſiue propoſitio καὶ συνωνυμίαν protrahitur ad faciendam ἐπιμονήν. Qui illam inſepultam) Quidam intelligunt per inſepultam, immortalem ſepulturam.Sunt qui putent proterea dici,quòd quotidie aliqua ex imaginibus Cæſaris cremaretur. Mihi magis placet neque legitimam neque veram interpretari,vt etiam Græci ἄταφον τάφον vocant.

Talis animaduerſio fuit Dolabellæ,cum in audaces ſceleratóſque ſeruos,tũ in impuros & nefarios liberos: talíſque euerſio illius execratæ columnæ:vt mirũ mihi videatur, tam valde reliquum tempus ab illo vno die diſſenſiſſe

dissensisse. Ecce enim Cal. Iunii quibus vt adessemus, edixerat, mutata omnia, nihil per Senatum, multa & magna per seipsum & absente populo & inuito. Cõsules designati se audere negabãt in Senatum venire: patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant. quos tamen ipsi Cõsules & in cõcionibus, & in omni sermone laudabãt. Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissime cauerat, non ad conseruationem earum rerum quas habebant, sed ad spem nouarum prædarum incitabantur. Quæ cum audire mallem, q̃ videre, haberemq; ius legationis liberæ, ea mente discessi, vt adessem Cal. Ian. quod initiũ Senatus cogendi fore videbatur. Exposui P.C. profectionis cõsilium. Nunc reuersionis quæ plus admirationis habet, breuiter exponam. Cum Brunduſiũ iterq; illud, quod tritum in Græciam est, non sine caussa vitauissem: Cal. Sextilibus veni Syracusas, quòd ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur. Quæ tamen mihi vrbs coniunctissima, plus vna me nocte, cupiẽs retinere non potuit: veritus sum, ne meus repentinus ad meos necessarios aduentus suspicionis aliquid afferret, si essem commoratus.

TRAPEZVNTIVS Talis animaduersio fuit Dolabellæ) id est ita animaduertit, puniuit aliquos Dolabella. Execratæ colũnæ) in qua amici Cæsaris ad æternam eius memoriam inscripserant, Parẽti Patrię. Consules designati) scilicet Hirci⁹ & Pãsa. Cauerat) id est, quib⁹ Senat⁹ prospexerat, & lege eorum vtilitati & incolumitati consuluerat. Haberemq; ius Legationis liberũ) poterat enim pro suo arbitrio Legatus proficisci. Non sine caussa) pertimebat enim insidias. Vrbs coniunctissima) propter Quę-

C

sturam,quam gessit in Sicilia. Vrbs)Vrbẽ pro ciuitate posuit,sicut in Epistolis ad Atticum,cum dicit:Domum suam inflammatã fuisse vrbe inspectãte. Agrigenti) ciuitas est Siciliæ.

Vrbs pro ciuitate,

MATVRANTIVS. TALIS ANIMADVERSIO) Appianus Antonio tribuit,quę Cic.Dolabellę.Sunt alia quæ Dolabella fecit sine Collega, quę cõmunia,inquit,fuissent cũ Antonio, nisi abfuisset Antonius. Dolabella ijs qui in Cæsarẽ coniurassent ignoscendũ esse prędicauit,& dolere se quòd ipse quoq; manu à Cęsaris cęde,quãdo volũtate minime abfuisset. Dolabellę tũc maxime omnes cõfidebãt,quẽ quia iuuenis & Cõsul aduersaturũ Antonij conatibus existimabãt,descẽdere è Capitolio Brutus & Cassius, & in media cõsistentes multitudine,nihil timidũ locuti sunt:populum vero adhortati,vt suos imitari maiores vellet:qui reges nõ vi vt Cęsar,sed lenitate & legibus imperãtes,passi tamẽ nõ fuerãt. Hæc & plura cũ dixissent, cõfestim in Capitoliũ,nõ satis fidentes rebus præsentibus se recepere. Antonius vero & Lepidus simulata cũ interfectoribus concordia,& pacẽ pollicẽtes, sed vlcisci Cæsarẽ vehemẽter cupientes,effecerũt vt Cęsaris testamentũ L.Pisone socero eiusdẽ postulãte aperiretur,apertũ recitatũq; est in Antonij domo. Funus inuitis pluribus ex Senatoribus,& in primis Cassio, & si Brutus nõ abnuebat indictũ est:Rogus in cãpo Martio extructus iuxta Iuliæ tumulũ,pro rostris aurata ædes,ac simulacrũ tẽpli Veneris genitricis collocata, intraq; lectus eburneus auroq; ac purpura stratus, ad caput tropheũ cũ veste in qua fuerat occisus.Pronũciauit Antonius per pręconẽ Senatusconsultũ, quo oĩa simul ei diuina atq; humana decreuit. Cõcrematum cadauer est in foro ante curiã cõgerente turba arida virgulta cũ subsellijs & tribunalibus:Nã Rogus in cãpo Martio extructus fuerat.Et cũ variæ essent sentẽtiæ vbi cremandus Cęsar esset,repẽte duo quidã gladijs succincti,ac bina iacula gestãtes, ardentibus cæreis succẽderunt.Laudatione quã habuit sic plebẽ accẽdit Antonius, vt cõfestim à funere ad domũ Bruti & Cassij tetẽderit, ægreq; repulsa fuerit.Tũc mirifica apparuit Dolabellæ opera in reprimẽda perditorũ audacia.

Funus Cęsaris.

Columna.

ILLIVS EXECRATAE COLVMNAE) Quã solidã propè.xx. pedũ lapidis Numidici illi ijdẽ Amatij sectatores,& plebs in foro erexere, scripseq; Parẽti Patriæ, apud quã longo tẽpore sacrificare,vota suscipere,cõtrouersias quasdã,interposito per Cæsarẽ iureiurãdo,distrahere perseuerare, vt ait Trãquillus. AB ILLO VNO DIE) Quo scelerati repressi,& colũna à Dolabella euersa. ECCE ENIM)Ciceronis est,in rebus improuisis hac particula vti.vt in Verrẽ,Ecce autẽ repẽte ebrio Diomede,esuriẽtibus cũctis. Quod cũ cura Virg.& legit & trãstulit,vt ait Asconius, Ecce autẽ gemini à Tenedo:Et,Ecce manꝰ iuuenẽ interea post terga reuinctũ. EDIXERAT) Antonius & ꝓprio vsus est verbo,magistratuũ enim edicere est, hoc est iubere,vnde edicta Consulũ,ac Prętorũ. PER IPSVM) Antoniũ. CONSVLES DESIGNATI) Hirtius & Pãsa Calẽdis Ianuarij ꝓximis cõsulatũ.

Ecce.

Edicere.

inituri. PATRIAE liberatores) Qui abierãt in prouincias, vt dictum est. CVIVS à ceruicib⁹) Effictio est, nã rei inanimatę dat quod est animatæ, ceruices. s. vrbi. ET in cõcionibus) in conuẽtu populi & multitudine, in loco publico. IN sermone) in loco priuato, & inter amicos. VETERANI) Cæsaris milites q̃ eũ in bellis secuti fuerãt, & tũc partim in Macedonia, partim ad Brũdusiũ erãt. CAVERAT), pspexerat eorũ laboribus, prẽmijs cõsulẽs, & assignatis agris. QVAS habebãt) possidebãt assignatas à Cæsare & Senatu. INCITABANTVR) ab Antonio & Lepido ad bona interfectorũ diripiẽda. AVDIRE mallẽ) nã quod ipse ait Cic. in Epist. Lẽtius in animũ descẽdũt quę audiũtur, q̃ quæ vidẽtur, minusq̃ cõmouent. IVS Legationis liberũ) oblatũ à Dolabella, q̃ in Syriã proficiscebat. LIBERVM) poterã eñ p meo arbitrio Legatus pficisci, vel nõ. SENATVS cogendi) tũc enim nõ cogebatur: nã p sua libidine cũcta gerebat Antoni⁹. Fore vero sperabat Cic. vt Conss. Hirtio & Pãsa, & ipse aliquid in Senatu authoritatis haberet, & Senat⁹ per Cõsules cogeretur, cũ prius domi Antonij absente Senatu & populo etiã inuito oĩa agerẽtur. NON sine caussa) timebat enim insidias & Cæsaris veteranos. qui ad Brũdusiũ ciuitatẽ Iapygiæ in Calabria erãt, quã Cretẽses habitasse memorię proditũ est. q̃ è Gnosso cũ Theseo discesserũt. Portus Brũdusinus cõmodissimus est: multi ore vno includũtur, qui nulla fluctuũ agitatione turbãtur, cũ interim sin⁹ excipiãt, vt forma ipsa ceruicornib⁹ simillima sit, vnde nomẽ inditũ. locus enim cũ vrbe ceruino capiti maxime est cõparãdus: & Mesapiorũ lingua Brũdusiũ cerui caput nominat. Strabo author. Brũdusio soluebãt Romani in Grẽciã & Asiã nauigaturi, redeũtesq̃ inde Brũdusiũ appellabãt. Brundusiũ.

SYRACVSAS) vrbs est Siciliæ, quam Archias è Corintho nauigãs cõdidit, & agri fœlicitate, & naturali portuum cõmoditate insignis, tribus annis obsessas Marcus Marcellus expugnauit, & dirupuit. tãtũ vt mulierib⁹ & tẽplis parceretur edixit. Syracusæ.

TRANSMISSIO) Trãsit⁹ & traiectio. Trãsmittere, trãsire. Virg. Alia de parte patẽtes trãsmittunt cursu cãpos. CONIVNCTISSIMA) omnis Sicilia fuit Ciceronis studiosissima, propter quæsturam illic integerrime administratã. NECESSARIOS) amicissimos, Siculos. Trãsmissio

ASCEN. Execratę colũnæ) Adiectũ est in Victorino codice, pyramidis Iulij in foro vrbis positę. Quæ verba nõ reor Ciceronis, sed cũ essent ad elucidationẽ foris scripta, indoctus scriba ad literã adiecit. Quæ sit autẽ colũna vt Beroaldus innuit, ambigitur, forte ea erat quã in oratione pro Deiotaro statuã Cæsaris sustinentẽ, & inter regias positã defendit: aut si ea est apud quã populus multo tempore post vota suscepit & sacrificauit, authore Suetonio, necesse est dicamus instauratã. Veterani qui appellabantur) In Victorino repositũ est qui appellãtur: quod qui sic reposuit, videtur intellexisse appellabãtur pro nominabãtur: & quia adhuc nominãtur, reposuit appellãtur: verũ opinor accipiẽdũ appellabant, id est, vocabãtur ad cõcionẽ, aut ad Senatum vt audirent mandata eius. Per ipsum) Antoniũ sup. acta sunt.

Columna euersa.

BEROALDVS. Euersio execratæ colũnæ) Non sat liquet, an hæc illa sit columna quã plebs Romana in foro statuit Cęsari Dictatori solidã propè viginti pedum lapidis Numidici, inscripsitq; , Parẽti Patriæ. Nã ne credamus hãc, hoc in loco significari facit Suetonius, qui scribit quẽadmodũ apud eandẽ columnã longo tẽpore sacrificare & vota suscipere, & controuersias quasdam interposito per Cæsarem iure iurando distrahere populus Romanus perseuerauerit. In Epistolis ad Atticũ dilaudans hoc facinus Dolabellæ sic inquit: O mirificũ Dolabellã meũ. Columnã tollere, locũ illũ sternendũ locare. Quid quæris heroica? In hunc sensum Lactãtius lib. 1. sic refert: Quòd si Consul nõ fuisset Antonius, Caius Cæsar pro suis in Remp. meritis etiã defuncti hominis honore caruisset, & quidẽ cõsilio Pisonis soceri & Lucij Cęsaris propinqui, qui vetabant funus fieri: & Dolabellæ Cõsulis, qui colũnam in foro id est titulũ eius euertit, ac forũ expiauit. Infra dicet bustũ Cæsaris in foro euersum esse à Dolabella. Calẽdis Iunijs immutata oĩa) In Epistolis ad Atticũ, Nõne meministi clamare te omnia perijsse, si ille funere elatus esset, sapienter id quidẽ. Itaq; ex eo quæ manarint vides. Quæ scribis Calendis Iunijs Antoniũ de prouincijs relaturũ, vt & ipse Gallias habeat, & vtrisq; dies prorogetur, licebit ne decerni libere? Haberẽ ius legationis liberũ) Sic in omnibus fere Tullianis codicibus legi solet, & exponi liberum ius, vt intelligamus fuisse in arbitrio Ciceronis vtrũ Legationẽ ab Dolabella oblatã suscipere vellet an renuere: sed mihi purior lectio & verior videtur esse si legas, ius legationis liberę, sunt enim quędã Legatiões, partim votiuę, partim liberę nũcupatæ. Votiuã legationẽ ex eo dictã autumant, q̃ sumitur ad vota dissoluẽda. Liberã vero Legationẽ ex eo opinor appellatã, q̃ libera sit, & ad quãcũq; nationẽ, quę impetrari solebat à Senatu, tanq̃ caussa proficiscẽdi honesta, & velamentũ, vt ita sub noĩe Legationis honorifico procul à patria ciues esse possent. Interdũ liberę Legationes exigẽdi caussa petebãtur. qđ multi boni viri sæpe fecerũt, vt docet M. Tul. in Orat. p Flacco. De libera Legatione mẽtionẽ facit D. Brutus his verbis: Cũ in his angustijs versarer placitũ est mihi, vt postularẽ Legationẽ liberam mihi reliquisq; nostris, vt aliqua caussa proficiscẽdi honesta quęrereť. Idẽ M. Tul. in epistola quadã ad Quintũ fratrẽ sic inquit: Illud autẽ quod cupit Clodius, est legatio aliqua, si minus per Senatũ, per populũ libera, aut Bizãtiũ aut Brogitarum, aut vtrũq;, plena res nũmorũ. Liberæ Legationes videbãtur habere definitũ tẽpus quinquẽnij ex lege Iulia. Verũ ne dubitemus hoc in loco legendũ esse, ius Legationis liberę euidẽter ostẽdit M. T. epistola quadã ad Atticũ scribens sibi Legatione opus esse, honestiorẽ esse libera votiuã. Sed licet, inquit vti vtraq;. atq; inibi ex interuallo, Dolabella, inquit, me sibi legauit ad quartum Nonas Apriles id mihi heri vesperi nunciatum est: Votiua ne tibi quidem placebat: Item cogites quid agendum nobis sit super Legatione votiua, quòd in his locis moneor à multis ne in Senatu Calendis adsim.

Legatio votiua & libera.

STVRMIVS. Ecce enim Calend. ἰδοὺ dictio aptissima rebus insperatis & nouis. Expositio est ex aduerso illata superioribꝰ, qua causſam abitionis absolute nunc & aperte narrat. Superiora autem illa, non per inductionem facta, vt quidam suspicantur, sed ideo exposita, vt insequentibus maius odiũ accrescat. Etsi enim nõ peius fortasse peccant qui principio simulate agunt, vt aliquando magis noceant, nocent tamen odio maiori, quoniam principio eis creditũ nõ fuisset, si egissent aperte. Multa & magna γενικῶς illud additũ est, vt cõtinuo μερισμῷ diuidat, ad exaggerationẽ & maiorẽ explanationẽ faciẽdã. Cõsules designati.) Hircius & Pãsa. Patriæ liberatores.) D. & M. Bruti. C. Cassius. Cn. Domicius. C. Trebonius, L. Tulliꝰ Cimber. duo Cascæ atque reliqui coniurati. Cuius â ceruicibus) τικῶν cuius mentionem Aristoteles ad Theodoctem facit. Quos tamen ipsi.) Ratiocinatio duplex ex contẽtione, tum Antonij violentiæ, tum consulum designatorum metus. Veterani qui appellabantur,) περίοδος λίκωλος, siue circũscriptio χοινοτινὴς, vt alij volũt. Appellabãtur, hoc est aduocabãtur, ad vrbis & patriæ subsidium: fuerant enim hi Brundusii in ciuitate Calabrię. Quæ cum audire.) Continuatio ex coclusione superiorum. Eposui. P. C.) Transitus ad alteram partem expositionis ex periodo bimembri, κατὰ κῦκλον vel vt alij vocant per conuersionem breuiter & absolute. Quæ plus habet adm.) Propterea etiã auditu iucundior. Omnis transitus docilitatis locus est, hic etiam attentionem habet. Non sine causſa. Propter veteranos, qui Brudusii erant. Quæ tamen vrbs.) Declinatiuncula. magis enim festinationem suam & animi dolorem ostendit, quàm Narrationem perpetuet. Veritus sum ne) δικαιολογία ad probitatem ingenij sui innuendam.

Cum autẽ me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent, ab eo loco conscendi, vt transmitterem, nec ita multum proiectus, reiectus austro sum in eum ipsum locum vnde conscenderam. Cúmque intempesta nox esset, mansissemque in villa P. Valerii comitis & familiaris mei, postridiéque apud eundem ventum expectans manerem, municipes Rhegini complures ad me venerunt, ex iis quidam Roma recentes: à quibus primum accipio M. Antonii concionem: quæ ita mihi placuit, vt ea

lecta de reuersione primum cœperim cogitare. Nec multo pòst edictum Bruti affertur & Cassii, quod quidem mihi fotasse quod eos etiam plus Reipub. quàm familiaritatis gratia diligo, plenum æquitatis videbatur. Addebant præterea (fit enim plerunque, vt ii, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id quod nunciant lætius) Rempublicam conuenturam Calendis Sextilibus, Senatum frequentem fore: Antonium repudiatis malis suasoribus, remissis Galliis prouinciis, ad authoritatem Senatus esse rediturum. Tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum, vt mihi nulli neque remi, neque venti satisfacerent: non quòd me ad tempus occursurum putarem, sed ne tardius, quàm cuperem Reipublicæ gratularer. Atque ego celeriter Veliam deuectus Brutum vidi: quanto meo dolore nō dico: turpe mihi ipsi videbatur in eam vrbem me audere reuerti, ex qua Brutus excederet: & ibi velle tuto esse, vbi ille nō posset. Neque vero illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi. erectus enim maximi atque pulcherrimi facti conscientia, nihil de suo casu, multa de nostro querebatur. Ex quo primū cognoui, quæ Cal. Sextilibus in Senatu fuisset L. Pisonis oratio: qui quanquam parum erat (id enim ipsum à Bruto audieram.) à quibus debuerat audiutus: tamen & Bruti testimonio, quo quid potest esse grauius? & omnium prædicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consequutus. Hunc igitur vt sequerer properaui, quem præsentes non sunt secuti: non vt

proficerem aliquid (neque enim ſperabam id, neque proficere poteram) ſed vt ſi quid mihi humanitus accediſſet (multa autem impendere videbantur praeter naturam etiam, prætérque fatum) huius diei vocem teſtem Reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga ſe voluntatis.

MATVR. LEVCOPETRAM QVOD EST PROMONTORIVM AGRI RHEGINI.) Quid mirum ſi ſuperior locus librariorum & literatorum negligentia tam inſigne mendum accepit, vt vinctus pro vncus ſcriberetur: cum hic locus, quem etiam indoctis apertum eſſe conueniebat, tam temere ſit deprauatus? Quis enim ignorare potuit Leucopetram non Siciliæ, ſed Italiæ & Calabriæ atque agri Rhegini promõtorium eſſe, quod & ipſa indicant Ciceronis verba. Ait enim Leucopetram ex Sicilia relatum ſe ventis. Cum agri Rhegini ſcribendum fuerit, ſicut & Cicero ſcriptum reliquit, Agrigenti ſcriptum ab imperitis eſt. Leucopetra Calabriæ eſt promontorium, ſic à colore vocatum: album enim apparet. è Rhegio ad oriẽtem, nauiganti occurrit per ſtadia quinquaginta. montis Apennini finem eſſe dicunt, Strabo. INTEMPESTA) inactuoſa non habens idoneum tempus rebus gerendis. IN VILLA) quæ in agro erat Rhegino. COMITIS) qui Ciceronis Comes erat itineris, & idem familiaris atque hoſpes. Is eſt P. Valerius, ad quem eſt Ciceronis Epiſtola libro primo ad Lentulũ. Cuius initium eſt: M. Tullius Cicero, Publio Valerio Iuriſcon. ſalutem dicit. Cur enim tibi hoc non gratificer, neſcio. Cum nõ eſſet, quoniam parum peritus iuris, videri tamen volebat, & vocari Iuriſconſultus: quod in epiſtola quæ eſt in principio. iij. libri ad Appium Pulchrum melius cognoſcitur. MVNICIPES RHEGINI) ex regio municipio, quid ſint municipes, A. Gellius docet libro. xv. cap. xiij. Rhegium vero Chalcidenſes condidere, qui cum ex oraculo decumati Apollini oblati fuiſſent, è Delphis eum deduxiſſe Coloniam feruntur alijs ſecum aſſumptis: ſic dictum eſt quoniam eo loci conditum fuit, vbi terræmotu Sicilia eſt ab Italia auulſa interueniẽte anguſto freto. ἡήγνυσθαι frangi eſt. ROMA) hoc eſt à Roma. RECENTES) qui nuper venerãt ab vrbe. ACCIPIO) intelligo. Virg. Accipe nunc Danaum inſidias. CONCIONEM) orationem habitam in Senatu, qua Sex. Pompeium ex Hiberia acciri ſuaſit, vbi aduerſus Cæſaris Prætores bellum gerebat, eique pro paternis bonis in publicum redactis, vicies & quinquagies. x. mille drachmas Atticas decreuit rependi, maris quoque præſidium inſtitui debere, quemadmodum & parens eius olim extitiſſet, rebúſque arguentibus

Leucopetra.

Rhegium.

Accipio.

Romanorum classe vbicunque ea esset vti posse. Senatus singula admiratus concessit, Antoniúmque per vniuersam diem laudibus immensis extulit, Non enim quispiam eo popularior fuisse videbatur. Quamobrem desiderabatur ab omnibus. Cassius porro & Brutus qui ex Pompeiana factione esse dicebantur, tunc quidem in honore habiti salutem indubiam adipisci putabantur. Senatus Antonio concessit, vt contra vulgi insidias custodiam corpori adhiberet. Ille vero ad sex milia militum coegit, in quibús eos qui sub Cæsare militarant, & ordines duxerant: qua multitudine esse formidolosus postea cœpit omnibus. EA LECTA) est enim in scriptis ad Ciceronem perlata. EDICTVM BRVTI ET CASSII.) qui Prætores erant vrbani. Fuit autem hoc edictum, ne cui infra vigesimum annum prouincię administratio dari posset: quod iniquo animo tulerat Antoni⁹, erepta sibi adolescentibus, quod audaciores solent esse, gratificandi potestate. REMISSIS GALLIIS) Quarum Cisalpina D. Bruto cum tribus legionibus, Trãsalpina Munatio Planco obtigerat: Sed Cisalpinam Macedoniæ loco, quæ ei obuenerat concedi à Senatu postulabat Antonius, id animo agitans à Cæsare è Gallia redeunte Pompeium opressum. Senatus periculum animaduertens, solicitus cœpit esse, & subesse insidias intelligẽs misit qui nuntiarent D. Bruto prouinciam retineret, exercitum alium scriberet, quo Antonio obsisteret. VELIAM DEVECTVS) Oppidum in agro Lucano Velia est, quam ex terra Phocide fugati ab Harpalo Regis Cyri præfecto condiderunt. author A. Gellius. Græci Heleam dicunt, quoniã intra paludes cita est, quas illi ἕλη vocant. Cum insolentior fieret indies Antonius & magis magísque timendus esset, Brutúsque & Cassius tutum nihil intuerẽtur, & si Vrbani Prætores, veluti priuati tamen degebant, inclinabant ad fugam. Quorum voluntate cognita, Senatus eis frumenti ex omnibus locis conuehendi curam iniunxit, vt sub honoris prætextu, vrbe excederent, & minime viderentur effugere: ergo Veliæ Cic. offendit Brutum. PVLCHERRIMI FACTI CONSCIENTIA) quod Cæsarem occiderat, & patriam seruitute Tyranni liberauerat L. PISONIS) Cuius filiam Calfurniam vxorem habuit Cæsar. Is L. Piso suaserat deponenda arma, ad Senatus authoritatem omnia referenda, libertatem conseruandã: longa vero oratione Antonij accusauerat impotentiam, & de mutata voluntate erat conquestus pluribus. Magno animo hortatus fuerat, vt ei occurreretur. Et vt C. Octauius, quẽ Iulius in familiam nomenq; suum adoptauerat, reuocaretur, qui Antonij audaciæ & conatibus obijceretur. Is primus vel solus potius dissuasit parentalia cum supplicationibus Iulio decernenda, quod retulerat & volebat Antonius, magna contentione multis contrà differuit rationibus: Sed parũ est adiutus ab ijs à quibus vel in primis debuerat. Cicero in Epistola ad Cassium, Ita nec Pisoni, qui in eum primus inuectus est, nullo assentiẽte, nec mihi qui idem trigesimo pòst die feci, nec P. Seruilio, qui me est consecutus tuto in Senatum

Ant. permissa sui custodia.

Velia.

Helea.

L. Piso.

natum venire licet. Cædem enim gladiator quærit. Is tamen L. Piſo, poſtea Antonij abſentis defenſor contra Ciceronem extitit.

TRAP. Præter naturam prætêrque fatum.) Violentam & inopinatam mortem ſignificat: vt eſt apud Homerum. μὴ ἢ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι Quod Cicero fatũ atque naturã videtur dixiſſe: illud multo antè Demoſthenes dixit, ὑπὲρ σεφάνου his verbis, ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων, μόνον γεννῆσθαι τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει.

ASCEN. Sed vt ſi quid mihi humanitus &c.) Loci huius enarratio apud A. Gellium eſt li. Noct. At. 13. c. 1. Præter naturam, inquit, prętêrque fatum, An vtrunque idem valere voluerit, fatum atque naturam: & duas res ἀνθ' ἑνὸς ὑποκειμένου, πεπρωμένην καὶ φύσιν. (id eſt pro vno ſubiecto fatum & naturam.) An vero diuiſerit ſepararitq; vt alios caſus natura ferre videatur, alios fatum, conſiderandum equidem puto. Atque id maxime requirendum qua ratione dixerit accidere multa humanitus poſſe præter fatum quãdo ſic ratio & ordo, & inſuperabilis quędam neceſſitas fati conſtituitur vt omnia intra fatum claudenda ſint: niſi illud ſane Homeri ſecutꝰ eſt, μὴ ἢ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι. (id eſt ne obſtante domum fato penetrabis Auerni.) Nihil autem dubium eſt, quin violẽtam & inopinatam mortem ſignificauerit, quæ quidem poteſt recte videri accidere præter naturam. Sed cur id quoque mortis genus extra fatum poſuerit, neque operis huius eſt explorare neque temporis. Illud tamen non prætermittendum eſt, quod Virgilius quoque idipſum quod Cicero, de fato opinatus eſt: cum hoc in quarto lib. dixit de Eliſa, quæ mortem per vim potita eſt,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem. Tanquam in faciendo fine vitæ, quæ violenta ſunt, non videantur è fato venire. Demoſthenis autem viri prudentia pari atque facundia præditi verba idem ſignificãtia de natura atque fato, M. Cicero ſecutus videtur. Ita enim ſcriptum eſt in Oratione illa egregia περὶ σεφάνου. (id eſt, de corona) ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεννῆσθαι ἐν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ ἣ μὴ τούτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει (id eſt, Nam qui parentibus tantum ſe natum putat, fatalem atque ſuæ ſpontis mortem manet. Qui vero etiam patriæ, ob id ne in ſeruitutem redactam illam videat, occumbere pręoptabit.) Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixiſſe id multo ante Demoſth. τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον (id eſt, fatalem & ſuæ ſpontis mortem) appellauit. αὐτόματος (id eſt, ſpontanea) enim θάνατος (id eſt, mors) quaſi naturalis, & fatalis, nulla extrinſecus vi coactus venit. Hactenus Gell.

PHIL. Præter naturam prætêrque fatum.) Conſiderandum atque id maxime requirẽdum putat. Au. Gell. qua ratione dixerit accidere multa humanitus poſſe præter fatum, quando ſic ratio & ordo inſuperabilis quædam neceſſitas fati conſtituitur, vt omnia intra fatum claudenda ſint. Nihil autem

dubium est, quin violentam & inopinatam mortem significauerit. Tanquam in faciendo fine vitæ, quæ violenta sunt, non videantur ê fato venire, sintq; præter naturam. Virgilius quoque id ipsum quod Cicero de fato opinatus videtur, cum in quarto æneidos, de morte Didonis violẽta sic scriberet: Nam quia nec fato merita nec morte peribat. hoc est non secũdum institutum naturę. Quod fatis attributum est hominibus, scilicet vt nulla vi adhibita moriantur. Hinc enim difficilis mors est, cum nõ consensu naturæ spiritus redditur: sed extorquetur violẽtia & extruditur ante diem, quo natura potuit afferre consensum. Græci Biothanaton vocant mortem violentã & Biothanatos homines qui violenta morte perimuntur. De quibus frequens mentio apud Firmicum Maternum. Cõtra Demost. θάνατον αὐτόματον appellat suæ spontis mortem, quã naturalem intelligi vult. Quasi naturalis & fatalis ille sit obitus, qui nulla extrinsecus vi coactus venit.

STVR. Cum autem me) Continuatio Narrationis. Estque hic locus plenus signis verisimilibus περιστατικῶς, & ipso rei insperato exitu iucundam expositionem habet. Ex his quidam) Hactenus ita ex circunstantijs temperauit orationẽ, vt in summa festinatione necessaria mora facta esse videatur. Nunc caussæ reditus rursum per enumerationẽ exponuntur. M. Antonij concionem) ἀγορίαν. Hanc in Senatu habuit pro Sexto Pompeio Cn. filio, qui id temporis in Hiberia bellum gerebat, contra Cæsaris Prætores. Hunc reuocandũ in patriam suasit. & pro patris bonis, quæ in æde Opis in publicum redacta erãt, vigesies & quinquagies decem mille drahmas aticas restitui, & præsidem maris institui debere censuit. Nec multo pòst) Edictum Bruti erat vt ne cui infra vigesimum annum prouincia obueniret. quod factum erat â Bruto & Cassio, vrbanis prætoribus, contra Antonij potentiam, qui minor his annis erat. Fit enim plerũque παρένθεσις γνωμολογικῶς ad fidem Narrationis. Remissis Gallijs) Nam harum Cisalpina D. Bruto cum tribus legionibus obuenerat. Transalpinam Munatius Plancus sortitus erat. Cisalpinam Antonius loco Macedoniæ postulabat. Quæ res suspecta Senatui fuit, eáque Bruto significauit, vt prouinciam retineret, & cõtra Antonium maiorem manum faceret. Tum verò tanta) συμπερασμάτιον pulchra ὑπερβολῇ ornatũ, moderatũ etiã breuiuscula occupatiũcula ad beneuolentiã augendã. Atque ego celeriter) Declinatio, tum ad Brutũ παθητικῶς commendandum, tum ad caussam eam commendandam à persona L. Pisonis. Erectus enim) ἢ προσληπτικὸν hic locus habet, propter libertatem orationis. Ex quo primum) Pars altera declinationis etiam tamen superioris coniuncta, vt caussa fuisse ita videatur maturandi reditus. Hunc igitur vt. Resumptio conclusionis κατ' ἐπεξεργαίαν.

Quoniam vtriusque consilii caussam P. C. pro-

batam vobis esse confido, priusquam de Republica dicere incipio, pauca quærar de hesterna M. Antonii inria: cui sum amicus: idque me nõnullo eius officio debere esse præ me semper tuli. Quid tandem erat caussæ cur in Senatum hesterno die tam acerbe cogerer? Solús ne aberam? An non sæpe minus frequẽtes fuistis? An ea res agebatur, vt etiam ægrotos deferri oporteret? Annibal credo erat ad portas? aut de Pyrrhi pace agebatur? ad quam caussam etiam Appium illum & cæcum & senem delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationibus referebatur, quo in genere Senatores deesse non solent. Coguntur enim non pignoribus, sed eorum, quoru de honore agitur, gratia: quod idem fit, cum de triumpho refertur. Ita sine cura Consules sunt, vt penè liberum sit Senatori non adesse. Qui cum mihi mos notus esset, cunque * è via languerem & mihimet displicerem, misi pro amicitia qui hoc diceret. At ille vobis audientibus, cum Fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracunde hoc quidẽ & valde intemperanter: Cuius enim maleficii ista pœna est? vt dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturum publice ex Senatus sententia ædificatam domum?

* de vita.

TRAP. De hesterna Marci Antonij iniuria) dictũ est enĩ M. Antoniũ milites mittere voluisse qui Ciceronem in Senatum protraherent. Postea pignoribus acceptis reliqua vi abstinuisse. Præ me semper tuli) non solũ, inquit, hoc leue eius & exiguum beneficiũ in memoria habui, sed etiam prædicaui quod est gratissimi hominis.

TRAPEZVNTIVS. Vt ægrotos) Hoc dicit propter Appium Claudium, qui bello Consentino Tarentino, cum Senatores pacem cum Pyrrho faciendam censerent, delatus in Senatum dissuasit, qui apud Ennium his versibus Senatum reprehendit: Quo vobis mentes recte quæ stare solebãt Antehac, præcipiti sese flexere ruinã? Hunc Pyrrhum Cõsentini cũ aduersus Po. Ro. bellum gererent, ex Græcia accersiuerunt, vt eo Imperatore vterentur.

MATVR. VTRIVSQVE CONSILII) profectionis & reuersionis. CONFIDO) Credo, tum in præterito vt hic: tum in præsenti, vt Cicero in principio de Officijs. Quãquã à Cratippo nostro prĩcipe huius memoriæ Philosophorum hæc te assidue audire atque accipere confido. in futuro, Ita fore confidimus. DE HESTERNA &c) Qui minatus in Senatu est, cum redijsset Cicero, & in eo ordine non assuisset, missurum se fabros, qui domum demolirentur & milites qui inuitum traherent: postea vero acceptis pignoribꝰ, reliqua vi abstinuit. ANNIBAL CREDO &c) qui post Cannensem pugnam castra posuit ad Anienem ad tertium ab vrbe lapidem, vrbem obequitauit, & hastam intra Romana mœnia iecit: quo tempore magna Romæ trepidatio fuit. DE PYRRHI PACE) Hic Epirotarum rex fuit accersitus à Tarentinis, pro illis aduersus Romanos vario euentu bella gessit, ad vigesimum ab vrbe lapidẽ castrametatus est, cum de pace cum eo ageretur, & potentiorum per Cyneam Legatum fauor quæreretur: Appius senex & cæcus lectica in Senatum latus turpissimas conditiones magnifica oratione discussit. vsus verbis quę ex Ennio recitauit Cicero in Catone Maiore, Quo vobis mentes recte quæ stare solebant Ante hac, præcipiti se se vertere ruinã? Luminibus captus est quoniam Potitijs vt Herculis sacra publicos seruos edocerent persuasit. De supplicationibus decernendis vnà cum parentalibus in honorẽ Iulij cum tamen ex veteri more & semper custodito duorum trium aut pluriũ dierũ pro re ab aliquo bene gesta decerni soletent, & præuiæ esse triumphi plerunque: Ibant autem Sacerdotes per vrbem templa adeuntes, supplicantes dijs & gratias agẽtes. Quoties autem de supplicationibus referendum erat, ab amicis illius cuius gratia decerni postulabantur ipsæ supplicationes, in Senatum præcibus Senatores conuocari solebant. GRATIA) Caussa. DE TRIVMPHO) Cuipiam decernendo. SINE CVRA) Cogendi per viatorem Senatores, quando de supplicationibus aut triumpho agendum: nam cogendi laborem ipsis relinquunt, quorum de honore agitur. E VIA languerem) Ex itinere fessus essem.

FABRIS) Demolitorijs. Multiplex enim faber est, lignarius, ferrarius, lapidarius. DISTVRBATVRVM) Demoliturũ. PVBLICE EX &c.) Infestante P. Clodio Tribuno, & Pisone ac Gabinio Consſ. cum posset armis contra vim defendere se, cedere maluit Cicero, media nocte vrbẽ egressus, exul factus est: Villæ eius incensæ, vastati agri, bona sub hasta vẽdita, domus diruta, & quo solum quoq; auferretur. Aedes libertatis in area exædifi

Confido.

Annibal.

Pyrrhus.

Appius Claudius Cæcus.

Supplicationes.

Faber.

Cic. exiliũ. & reditus.

cata.Restituto decimo & sexto mense pòst,domus publica impensa regdificata in quam & si numini sacrata fuerat,Ciceronem pontifices,Conss. Prætores collocauerunt,quod in Oratione contra L.Pisonem ipse ait.

BEROALDVS COGVNTVR NON PIGNORIBVS) Mar. Varro libris Epistolicarum quæstionum disseruit de pignore capiendo, déque multa dicenda Senatori, quicum in Senatum venire deberet, non adessetnam Senatores infrequentes captis interdum pignoribus mulctabantur. Ex Senatus sententia ædificatam domum) Intelligi plane vult domum suam, quam olim Clodius incendisset, mox Senatus censuit publica pecunia ædificandam. Gloriatur Marcus Tullius in Oratione contra Pisonem sibi,quod antea nemini,pecun iam publicam ad ędificandã domum fuisse decretam.Quod non tam historico more, quàm oratorio, vt inquit Asconius Pædianus,videtur posuisse: nam multis ætatibus ante Ciceronem nulli id contigisse verũ est.An vero nemini vnquam antea,videamus ne parum caute dicamus.Antiquis enim temporibus idem contigit Valerio Maximo,cui inter alios honores domus quoqꝫ publice ædificata est in palatio. Et Antiochi regis filio obsidi domum publice ędificatã tradunt.Varro quoqꝫ refert Mut.qui ab Annibale transierat ad Romanos,ædes Romæ datas & pecuniam ex ærario.Videamus tamen num ideo Cicero dicat sibi,quod antea nulli domum pecunia publica ex ærario ædificatam: quia illis aut locus publice datus sit aut domus,quæ fuerat eorum non publico sumptu ędificata.Ciceronis verò domus quæ fuerat ipsius, & diruta atque incensa erat, & à Clodio consecrata Libertati.publico sumptu ædificata sit,quod nouum & huic primo & adhuc etiam ipsi soli contigit.

Domus ẽ Rep. ędificata.

STVRMIVS. Quoniam vtriusqꝫ cons.) Transitus post factam narrationem,ad reprehẽsionem Antonij iniuriæ,qui locus tametsi prior videatur potuisse esse,& occasionem habuisse maioris expostulationis & querelæ.tamẽ ideo vtrunqꝫ vitatũ est,ne videret suũ,non Reip.negocium agere. Cui sum amicus) More suo aduersario se amicum profitetur. Quid tandẽ erat caussæ) Propositio huius loci.Nulla caussa fuit cur in Senatum cum contumelia cogerer.Subiungitur inde ex proximo probatio. Nam neqꝫ solus aberã,neqꝫ ea res agebatur,& necessariũ esset. Sed de supplicationibus agebatur verbi gratia,nõ mulcta requiritur. Annibal credo) Pulchra ironia vice infirmationis,ad contemptionẽ aduersarij atqꝫ eius caussæ. Imitatus est hũc locum Liuius in Oratione Catonis pro lege Oppia. Annibal post cladẽ Cãnensem,exercitum suum promouit ad tertium ab vrbe lapidem,Romã obequitauit,& intra mœnia iaculum misit,vnde magna omnium mentes consternatio occupauit Pyrrhus Epirotarum rex,vario Marte sæpe pro Tarentinis,contra Romanos pugnauit. Postremò ad vigesimum ab vrbe lapidem castra posuit,cœptumqꝫ eit de pace agi per Cyneam legatum,ad quod consilium Appius Cæcus & senex delatus est,qui fortissime & prudẽtissime re-

gijs promissis sua oratione restitit. Coguntur einm non pig.) A more & consuetudine. Qui cum mihi mos) συμπερασμάτιον ἀντιληπτικῶς: addita est μετάστασις etiã ad maiorẽ defensionem. At ille vobis aud.) Criminatio ex aduerso illata, ad quãdã ἀλλοίωσιν, hoc est, facti sui & contumeliæ aduersarij dissimilitudinem ostendendam. Nimis iracunde) ἐπιφώνημα ad maiorem vituperationem & indignationẽ. Se publicis operis disturb.) παρανομασία ἐμφατικῶς & exaggeratio facti.

Quis autem vnquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid est vltra pignus, aut mulctam? qui si scisset quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profecto de seueritate cogendi. An me censetis P. C. quod vos inuiti secuti estis, decreturum fuisse vt parẽtalia cum supplicationibus miscerentur? vt inexpiabiles religiones in Rẽp. inducerentur? vt decernerentur supplicationes mortuorum? nihil dico. Quis fuerit ille Iun. Brutus qui & ipse regio dominatu Rempub. liberauit, & ad similem virtutem, & simile factum stirpem in propè quingentesimum annum propagauit, adduci tamen non possem, vt quenquã mortuum coniungerẽ cum deorum immortalium religione: vt cuius sepulchrum nusquam extet vbi parẽtetur, ei publice supplicetur. Ego vero eam sententiam dixissem P. C. vt me aduersus Po. Ro. siquis accidisset grauior Reip. casus, si bellũ, si morbus, si fames, facile possem defendere: quæ partim iam sunt, partim timeo ne impendeãt. Sed hoc ignoscant dii immortales velim, & populo Ro. qui id non probat, & huic ordini qui decreuit inuitus. Quid de reliquis Reipub. malis licet ne dicere? mihi verò licet & semper licebit dignitatem tueri, mortem contẽ-

nere:potestas modo in hunc locum veniendi sit,dicendi periculum non recuso. Atque vtinam P.C.Calend. Sextilibus adesse potuissem, non quo profici potuerit aliquid:sed ne vnus modo Cõsularis, quod tum accidit,dignus illo honore,dignus Reipub. inueniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorẽ, homines amplissimos Po.Ro.beneficiis vsos,L.Pisonem ducem optimæ sententiæ non secutos. Iccirco ne nos populus Ro.Consulares fecit, vt in altissimo amplissimoq; gradu dignitatis locati, Rempub.pro nihilo haberemus? Non modo voce nemo L.Pisoni Consulari,sed ne vultu quidem assensus est.

TRAPEZVNTIVS. REMISISSET DE SEVERITATE COGENDI) quam scilicet intenderat. Parentalia) Iusta sunt mortuorum.

Inexpiabiles) quæ nullo supplicio,nullo sacrificio piari & expurgari & lui possent. Stirpem) progeniem suam,scilicet Brutum qui Cæsarem occidit. Propagauit) produxit sumptum de vitibus. Si quis accidisset grauior Reipublicæ casus) propter hoc piaculum & iram deorum: solent autem dij immortales publica scelera, aut bello,aut morbo,aut fame vlcisci Velim) vtinam. Vultu)indicando scilicet voluntatem animi sui,lætitiam scilicet aut dolorem ostendendo.

MATVRANTIVS. AVT QVID) Duobus modis cogi Senator potest,vt vel pignus ab eo auferatur,vel mulcta, hoc est pecuniaria pœna irrogetur.Samnitum vocabulum mulctam dicit esse Varro, & specialis peccati esse, cuius animaduersio pecuniaria sit, cum pœna generalis existat. VT PARENTALIA cum supplicationibus miscerentur) vt in Cæsaris honorẽ quotannis parentalia simul & supplicationes certo die celebrarẽtur. Sunt autem parentalia iusta mortuorum, & parentare est pro mortuis parẽtibus iusta facere & epulum dare. Omnes vero maiores in infinitum parẽtes vocari,ait Cassius iureconsultus.Sacrificare apud veteres Romanos,sicuti nunc à nobis Nouẽbri mense.xij.Calendas Februarij parentalia celebrari pro mortuis solita sunt,quod Ouidius tradit in Fastis. CVM SVPPLICATIONIBVS)Quas item in Cæsaris honorem decerni volebat,tanquam relatus in deos esset. INEXPIABILES) Quæ expiari non possent: nã non pro

Mulcta.

Parẽtalia.

Supplicationes.

mortuis decerni ſupplicationes conſueuere, ſed pro viuis: nõ pro re triſti, ſed pro læta, vt pro victoria. ILLE IV. BRVTVS) Hoc ſignificare vult: ne Iu. quidẽ Brutus à quo ſunt exacti reges & parata vrbi libertas, dignus eſt ad cuius ſepulchrum ſupplicetur: multò minus Cęſar, qui regio dominatu liberam vrbem preſſit. Ille profuit pellendo tyrannidem: hic obfuit exercendo. & eſt à maiori ad minus argumentum. Si non dignus Brutus, multò minus Cæſar. Id honoris duntaxat Bruto tributum, quòd cadauer eius in foro poſitum Collega Valerius laudauit, matronæ anno luxerunt. Corruptũ ſcio locum & Iu. id eſt Iunium: non L. Brutum legendum. REGIO DOMINATV) Eiecto Tarquinio Superbo & filijs. STIRPEM) M. Brutum, qui Cæſarem occidit. PROPAGAVIT) Extendit: ſumptum à vitibus, vnde & propago. CVM DEORVM immortalium religione) Vt ei veluti dijs immortalibus ſupplicemus. NVSQVAM) Nullo enim loco Bruti ſepulchrum oſtendebatur. SI QVIS accidiſſet caſus) Propter hãc religionem & nouam & periculoſam, & propter hoc piaculum, deorum commoueretur ira, quia commiſſa in eos ſcelera, peſtilentia, fame, bello ſolent vlciſci.

Propago.

POSSEM defendere) & dicere monui ego vos ne faceretis, & dici ſolet quando quippiam accidit errore & peccato, quod nobis eſt prohibentibus commiſſum. IAM SVNT) Vt bellum quod adhuc in Hiſpania gerebatur contra Sextum Pompeij filium à Petreio & Affranio Prætoribus. QVI ID NON PROBAT) Decretas Iulio ſupplicationes. HVIC ORDINI) Senatorio. NIHIL VERO) Qui libere ſemper dicere conſueui, qui nullius vnquam ſubire inimicitias pro Repub. veritus ſum. LIBERTATEM TVERI) Sine qua nemo optet viuere, quod ait Salluſtius. IN HVNC LOCVM) Senatum. DICENDI PERICVLVM) quod inſtat libere loquẽtibus, & aliquos in quos dicitur offendentibus. CALENDIS Sextilibus) Quibus relatum ab Antonio eſt de ſupplicationibus & parentalibus Iulio decernendis. VNVS CONSVLARIS) L. Piſo. Conſulares erant qui Cõſulatum geſſerant. Maioris autem habebantur authoritatis & prærogatiuæ in Senatu. OPTIMAE ſententiæ) Ne parentalia & ſupplicationes Iulio decernerentur. PRO NIHILO) Hoc eſt vt quid accidat Reipu. non magnopere curemus. VVLTV) Annuendo & indicando placere ſibi illius ſententiam. MALVM) Interiectum eſt, frequens apud hunc authorem & in hoc opere & in Verrem, ſicut nefas apud Virgilium nonnunquam.

Cõſulares.

Malum.

ASCEN. Calend. Sextilibus) ſic cum bonis exemplis lego, & nõ quòd id eſt quia potuerit profici. vtrũq; verbum eſt imperſonale: quod Valla venuſtum cẽſet. Aliquod, id eſt, in aliquo: nã ſi dicas aliquid potuerit. iã potuerit fit perſonale & profici paſſiuum, id eſt vtiliter fieri. Sed ne vnus modo) id eſt ſolummodo vnus Lucius Piſo, Sed etiam alter) ſe autem innuit.

Inueniretur dignus ille honore) ſcilicet Conſulari, approbando ſententiã Piſonis: quod innuit ſe facturum fuiſſe ſi affuiſſet.

BEROALDVS. Vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur) Parentare eſt manibus defunctorum parentum ſacrificare, vnde & parentalia dicta ſacra, quæ dijs manibus ſoluuntur. Fabius Maximus Seruilianus pontifex negat oportere atro die parentare: quia tunc quoq; Ianum Iouẽq; præfari neceſſe eſt, quos nominari atro die non oportet. Parẽtalia.

STVRMIVS. Aut quid eſt vltra) ἐκ περιουσίας, hoc eſt, ex abundãti vis quædam argumenti, hoc pacto. In ſupplicationibus gratia non mulcta valere debet. Tametſi etiã alias, nunq; vltra pignus eſt. nunquam ædiũ demolitio. Qui ſi ſciſſet) Hoc cum contemptione quadam proferendum eſt. Habet autem tranſitum ad inſequentem probationem. An me cenſetis P.C.) Propoſitio pulchris exornata & producta ſchematibus, ad orationis vehementiam & grauitatem. Nihil dico quis) Comparatio à maiori ad ampli ficationẽ. Vt cuius ſepulch.) Ratio cur diſſuadeat ſupplicationes. Ego verò eam ſententiam) Summam ſuæ ſententiæ dixit. Tamen nunc quaſi nihil dixerit, incertum profert. Sed pertinet hic locus ad animorum perturbationem, habetq; in ſe ἐμπιφωνηματικῶς quandam ἔκπληξιν, à deorum ira & metu. Quę partim iam ſunt) ἐμφατικῶς illud extra ambitum collocatum eſt, vt magis aures & mentes feriat. Sed hæc ignoſcant) εὐχή, ad deprecationem & excuſationem magno indicio charitatis ſuæ erga patriam.

Quid de reliq.) παρασκευὴ ad reprehenſionem inſequentium, & tractationem principalis queſtionis, quæ eſt de Cæſaris actis. Qua quidẽ ex re) παρρησία temperata per querimoniam. Non modo voce nemo) Cum admiratione illud proferendum, habet tamen & admixtam indignationem.

Quæ nam, malum, eſt iſta voluntaria ſeruitus? fuerit quædam neceſſaria. Nec ego hoc ab omnibus iis deſidero, qui ſententiam loco Conſulari dicunt. Alia cauſſa eſt eorum, quorum ſilentio ignoſco: alia eorum quorum vocem requiro. quos quidem doleo in ſuſpitionẽ populo Romano venire: non metu, quod ipſum eſt turpe, ſed alium alia de cauſſa deeſſe dignitati ſuæ. Quare primum maximas gratias & habeo & ago L. Piſoni: qui nõ quid efficere ĩ Rẽp. poſſet cogitauit: ſed quid ipſe facere deberet. Deĩde à vobis P.C. peto, vt etiã ſi ſequi minus audebitis orationem atque authoritatem meã, be-

nigne tamẽ me, vt feciſtis adhuc, audiatis. Primum igitur acta Cæſaris ſeruanda cenſeo, nõ quo probem: quis enim id quidem poteſt? ſed quia rationem habendam maxime arbitror pacis & ocii. Vellẽ adeſſet Antonius modo ſine aduocatis: ſed vt opinor, licet ei minus valere, quod mihi heri per illum non licuit: doceret me vel potius vos P. C. quemadmodum ipſe Cæſaris acta defenderet. An in commentariolis, & chirographis, & libellis ſe vno authore prolatis, ac ne prolatis quidẽ, ſed tantummodo dictis, acta Cæſaris firma erunt? Quæ ille in æs incidit, in quo populi iuſſa perpetuáſque leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur? Equidem exiſtimo nihil tam eſſe in actis Cæſaris quàm leges Cæſaris. An ſi cui quid ille promiſit, id erit fixum? quod idem facere non potuit, vt multis multa promiſſa non fecit: Quæ tamen multo plura reperta ſunt illo mortuo, q̃ viuo beneficia per oẽs annos tributa & data: ſed ea nõ muto, nõ moueo: ſummo etiã ſtudio præclara illius acta defendo:

TRAPEZVNTIVS Ab omnibus his) quos ſcilicet neceſſitudo Antonij, aut beneficium Cæſaris prohibent libere loqui, ſicut erat L. Cæſar & multi alij. Primum igitur acta Cæſaris) Superius cauſſas vtraſque & profectionis & reuerſionis ſuæ. Deinde queſtus eſt de iniuria Antonij: in multos etiam Conſulares vehemens fuit, minime rogatus de ſententia.

De actis Cæſaris ſeruanda dicit) que ab ab Antonio non ſeruari docet hoc argumento. Is acta Cæſaris non ſeruat, qui leges non ſeruat: Antonius leges Cæſaris non ſeruat, ergo Antonius acta Cæſaris non defendit. Deſtruit autem leges primum de prouincijs Prætorijs & conſularibus, deinde iudiciarias, deniq; eam quæ eſt de vi ac maieſtate à Cæſare lata. Sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis atq; ocij) quia in primis conſulendum cenſeo & proſpiciendum eſſe ocio ac paci. Modo ſine aduocatis) vel aduocatis intelligit milites quibus ſeptus in Senatum veniebat, & eo-

rum preſentia ac vi cauſſam ſuam tuebatur, quemadmodum priuatorũ aduocati tueri ſolent:aut certe eius infantiam notat, qui per ſe ſine patronis & [a]duocatis ſe tueri ac defendere non poſſit. Sed,vt opinor, licet ei minus valere,quod mihi heri per illum non licebat)id eſt licet ei valetudinem malam afferre in excuſationem non veniendi in Senatum, quæ mihi non profuit heri cum à me afferretur:quia Antonius non conceſſit, nec excuſationẽ probauit. Hoc Chirographum) alij chirographus, quod quis manu ſua notauit. In æs incidit)nõ in ære dicitur. Sculpebãtur autẽ leges literis inciſis. In quo populi iuſſa ꝓpetuaſq; leges)Nã lex eſt generale iuſſum populi magiſtratu rogãte. Tributa data) cui debebãtur ꝓ meritis data gratis.

MATVRANTIVS. VOLVNTARIA SERVITVS) Cui veſtra ſponte vos ſubijcitis:nemo enim ſua ſponte ſeruus fit, & natura omnes liberi, & ad libertatem proni naſcimur: hæcq; appetitio non modo in homine eſt qui rationis eſt particeps,ſed in brutis etiam:nam quod ait Ouidius, Cum bene ſint cauea clauſæ pandione natæ, Nititur in ſiluas quæque redire ſuas.

FVERIT NECESSITATE) Qui neceſſitate vt bello ſeruituti ſubijcitur,ipſa neceſſitate defenditur. NEC EGO HOC) Non ego, inquit, ab omnibus Conſularibus hoc requiro,vt libere ſicut L.Piſo loquantur. Multi enim ſunt quorum ſilentio veniam do:cum aut Antonij neceſſitudine, aut Cæſaris beneficijs loqui prohibeantur:Sed eos libere non loqui doleo,quibus nulla cum Antonio neceſſitudo, qui nulla accepere à Cæſare beneficia. Video enim eos in populi Romani ſuſpicionem venire, & alium quidem alia cauſſa, vel metu ſcilicet vel præmio quid ſe dignum ſit non efficere.

QVARE PRIMVM MAXIMAS) Dicimus habeo gratiam,ago gratias:ſed cum vtrunque verbum iungimus ago & habeo,gratias dicimus, & non gratiam. QVID EFFICERE POSSET) videbat enim parũ profuturam ſententiam ſuam, ſed dignum ſe ſic dicere intelligebat. AVTHORITATEM) ſententiam & voluntatem. BENIGNE AVDIATIS) eſt beneuolentiæ captio,quam non in exordio ſolum,ſed per totam orationem colligere ſtudemus. ADHVC) Hucuſq; PRIMVM IGITVR) ſentẽtiã nunc dicit de actis Cæſaris,& ſeruanda aſſerit, quæ non ſeruari ab Antonio hoc docet argumento,qui leges Cæſaris non ſeruat,is acta eius nõ ſeruat: Antonius leges Cæſaris deſtruit, ergo acta Cæſaris deſtruit. NON QVO PROBEM) Non quod laudem & approbem ſeruanda Cæſaris acta eſſe,cum re vera non ſint ſeruanda. POTEST) probare. PACIS) cui vel in primis proſpiciendum conſulendumq; eſt. MODO SINE ADVOCATIS) Scilicet adeſſet,hoc eſt ſine operis & militibus,quibus veluti aduocatis & defenſoribus ſtipatus venit in Senatum,& cauſſam ſuam tuetur Antoni⁹,quemadmodum priuati cauſſas ſuas per aduocatos agunt: quanq; inſcitiã Antonij notat fortaſſe qui ſine aduocatis tueri ſe ac defendere nequiret. SED VT opinor licet ei minus valere) Iocus eſt cũ amaritudine,qua-

si dicat non licet minus valere ei, quod mihi heri nõ licuit: mihi nõ licuit afferre excusationẽ ꝙ languerẽ, & mihimet displicerẽ: omnino enim pignora sunt accepta: nec Antonio licere debet aliquã afferre excusationem ꝙ abesse hodie debeat. CHIROGRAPHIS) Recitato Cæsaris testamento & cadauere in foro ante rostra cremato, acta eius seruari postulauerit Antonius, eaq; in commentarijs relata penes se habebat, à Cæsare tradita, in quibus decreta iudicataq; & multa ad multorum gratiam erant scripta. Scribã Cęsaris Faberiũ nomine, fidũ in omnibus atq; obsequẽtẽ nactus, vrbibus & dinastis scribebat, quibuscũq; deposcentibus aliquid concedebat, id libitũ erat addens & detrahens, alijs magistratus, alijs immunitates dabat, multos Senatores faciebat, plures ab exilio reuocabat, eaq; omnia veluti à Cæsare antè decreta se facere prædicabat: quãobrem iocãtes Romani Antoniũ & reliquos eiusmodi Cæsaris amicos Charonitas appellabant: qui si quid obiectum esset, illico ad defuncti chirographa confugiebant: quo factum est vt Antonij opes auctæ plurimum essent, quibus territi Brutus & Cassius ab vrbe cesserũt. Calphurnia item Cęsaris vxor mariti ad Antonium pecuniam transtulerat: erãt autem talẽtorum quatuor milia. L. Antonius frater Tr. pl. & Caius alter frater Prætor designatus eius furoris socij erant. Syngrapha cautio est per contrahentium scripturam facta, cum vterq; contrahentium scribit. Chirographum manus scriptura est & sic interpretatur. Cicero ait epistolam misisse chirographo suo, id est manu sua exarasse non dictasse, quod quis sua manu notauit, chirographum est. SE VNO AVTHORE) Solus enim erat qui Cæsaris esse diceret TANTVM DICTIS) quia solũmodo penes se commentaria Cęsaris diceret esse, non etiam ostenderet. QVAE ILLE in æs incidit) in marmore dicimus inciſæ sunt literæ, in gemma, nõ in marmore: & in æs, non in ære. In tabulis vero æreis leges scribebãtur. Vsus æris, quod ait Plinius ad perpetuitatem monumentorum iam pridem translatus est. Tabulis æreis in quibus publicæ constitutiones inciduntur. Et Ouidius inquit: Nec verba minantia fixo Aere ligabantur, nec supplex turba timebat Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti. POPVLI IVSSA) plebiscita & leges: nam Lex est generale iussum populi rogãte magistratu. PRO NIHILO HABEBVNTVR) quasi dicat minime decet leges Cęsaris ꝓ nihilo haberi, & acta quę Antonius vnus author profert, & nõ ꝓfert quidẽ, sed tãtũ dicit seruari. EQVIDEM existimo) acta sunt publica. Iuuenalis, Cupient & in arcta referri. Libri scilicet in quibus rerũ publice gestarũ sit descriptio. Vnde actuarij, qui acta in Senatu scribebant. Trãquillus orationes aliquas reliquit: inter quas temere quædã profertur pro Qu. Metello. quã non immerito Augustus existimabat magis ab actuarijs exceptam male sub sequentibus verba dicẽtis, q̃ ab ipso editã. Sunt & priuata, vt acta Põpeij, acta Syllæ, acta Cæsaris, acta Marij. AN SI CVI QVOD ille promisit id erit fixum:) sic intendit argumentum, non est opus dicere in cõmentarijs & libellis hoc vel

Faberius.

Charonitæ

Calphurnia.

Syngrapha.

Chirographum.

Incidere in æs in marmore gẽma, &c.

Lex.

Acta.

Actuarij.

illud annotauerat Cæsar quod factur⁹ erat & facere alicui promiserat, quoniam quod cuipiam promittebat, id ratum erat, & faciebat: quod vero non potuit, neque voluit facere, id non fecit, multa autem multis promisit Cęsar, quæ non impleuit. Quæ tamen promissa multo plura quàm ipse promiserit fortasse Cæsar. BENEFICIA) vt immunitates. TRIBVTA) gratis data, quibus dari conueniebat & merentibus.

BEROAL. Quæ nam, malũ, est ista seruitus) Annotant grãmatici hanc particulam (malum) esse interiectionem indignationis, quæ locutio cum honesta sit, frequens est apud celeberrimos scriptores. Donatus in commentario Phormionis. Malum, inquit, est aduerbium interpositæ indignationis. Malum.

STVR. Quę nam, malum) plena ἀγανάκτησις Fuerit quædam necessaria) propter regnũ, scilicet Cæsaris. Nec ego) hoc. pulchra præsumptio ad beneuolentiam. Elabitur autem per distinctionem. Quare primùm grat) Conclusio siue absolutio præmunitionis ex locis beneuolentiæ & attentionis. Primùm igitur apta propositio huius quæstionis non integra sed diuisa & separata & sparsa longius, vt paulatim assensum demereatur hoc pacto. Cæsaris acta seruanda quoque censeo) sed quæ legibus eius nõ repugnẽt, vt multa eius chirographa, libelli, cõmentarioli, & ea demũ quæ legitime seruari deberẽt ferantur, quæ non pro Antonij arbitrio excogitẽtur. Hæc enim tria sunt firmamenta in hac quæstione cõtra Antonij rationes. Hic intelligant studiosi, quàm callide Orator & sensim incedat, quod fit plerunque in firmamentorum collocatione. Equidem existimo) approbatio primi firmamenti ὁρικῶς. An si cui quod) Infirmatio contrariæ sententiæ, à maiori. Quę tamen multo) Alterum firmamentum breuiter & paucis saltem indicatum. Sed ea non muto) Pulchra præteritio post rem expositam.

pecunia vtinam ad ædem Opis maneret, cruenta illa quidem, sed his temporibus cum his quorum est, non redditur necessaria: quanquam ea quoque sit effusa, si ita in actis eius fuit. Et quid est quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in Republica cum potestate imperióque versatus sit, quæ lex? Quære acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur. Quære Syllæ, Corneliæ. Quid Cn. Pompeii tertius Consulatus, in quibus actis consistit? Nempe in legibus. A Cæsare ipso si quæreres quidnam egisset in vrbe & toga? leges multas re-

ſponderet ſe & præclaras tuliſſe. Chirographa vero aut mutaret, aut non daret, aut ſi dediſſet, non iſtas res in actis ſuis duceret. Sed ea ipſa concedo, quibuſdam in rebus etiam conniueo. In maximis vero rebus, id eſt legibus acta Cæſaris diſſolui, ferendum non puto. Quæ lex melior, vtilior, optima etiam in Republica ſæpius flagitata, quàm ne prætoriæ prouinciæ plus quàm annum, ne plus quàm biennium Conſulares obtinerentur? hac lege ſublata videntúr ne vobis acta Cæſaris ſeruari? Quid ea lege quæ promulgata eſt de tertia dedecuria Iudicũ, nõne omnes iudiciariæ leges Cæſaris diſſoluuntur? & vos acta Cæſaris defenditis, qui leges eius euertitis? niſi forte ſi quid memoriæ cauſſa retulit in libellum, id numerabitur in actis: & quanuis iniquũ & inutile ſit, defendetur: quod ad populum Centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæſaris non habebitur. At quæ eſt iſta tertia decuria? Centurionum inquit.

TRAP. Ab ædem Opis) ἐν τῷ ἔσω τῆς ῥέας. Cruenta illa quidem) ex bonis, ſcilicet Pompeianorum Cæſorum. Togatus in pace) non in bello.

Promulgata lex.

Promulgata) quaſi prouulgata: tum demum lex lata eſſe dicitur, cum per trinundinum propoſita eſt. Centuriatis comitijs) quando omnes Centuriæ in campo Martio ſuffragium de aliqua re ferunt.

ASCEN. Pro nihilo habebuntur) Sic melius quàm habebãt, quia præmiſit (erunt) & ſic eſt in codice Victorino: quo etiã eſt. A Cæſare ipſo ſi quæ reres, quum Italici codices & commentarij non habent, forte qui volũt verbum quære repeti, ſed tunc ſicut dictum eſt proferentur, dicatur reſpondebit. quod de mortuo dici nequit. In Victorino etiam eſt: promiſſa non ſoluerit vbi placet non fecit: quia particula, vt, non capitur conditionaliter ſed exemplariter, vt ſit quaſi veluti.

MATVR. PECVNIA vtinã ad ædem) Obs mater deum eſt, & Cybele

dicitur, hæc pecunia ex bonis redacta erat Pompeianorum occisorum & damnatorum ac proscriptorum: ideóque cruentem vocat, nonnullis iniuste minis & crudeliter extortã, & quę restituenda fuerat ijs quibus erat adempta, sed eam Marcus Antonius interceperat. Inferius Philippica octaua. Postulat præterea vt chirographorum & commentariorum sua collegęque sui decreta maneant: quod laborat vt habeat quod quisque mercatus est: si quid accepit habeat qui vẽdidit & ne tãgãtur ratiões ad Opis, id est, in sestertiũ septies milies recuperentur, ne fraudi sit septem viris quod egissent. Ad ædẽ) In æde. Si ita in actis fuit) vt effunderetur: nam nõ ita in actis fuit vt Antonij fieret, sed vt in templo Opis seruaretur. Et quidem) si nihil tam in actis alicuius qui Rempub. administrauerit dici potest quàm lex aliqua ab eo lata, nihil in actis C. Cæsaris numerari magis potest quàm ab eo latæ leges, sed has Antonius non seruat, ergo acta non seruat quæ seruanda dicit. QVAERE ACTA) Si quæris, inquit, acta Gracchi, & ostendi, ita vt fit, postulas tibi, poferuntur & ostenduntur leges ipsius Gracchi, quæ Semproniæ vocantur: & acta Syllæ, exhibentur Corneliæ leges, quia nihil magis in eius numeratur actis, qui Rempublicam administrauit, quàm ab eo latæ leges Trib. pleb. cum esset: inter quas ne quis plus mille agri iugera haberet, & vt Attali Regis hęreditas populo diuideretur. L. Cornelius Sylla Dictator, & ipse multas leges tulit: testamentariam de parricidis, de sicarijs, & vt Senatus cõtra legem Curiatam, hoc est sine sorte, prouincias cuilibet magistratui assignare posset, & alias complures. IN QVIBVS ACTIS CONSISTIT) legibus duntaxat ab eo latis. CIROGRAPHA) exhibita certis personis propria manu scripta. NON ISTAS) huiusmodi in chirographa & priuatas cõcessiones. DVCERET) existimaret esse. CONCEDO, etiam si in actis habenda nõ sunt. CONNIVEO) consentio, oculos claudo, ita vt fit, quoties quippiam non videre simulamus. Tubero, vt est apud Aulum Gellium de Marco Attico Regulo. Palpebras quoque eius ne conniuere posset sursum ac deorsum ductas insuebant. Tranquillus in Iulio, Delicta neque obseruabat omnia, neque pro modo exequebatur, sed desertorum ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Plinius, Viginti gladiatorum paria in C. principis ludo fuere, in his duo omnino qui contra comminationem aliquam non conniuerent. li. xi. QVAE LEX MELIOR) acta Cæsaris seruanda Ant. dicebat, quæ in legibus à Cæsare latis consistere ostẽdit Cicero. Leges vero Cęsaris ab Antonio sublatas, & primum quidem de Prætorijs ac Consularibus prouincijs, iudiciariam inde, & demum de vi & maiestate, ideoq; & acta Cęsaris sublata. PRAETORIAE) in quas mitti Prætores cõsueuere. CONSVLARES) in quas Proconsules. Prouinciarum ergo aliæ erant Prætoriæ, aliæ Cõsulares. HAC LEGE) quę Iulia de prouincijs dicebatur. SVBLATA) ab Antonio qui contraria quotidie his legibus & suadebat & facie-



bat. QVID EA lege quæ promulgata est de tertia) Iudicia Iulius lege lata ad duo genera iudicum redegit, Equestris ordinis ac Senatorij, Tribunos ærarios, quod erat tertiũ sustulit. Duæ prius hac Iulia lege eligebãt decuriæ iudicum, altera ex Equestri ordine, ex Senatorio altera. Sed Antonius tertiã Centurionum adijcere volebat. PROMVLGATA) Lex ante promulgabatur, deinde cum approbata fuisset, in æs incidebatur, & in ærario condebatur, & tunc demum lata dicebatur. Trinundino autem pri⁹ promulgabatur. Est autẽ ,pmulgare quasi vulgare, hoc est in vulg⁹ edere, vt Põpeio Fe. placet, & Trinũdinum quidem dicitur à ternis nundinis. Nũdinæ vero mercatum significant, quoniam. viij. diebus rustici in agris versabantur in opere faciundo occupati, &. ix. quoque die in vrbem veniebãt, rerum permutationes facturi, lites composituri, ac suffragia Senatus consulto concessa, si opus foret laturi. Primis nundinis, & item secundis lex promulgabatur, vt à singulis atque vniuersis, quod ait Macrobi⁹, facile nosceretur. Tertio foro seu mercatu cum omnis & vrbana & agrestis adesset turba, rogatio fiebat: præco verba legis scriba subꝛciẽte recitabat, & si populus sciebat, lex ferebatur, hoc est in æs, vt dictum est, incidebatur, & in ærario reponebatur. Et primis quidem ac secundis nundinis intercedere, hoc est contradicere, & impedire licebat, cum vero lata fuerat, minime. Hinc Cicero dicens aduersas duas leges, quas post Cæsaris mortem Antonius promulgauerat: alteram de tertia decuria iudicum, alteram de vi damnati prouocarent ad populum si vellẽt. De alijs tamen, inquit, legibus quæ promulgatæ sunt, saltem quæri possumus: de his quę iam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. ille enim nulla promulgatione latæ sunt antequam scriptæ. Ex quo ostendit trinundino recitatas populo nõ fuisse, neque intercedere illis licuisse, nec multo pòst ait, Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis: non enim latæ erant, sed tantum promulgatæ. Libellum) chirographum seu commentarium Quod ad populum, &c.) quicquid Romanæ statuebatur, aut curiatis, aut tributis, cum ex generibus omnium comitia ferebantur. Curiata erãt comitia, cum ex censu & ætate, Cẽturiata, cum ex regionibus & locis, Tributa in campo Martio dũtaxat, Centuriata habebantur comitia, cum centum ex omni tribu superiorum censu & ætate atq; honestorum eligebantur, qui aliqua de re iudicarent. De classibus in quas diuisit populum Serui⁹ Tullius, de Centurijs, de comitijs, de ritu suffragij ferendi more Romano, multa Liuius lib. pri. ab vrbe cond. & Diony. lib. vi, tradidit. Comitia) quibus coit populus ad danda suffragia in rem quampiam vel iubendo vel vetando, vnde comitiales dies quibus agere licet cum populo. Centurionum inquir) Quibus id honoris tribuere volebat. Aut militum auxilio & eorum qui duxerãt ordines quicquid vellet in Repub. faceret.

Iudiciorũ diuisio.

Promulgare.

Trinũdinũ Nundinæ.

Comitia. Curiata. Cẽturiata.

Comitiales.

BEROALDVS. Ad ædem Opis maneret) In Epistolis ad Atticum in hanc sententiam sic scriptum legimus, Rapinas scribis ad Opis fieri, quas

Opis.

nos tum videbamus, nec liberati ab egregijs viris, nec liberi ſumus. ita laus illorum eſt culpa noſtra. Vbi annotanda elocutio eſt ad Opis, pro ad ædem Opis deæ: ſic ad Telluris, ad Veſtæ, ad Dianæ, & ſexcenta ſimilia reperies apud authores claſſicos & primi nominis. Ad opis. De tertia decuria iudicum) Tyberius Gracchus legem tulerat vt equites Romani iudicarent, qui iudicauerunt triginta annis ſine infamia: pòſt Corneli⁹ Sylla victor leges tulerat, vt Senatorius ordo iudicaret, & iudicauit per decẽ annos turpiter: Lex quoq; ab Aurelio Cotta lata eſt, vt vna cum Senatoribus & equitibus Romanis Tribuni ærarij ſimul iudicarẽt. Lex de iudicibus. Cæſar dictator lege Iulia iudiciaria redegit iudicia ad duo genera iudicum, Equeſtris ordinis, & Senatorij: Tribunos ærarios, quod erat tertium genus, ſuſtulit. Decuriæ autem iudicum vt Plinius noſter refert pluribus diſcretę nominibus fuere. alij nãq; Tribuni ærarij, alij Selecti, quidam nongenti, vocabantur. De Selectis ait Horatius: Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat. Decuriæ iudicicum non niſi quatuor fuere primo, deinde aliæ quoq; à Cæſaribus additæ ſunt, vt in Cõmentarijs Tranquilli ſuis locis annotauimus. Decurię Iudicum. Centuriatis comitijs) Centuriata comitia vt ſummatim explicem, id quod plenis paginis apud pleroſq; implicatum eſt, dicuntur quando non viritim feruntur ſuffragia ſed centuriatim, hoc eſt vt ſingulę Centuriæ ſingulos calculos ferant. Curiata vero ea ſunt comitia in quibus uiritim populus ſuffragium fert. In Cẽturiatis comitijs poteſtas omnis erat penes optimates & nobiles. In curiatis vero penes populũ. vnde controuerſia quandoq; orta inter patricios & plebeios, poſtulantibus patricijs annitentibúſq;, vt comitia Centuriata haberentur, in quibus ipſi pollebant, Contratendentibus plebeijs & curiata comitia efflagitãtibus, in quibus ipſi erant domini ſuffragiorum. Centuriata comitia.

STVRM. Cruenta quidem illa. Hoc χρῦμα quidam ἀντεισαγωγὴν vocant, ego malim Ariſtotelem ſequi & ἀντικατάλλαξιν vocare. In hoc autem loco prior pars quæ eſt ex permiſſione eo ſuauior eſt, quo magis aduerſariã cauſſam quàm ſuam lædit. Quanquam ea quoque) Altera συγχώρησις. Et quid eſt quod) ἐπανάληψις hoc eſt rationis primi firmamenti reſumptio. Quære acta Gracchi. Probatio per locum comparationis à ſimili, éſtque forma quædam argumentationis κατ' εἰσαγωγήν. A Cæſare ipſo ſi) Aliud argumentum à fictione quod genus Græci πλάσιν vocant. Sed ea ipſa cõcedo) Tranſitio facta rurſus καὶ ἀσυγχώρησιν ad ſpeciem quandam ἀντικατηγορίας faciendam. criminatur enim Antonium quod magis in eo peccet ipſe, quod ab alijs velit ſeruari. Quid ea lege) Cæſar Tribunos ærarios, iudicum ordinibus amouit, & Senatorum Equitúmque duas decurias reliquit. Antonius rurſus tertiam addidit Centurionum contra legem Iuliam. Diſſoluuntur) καλύονται. Et vos acta eius) ἀναγκαίωσις loco concluſionis. Niſi forte) Ironica occupatio, ex comparatione maioris & minoris per contentionem. At quæ eſt illa tertia) Diſputatio contra legem

Iudiciariam Antonij. κεφάλαιον habet ὁ ἀκρόν sed ad illud εἰσαγωγικῶς sensim peruenit.

Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pópeia Aurelia, non patebat? Cēsus præfiniebatur, inquit, non Centurioni quidem solum, sed Equiti etiam Romano. Itaque viri fortissimi atq; honestissimi, qui ordines duxerunt, res & iudicant & iudicauerūt. Nō quæro, inquit, istos: quicunque ordinem duxit, iudicet. At si feratis, quicunque equo meruisset, quod est laudatius, nemini probaretis. In iudice enim spectari & fortuna debet, & dignitas. Non quæro, inquit, ista: addo etiam iudices manipulares ex legione Alaudarū. aliter enim nostri negāt posse se saluos esse. O contumeliosum honorem iis, quos ad iudicandum, nec opinantes vocatis. Hic enim est legis iudex, vt ii in tertia Decuria iudicent, qui libere iudicare non audeant. In quo quantus est error dii immortales eorum, qui istam legem excogitauerunt. Vt enim quisque sordidissimus videbitur, ita libētissime seueritate iudicādi sordes suas eluet, laborabitque vt honestis Decuriis potius dignus videatur, quàm in turpes iure coniectus. Altera promulgata lex est, vt & de vi & de maiestate dānati ad populū prouocent, si velint. Hæc vtrum tandem lex est? an legum omnium dissolutio? Quis enim est hodie cuius interfit istam legem manere? Nemo reus est istis legibus: nemo, quem futurum putemus. Armis enim gesta, nunquam profecto in iudicium vocabuntur. Ad res populares? Vtinam quidem aliquid velletis esse popu-

lare. Omnes enim iam ciues de Reipublicæ salute vnà & mente & voce consentiunt. Quæ est, igitur ea cupiditas eius legis ferendæ, quæ turpitudinẽ summam habeat, gratiam nullam? Quid enim turpius, quàm qui maiestatem Populi Romani per vim minuerit, eum damnatum iudicio, ad eam ipsam vim reuerti, propter quam sit iure damnatus? Sed quid plura de lege disputo? quasi vero id agatur, vt quisquam prouocet. Id agitur, id fertur, ne quis omnino vnquam istis legibus reus fiat. Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui reo damnato obiici se multitudini conductæ velit? aut iudex, qui reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Non igitur prouocatio ista lege datur, sed duæ res maxime salutares leges, quæstionesque tolluntur. Quid est igitur aliud? quàm adhortari adulescentes, vt turbulenti, vt seditiosi, vt pernicioſi ciues velint esse? Quam autem ad Reipublicæ pestem furor Tribunitius impelli non poterit, his duabus quæstionibus de vi, & de maiestate sublatis? Quid? quod obrogatur his legibus Cæsaris, quæ iubent ei, qui de vi, itémque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici? quibus cum prouocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur? Quæ quidem ego P. C. qui illa nunquam probaui, ita conseruanda concordiæ causſa arbitratus sum: vt non modo, quas viuus Cæsar leges tulisset, infirmandas hoc tempore nõ putarem: sed ne illas quidem quas post mortem Cæsaris prolatas esse & fixas videtis. De exilio reducti sunt

à mortuo: ciuitas data ~~non solum~~ singulis, sed & ~~natio~~nibus & prouinciis vniuersis à mortuo: immunitatibus infinitis sublata vectigalia à mortuo. Ergò hæc vno viro optimo authore domo prolata defendimus: Eas leges, quas ipse nobis inspectantibus, pronunciauit, tulit: quibus latis gloriabatur, iisque legibus Rempub. contineri putabat, de prouinciis, de iudiciis: eas inquam Cæsaris leges, nos qui defendimus acta Cæsaris, euertendas putabimus? Ac de iis tamen legibus, quæ promulgatæ sunt, saltem quæri possumus, de iis, quæ iam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. Ille enim nulla promulgatione latæ sunt antequam scriptæ.

TRAP. Equo meruisset) militasset equo. Quod est laudati⁹) honorabilius, splendidi⁹. Ex legione Alaudarũ) quam Cæsar in vlteriore Gallia conscripsit, ergo erat Barbara legio. Nosti) scilicet milites qui multa per vim & contra maiestatem commiserunt. Libere iudicare non audeãt) aut propter auaritiam & sordes, aut propter conscientiam alicuius facinoris aut metum. Quantus est error) legitur in texu, sed quantus est error & hic scripsi, & hic habet quàm latus est error, quàm late patet, quàm ad multos pertinet. Ad operas mercenarias) ad eos quos ille reus mercede conduxerit. Protrahatur ad pœnã) scilicet vsque supplicium. Quæstiones) cum scilicet per tormenta & cruciatus quæritur quid sit à reo commissum.

Quid quod abrogatur legibus Cæsaris) id est leges Cæsaris abrogantur.

Nationibus) Natio genus hominum qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt, quos Græci αὐτόχθονας vocant. Vectigalia) quæ Græce τέλη dicuntur. Immunes) ἀτελεῖς Recitauit) ipse pronunciauit per præconem ἀναγνῶναι.

MATVR. QAID⁹) Interrogat Ci. ISTI ORDINI) Centurionum. IVDICATVS) iudicandi facultas quarti ordinis. A. Gellius, Iuraui mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum. IVLIA) qua duæ eligebantur decuriæ & ex equestri ordine & ex Senatorio. POMPEIA) Aurelius Cotta aliquot annis ante accusatum à Cicerone Verrem prætor legẽ iudiciariam tulit, quia communicata sunt iudicia Senatui, equestri ordini, & tribunis ærarijs. Pompeius postea in secundo Consulatu tulit, vt amplissimo

ex censu ex Centurijs aliter quàm antea lecti iudices, æquæ tamen ex illis tribus ordinibus,res iudicaretur,author Pædianus. NON PATEBAT) Ac si dicat patebat:nã & Cẽturionibus,& ijs qui duxissent ordines licet esse in iudicum decurijs: modo amplissimo essent censu. CENSVS præfiniebatur,inquit Ant.)id est, præfiniebatur qui eligi possent, nec nisi amplissimo sensu,& equestribus facultatibus,hoc est quadrigentis sestertijs eligebatur:non omnes autem cẽturiones hoc censu erant, & priuari eos iudicandi honore videbatur indignũ.Non Cẽturionũ solũ)Respõsio. Cic.scilicet præfiniebatur cẽsus. ITAQVE quod viri fortissimi)& equites, & Cẽturiões, qui in eodem censentur numero. NON QVAERO inquit istos) inquit Antoni⁹,fortissimos & honestissimos. QVICVNQVE ordines duxit iudicet)siue sit amplo censu & prouecta ætate,siue non,modo ordines duxerit. Ducere ordinem est magistratum in militia & in castris gerere, præesse decuriæ, centuriæ, manipulis cohorti. Ducere ordinem. AT SI FERATIS quicunque equo meruisset)Cicero respondet,non solum quicunque centurio, sed quicunque equo meruit,sit inter iudices. SI FERATIS)Quoniam non feretis & ferẽdum minime esset vt digni & indigni iudicent,etiã qui equo meruerint,hoc est qui ex publico equum habuerint: dari enim & ali iuuentuti equus solebat ex publico.Eques ex equestri erat ordine.qui vero equum ex publico habebat,eius nulla erat dignatio,tantum oportebat vt præsto cum equo esset,quoties Respublica eius opera indigeret: equum adimere penes censorem erat, si quis strigosiorem habuisset,vt A Gellius & Valerius Maxim.tradunt. Quod est laudatius,vt iudicent quicunq; equo meruerunt,quod laudatitius,quam vt iudicent quicunque ordines duxerunt, vt decuriones. legitur & lautius, id est,splendidius. NEMINI probaretis) nemo fieri consentiret. FORTVNA)censu vt sit amplissimo. DIGNITAS) vt amplum etiam gesserit magistratum,vt dignus sit. Non quæro, inquit, ista. ADDO etiam) Antonius ex ijs etiam eligi iudices volo, qui manipulares sunt,hoc est,manipulos ducũt externorũ militum ipsi externi,& nõ Romani ciues.nam Cæsar vnam legionem ex Transalpinis conscriptam Alaudam vocabulo gallico appellauit,quam disciplina cultúque Romano institutam & ornatam postea vniuersam ciuitate donauit. Alauda autem vocabulo gallico auem significat,quam Galeritam nos appellamus: Tranquillus & Plinius authores. ALITER ENIM) Nisi Transpadani iudicent in vrbe & ironice dictum est. Alauda. NOSTRI)Ego Antonius:intelligo & milites qui multa per vim & contra maiestatem commiserant. O CONTVMELIOSVM honorem) ijs ipsis quibus defertur qui ad iudicandum ne opinantes quidem vocantur. HIC EST ENIM legis iudex)hic lege à te lata Antoni iudex eligitur:qui quoniam vilis cõditionis & sortis iudicare libere non audeat, sed metu,aut alicuius sceleris conscientia,pro tua libidine

iudicet. sed deciperis & tu & quicunque legem hanc de tertia Centuria adijcienda excogitarunt. Vt enim quisque sordidissimum videbit se esse, ita libẽter seueritate in iudicando vtetur: existimabit enim fore vt sordes & turpitudinẽ suam purget, si libere loquatur & iudicet. QVANTVS EST ERROR quàm latus est) id est, quàm late patet, & ad quàm multos pertinet.

Lex de vi & maiestate,

ALTERA PROMVLGATA &c.) Cæsar legem tulerat de vi & maiestate contra eos qui aut vim facerent, aut amplitudinem magistrat⁹ & Reipublicæ minuerent. Legis Iuliæ de maiestate meminerunt libri Iurisconsultorum quæ in eos qui contra Imperatorem vel Rempublicam aliquid moliti essent, suum vigorem extẽdebat, cuius pœna animæ amissionem sustinebat, & memoria rei etiam post mortem damnabatur. SVSTVLIT AVTEM CAESAR prouocationem) Noluit enim quempiam qui aut vim feciſſet, aut maiestatem læsiſſet prouocare posse: Sed Antonius & Lepidus promulgauerant contraria huic legi, nondum tamen tulerant contra hanc legem, vt de vi damnati ac maiestate, ad populum prouocare possent, quo nihil pernicioſius: homines enim audaciores redduntur ad perpetranda scelera, sperãtes impunitatem, si viderint esse ad quos damnati prouocare possint.

Prouocatio,

CVIVS INTERSIT) Cui vtile sit. NEMO REVS EST ISTIS legibus) nemo damnabitur de vi & maiestate, cum sit ad populum prouocatio. NEMO QVEM FVTVRVM PVTEMVS) nemo enim accusabit eum quem alibi iudicium posse videbit prouocatione. ARMIS ENIM GESTA) Bello & ciuili discordia. AD RES POPVLARES) Obiectio est, si armis gesta in iudicium non vocabuntur, ad res populares vocabuntur, hoc est, in populo gestæ ac spectantes ad populũ. VTINAM VELLETIS) responsio est Ciceronis, vt populare, hoc est liberum & in Populi arbitrio positum velletis aliquid esse: quia si libertate sua populus vteretur, omnia recte fierent, & vna mens ac sententia populi de Repubica esset. EIVS LEGIS) Vt damnati de vi & maiestate ad populum prouocent. DAMNATVS IVDICIO) Per ipsam legem de vi & maiestate. AD EAM IPSAM) scilicet maiestatem Populi Romani. Reuerti) Per prouocationem. VT QVISQVAM PROVOCET. Quoniam nõ id agitur vt prouocet quisquam nunquam, sed vt nemo accuset eum quem prouocatione alibi posse videat, quod & turpe accusanti esset, & periculosum. CONDVCTAE) pecunijs corruptæ, & veluti ad dandam operam conductæ ac mercenariæ. AD OPERAS MERCENARIAS) Ad multitudinem quam reus mercede conduxerit. PROTRAHATVR) rationẽ iudicij redditurus, & rescissa sententia pœnam subiturus. DVAE MAXIME SALVTARES) quasi dicat nihil aliud cum videãt paratam prouocationem, & viam impunitatum per corrupta populi suffragia consequendi.

QVAM AD PESTEM) ac si dicat, ad quãuis pestem & damnum: per se enim Tribuni seditionibus alebantur, vnde & eorum furor dicitur atque in-

sania. QVID QVOD) Vere ostendit acta Cæsaris destrui ab Antonio cũ abrogatur legi ab eo latæ, quę iubet interdici aqua & igni damnato de vi & maiestate. QVOD TOLLITVR) scilicet prouocare. Tãtisper enim & in vrbe est damnatus & interdici aqua & igni non potest, donec populus ad quem prouocatum est, aut damnauerit aut absoluerit. Interdicere quempiã aqua & igni, est prohibere illum ab vsu aquæ & ignis, quibus duabus rebus maxime humana continetur vita. ABROGATVR LEGI) cum prorsus tollitur. QVAESTIONIBVS) cum per tormenta & cruciatus quæritur quid reus fecerit. RESCINDVNTVR) irrita fiunt & tollũtur. PROLATAS ESSE) In publicum. ET FIXAS) In parietibus, in ærario, ac in æs incisas. DE EXILIO reducti sunt à mortuo) quia post Cæsaris mortem acta prolata sunt, quæ Cæsaris esse dicebantur, cum re vera non essent. quibus dicebatur voluisse Cæsarem aliquos exules reduci, id quod ipse volebat, & fingebat Antonius, vt prius est dictum. Ciuitas data non solum singulis, sed nationibus, vt legioni Alaudarum. Antonius quo sibi fauorem ciuitatum & nationum vendicaret, ciuitatem illis dedit. Natio genus hominũ est qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt, ἀυτόχθονας Græci vocant: nos indigenas appellamus. VECTIGALIA) Publici prouentus: φόρους Græci vocant. Sunt etiam priuatorum. Cic. in Parad. Ex meo tenui vectigali, annua ducenta capio. ERGO HAEC &c.) Ironice. Ergo quæ vnus Antonius proferet domo sua, quasi domi suæ composita, defendimus: quæ Cæsar ipse & tulit, & gloriabatur tulisse euertimus. IPSE) Cæsar. EAS) inquam Cæsaris leges. hyperbaton est: in quo aut eadem verba quæ in principio clausulæ sunt posita repetimus, aut diuersa quæ idem valeant, vt in rhetoricis ad Herennium, Si persuasus auditor fuerit, id est si oratio aduersariorum fidem fecerit auditoribus. Et paulò pòst, Ergo si fidem factam putabimus. QVAE PROMVLGATAE SVNT) possumus, inquit, de his legibus, quæ promulgatæ sunt conqueri, quia non sunt adhuc latæ, & in æs incisæ, sed aliquæ latæ dicuntur ab Antonio scilicet, quę Trinũdino, vti prius est dictum, promulgatæ non sunt, de quibus conqueri non possumus.

Interdicere aqua & igni.

Natio. ἀυτόχθωρ.

Vectigalia.

BEROALDVS. Iudicatus) Iudicatio iudicandiq; potestas, nomen est.

Ex legione Alaudarum) In epistolis ad Atticum, Misit ad me Cecinnam quendam Volateranum familiarem suum, qui hoc pertulit tantum, Antoniũ cum legione Alaudarum ad vrbem pergere, pecunias municipijs imperare, Legationem suis signis ducere. Cæsar Dictator vt apud Suetonium enarrauimus, legionem vnam ex Transalpinis conscripsit, quam vocabulo quoque Gallico Alaudam appellauit, eamq; postea vniuersam disciplina cultuq; Ro. institutam & ornatam ciuitate donauit. Plinius quoque de Alauda auicula scribens quæ alio nomine Galerita appellata est, postea inquit Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat. De legibus quæ promulgatę sunt) Promulgari leges dicuntur, cum primum in vulgus eduntur quasi prouul-

Promulgari leges.

gari:caput autem & origo & quasi fons legum rogatio est, quando scilicet promulgantur leges populum ita rogat, id est interrogat magistratus velitis iubeatis ne Quirites hoc fieri, ex instituto priscorum? Lex trinis nundinis promulgabatur: eratq; integrum per id tempus intercedere ac tollere si parũ probaretur, siue quid vitij esset. Vbi verò trinundino lata erat, & in tabulis æneis incisa, amplius rescindere infirmareq; non licebat. Trinundinum dici interpretatur Priscianus quasi trinarum nundinarum: de quo M. Tullius in Oratione ad Pontifices, Si quod in cæteris legibus trinundinum esse oportet in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehẽdo. Quintilianus, siue non trino forte nundino promulgata lex, siue non idoneo die fuit.

ASCENTIVS. In codice Victorino est eleuet) id est, purgabit & non eleuet, & melius, quia sequitur consimilis temporis & modi verbum laborabitque &c. Habet etiam id quod paulò pòst legitur sic, sed duæ res maxime salutares, alijs deest vox, res, maxime necessaria: duæ enim sunt res leges & quæstiones.

Quærunt quid sit, cur aut ego, aut quisquam vestrũ P.C. bonis Tribunis pleb. leges malas metuat. Paratos habemus qui intercedant, paratos qui Rempu. religione defendant: vacui metu esse debemus. Quas tu mihi intercessiones inquis? quas religiones? Eas scilicet quibus Reipub. salus continetur. Negligimus ista, & nimis antiqua & stulta ducimus, forum sepietur, omnes claudentur aditus, armati in præsidiis multis in locis collocabuntur. Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit? & in æs incidi iubebitis?

TRAP. Paratos habem⁹ qui intercedant) εἰρονικῶς, quasi dicat, Tribunos plebis non habemus qui intercedant, si Consules malas leges ferant. hoc autem dicit propter C. Antonium & Marci Antonij fratrem, qui eo tempore Tribunatum gerebãt. Paratos qui Rempublicam) Hoc dicit propter Augures qui ius habebant obnunciandi si Trib. pleb. egissent cum populo Ioue tonante aut pluente. Erat autem id temporis Augur M. Antonius.

MATVRANTIVS. QVID SIT) occurrit obiectioni, & quærũt, inquit Antoninus & cæteri eius amici atq; idem sentiẽtes, cur timeamus ne malæ ferantur leges, cum habeamus bonos Tribunos, qui videntur, si id fiat, intercessuri, & sese oppositurí. PARATOS qui intercedant) Ironice, quasi dicat, minime habemus Tribunos plebis qui intercedãt, si malas leges Cõsules

sules ferant,quod propter L.Antonium dictum est M. Antonij fratrem, qui Tribunus erat eo tempore. PARATOS qui Remp.religione defendant) propter augures hoc dictum , quibus ius erat obnunciandi si auguria non addicerẽt,aut si pluisset,aut tonuisset.Erat autẽ Augur M.Antoni⁹.Lex autẽ Fusia & Helia erãt quæ vetabant agere cũ populo, nisi seruatũ de cęlo fuisset.In oratione contra L.Pisonem queritur Cicero obnunciationẽ, qua pernicios legibus resistebatur Fusia & Helia legibus,quas propugnacula murosq; tranquillitatis,atque ocij vocat,euersam esse:obnunciatio autem Auguris erat,qua obnũciabat:hoc est non posse per auspicia fieri admonebat. Tribunorum plebis ea fuit authoritas,vt quicquid Senatus decreuisset,ita ratum esset si Tribuni approbarẽt:præcipue autẽ intercessiõe pollebãt,sese alijs magistratibus opponendo,& per eos vim fieri prohibendo, adeò vt cum vnus Collegis repugnaret,facile impedire omnes posset . Et sacrosancti quidem atq; inuiolabiles erant Tribuni.Augures tantæ fuerunt authoritatis, vt nihil neq; domi,neque foris,nisi auspicato gereretur. quod Valerius Max . docet de institutis antiquis. QVAS TV mihi intercessiones inquit) Veluti dialogus est,hoc Antonius respondet Ciceroni, & quidem indignatus. INTERCESSIONES) Tribunitias. RELIGIONES) Augurum obnunciationes. EAS SCILICET)Cicero respõdet. NEGLIGIMVS ISTA) Antonius. FORVM SEPIETVR) Et hic Antonius. QVID TVM?) Cicero,& comicus sermo est. ID LEX ERIT?)Ac si dicat,non erit.

Lex Fusia & Helia.

Obnunciatio.

Tribunitia potestas.

Augurũ authoritas.

ASCEN. Victorinus habet , Quas tu mihi,inquit,intercessiones, quas religiones nominas? & paulò pòst.Et in æs incidi videbitis:vbi noster habet incidere iubebitis.Habet:credo illa legitima Consules eius populum interrogauerunt,vbi alij,Cedo illa legitima quæ Consules populum &c. Habet ille:Atque ego hęc dico de futuris,quòd est amicorum antedicere &c.Vbi alij non male Augurum,quia & Cicero Augur erat.Habet irasci vos quidẽ &c. Collegam tuum aiunt sup.facturum vt scilicet mihi irascatur in hac &c. Habet sed proponam:vbi alij legunt promam: quod loco minus congruit.

STVRMIVS. Quærunt quid sit) Occupatio ad ostendendum iustam caussam esse doloris & metus per διαλογισμόν. Qui intercedant) Scilicet Tribunos plebis. Religione defendãt) Scilicet augures. Quas mihi inquis)Hactenꝰ μιμητικῶς ,pnũciauit.Nũc Orator ex aduerso interrogat.Eas scilicet)Responsio aduersarij , sed omnia illa actionem simulatam cũ cõtemptu habent. Negligimus ista)Reprehensio à vi & violentia ad comparãdam inuidiam. Quid tum)Rursus alter interrogat.

Cedo illa legitima,quæ Consules populum iure rogauerunt.hoc enim à maioribus accepimus ius rogan-

di, populúsque iure sciuit. Qui populus? Is ne qui exclusus est? Quo iure? an eo quòd vi & armis omne sublatũ est? Atque ego hæc dico de futuris: quòd est * Augurum, antedicere ea, quæ vitari possunt: quæ si facta non erunt, refelletur oratio mea. Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis. Demonstro vitia, tollite: denuncio vim, arma, remouete. Irasci quidẽ mihi Dolabella pro Republica dicenti nõ oportebit. quãquam te quidem id facturum non arbitror: noui enim facilitatem tuam. Collegam tuum aiunt in hac sua fortuna, quæ bona ipsi videtur: mihi, ne grauius quippiam dicam, auorum & auunculi sui Consulatum si imitaretur, fortunatior videretur: sed eum iracundum audio factum. Video autem quàm sit odiosum habere iratum eundem & armatum: cum tanta præsertim gladiorum sit impunitas. Sed * proponam ius (vt opinor) æquum: quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. Ego si quid in vitam eius, aut in mores cum contumelia dixero, quo minus mihi inimicissimus sit, non recusabo. Si consuetudinem meam, quam semper in Republica habui, tenuero, id est si libere quæ sentiam de Republica dixero: Primùm deprecor ne irascatur: deinde, si hoc non impetro, peto, vt sic irascatur, vt quibus armis vtatur, si ita necesse est, vt dicit, sui defendendi caussa, iis qui pro Republica quæ ipsis visa erunt, dixerint, ista arma ne noceãt. Quid hac postulatione dici potest æquius? Quòd si, vt à quibusdam mihi eius familiaribus dictum est, omnis eũ quæ habetur contra eius volũtatem

* amicorũ.

* promam.

oratio, grauiter offendit, etiã si nulla ineſt cõtumelia, feremus amici naturã. Sed iidẽ illi ita mecum, nõ idẽ tibi aduerſario Cæſaris licebit, quod Piſoni ſocero. Et ſimul admonent quiddam, quod cauebimus. Nec erit iuſtior P.C. in Senatũ non veniendi morbi cauſſa, q̃ mortis.

STVRM. Cedo illa legiti.) Hoc eſt oſtende quid demum legitimũ & rite latum exiſtimes. Suntq; verba Ciceronis. Reſpondit alter ex definitione legis. Quæ Conſules &c. Rurſum Cicero. Qui pop. &c. Atque ego hoc dico) Commonitio ἐκπληκτικὸς ad excitationem Senatus, loco cõcluſionis. Iraſci quidem) Poſtrema pars orationis quæ vt diximus, in reprehenſione Conſulum eſt. Atque forma quædã eſt deliberationis mixta ex locis laudatiui generis. κεφάλαια ſunt τὸ ἔνδοξον καὶ ἄδοξον per comparationem. Principio gratam & iucundam habet præmunitionem à perſonis Dolabellæ & Antonij, multa cum attentione & beneuolentia. Collegam tuum aiunt) Si aiunt legis, fit ἀνακόλουθον: ſin audio fit ἐπανάληψις repetitione vnius verbi. vtrunque tamen bonum per hyperbaton. Video autem quam ſit) Trahit eum in inuidiam & odium indicatione potentiæ. Ego ſi quid in vitã eius) Auertit ſuſpitionem & crimen dicacitatis ac ſtudij in reprehendendo. vt non ſuum animum ſequi, ſed Reip. cauſſam agere videatur. Quod ſi, vt à quibuſ.) ἀπόδοσις ex aduerſo illata factæ optioni, vt plus odij & inuidiæ Antonio, ſibi beneuolentiam & fauorem maiorem conflet.

TRAPEZVNTIVS Cedo illa legitima) τὰ νόμιμα. Ea ſcilicet quæ ſcripta ſunt legibus. Sciuit) decreuit. Refelletur) refutabitur, ἐξελεγθήσεται. Eſt integrum) nam latę nondum erant: quare licet eas vel accipere vel reijcere. Iraſci) Hoc loco oſtendit Conſules auaritia & dominandi cupiditate multa per vim & contra leges facere. Nouo quodam exordio licẽtiam quærit) Reprehendit igitur amice vt videtur vtrunque ꝙ exitus initio actionum ſuarum non conſentiat: Deinde hortatur ac monet vt alia via gloriam quærant & potentiam. Auorum) auum habuit M. Antonium oratorem: auunculum, L. Cæſarem. Vt ego opinor, cum tanta præſertim gladiorum ſit impunitas) hoc eſt cum licet tam impune vti gladijs. ὅρος τῆς δόξης. Ea autem eſt gloria & laus recte factorum magnorũq; in Rep. meritorum quantũ optimi cuiuſq;, tũ etiam multitudinis teſtimonio comprobatur.

MATVRANTIVS. CEDO ILLA LEGITIMA) Dic illa, inquit Antonius, legitima, & quæ ſunt reſpondet Cicero, quæ more fiunt à maioribus tradito, vt tum demum aliquid ratum ſit cum populus ſciuerit. QVI POPVLVS) Antonius, populum dixiſti, ſed quẽnam populum, an illum intel-

ligis qui vi & armis à nobis est exclusus? QVO IVRE) Quod mihi ius commemoras? AN EO QVOD) Eo iure quo omnia sunt sublata vi & armis scilicet. ATQVE EGO hoc dico de futuris) Quæ superius de Cæsaris actis dixit Cicero vt rescinderentur ab illis ipsis qui inuiolata manere velle assererent. Si de legibus prouincialibus, iudiciarijs, & de vi ac maiestate aliter ferretur quàm Iulius tulisset, item vt leges omnes dissoluerentur, & ciuitas laberetur in deterius: futura quidem erant, nam facturi dicebantur Antonius & Dolabella, & integrum ipsis ac liberũ fuerat adhuc nõ facere. ideoq; ne faciant monet Cic. Postea continua oratione præsentem Dolabellam alloquitur, multa de Antonio, plura de Rep. dicens. QVOD EST AVGVRVM) Quia fungor Auguris officio: sic enim vt illi solent futura prædico, quoniam Augur erat Cic. REFELLETVR oratio mea) Dicar vanus fuisse & mẽdax vates. Loquor de legibus promulgatis, à te Antoni, sed nõdum latis & in æs incisis. INTEGRVM VOBIS) Liberum non ferre.

IRASCI) Vtriusq; Consulis & præsentis Dolabellæ, & Antonij absentis reprehensurus vitia: sed auaritiã in primis, & dominandi cupiditatẽ obiecturus, q; per vim multa & contra leges faciant. veniã dicendi postulat, & quasi nouo vtitur exordio. Amice vtrũq; & familiariter obiurgat, q; actionũ eorũ initio exitus non consentiat, & vt alia ratione gloriã & potentiã quẽrant hortatur. FACILITATEM) Quæ proprie est in admittẽdo, audiẽdo, ignoscendo. MIHI) Dicere voluit pessima existimatur. AVORVM) Maiorũ, vt M. Antonij Oratoris, qui auus fuit Antonio Syllanas partes secutus, quẽ C. Marius necauit, magnæ in Repu. authoritatis. auũculi qui fuit L. Cæsar Iuliæ ex qua natus est, & ipse Consularis, & magni in Rep. splendoris nec minoris integritatis. CVM TANTA gladiatorum sit impunitas) cũ impune liceat gladijs vti. PROMAM) Depromam, exhibebo. Translatio à penu, vnde necessaria ad victum depromuntur. VT QVI armis vtatur nõ offendisset sui defendẽdi causſa, vt dicebat Antoni⁹ vt qui armis vtatur, scilicet irascitur. SI ITA necesse est) quia necesse ei minime est, & si hoc prætendit audaciæ & furori suo. IIS QVI pro Rep.) sed ij &c. non noceant &c. AMICI) Antonij familiares. ITA MECVM) Loquuntur. LICEBAT) Libere loqui in Antonium, quoniam inimicus haberis Cæsaris, & interfectorum amicus. PISONI SOCERO) Cæsaris qui in Antoniũ fuerat, & solus libere loqui ausus, vt est pri⁹ dictũ. ADMONENT QVIDDAM) periculum esse ne occidat Antonius. QVOD CAVEBIMVS) Nã in Senatum non veniemus, nec erit minus iusta causſa non veniendi in Senatum mortis metus quàm morbus. Excusantur qui prætendunt morbũ, multò magis ego excusandus videbor, si mortis prætẽdam metum: & simul Antonium tangit qui morbum prætendens causſam, in Senatum non venerat, quo die hanc Cicero habuit orationem.

Sancio. BEROALDVS. Populusq; iure sciuit) Id est sanxit, constituit, decreuit, à scisco deriuatũ, inde plebiscita. Te intuẽs Dolabella) Dolabellã subac-

cusat,quod à virtute pristina degenerauit, & Rempublicam,cuius fuerat ab initio defensor,non solum deseruerit,sed etiam euerterit, De quo sic scribit adAtticum, Ego, si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse vtrum remissior essem,an summo iure contenderem: nunc etiã gaudeo mihi caussam oblatam, in qua & ipse sentiat,& reliqui omnes me ab illo alienatum,idque præ me feram,& quidem me mea caussa facere & Reipublicę caussa,vt illum oderim,quod cum eam me authore defendere cœpisset,non modo deseruit emptus pecunia,sed etiam quantũ in ipso fuerit euertit.Extant Ciceronis Epistolæ ad Dolabellam, quibus eum præconio laudis extollit,tanquam Reipublicæ propugnatorem: qui mox immutata voluntate deseruit partes optimatium,secutus est factionem Antonianam. Dolabellę fraus.

Sed per deos immortales:te enim intuens Dolabella,qui es mihi charissimus,nõ possum de vtriusque vestrum errore reticere. Credo enim vos homines nobiles, magna quædam spectantes, non pecuniam, vt quidam nimis creduli suspicantur, quæ semper ab amplissimo quoque,clarissimóque contempta est: non opes violentas & Pop.Rom.minime ferendam potentiam,sed charitatem ciuium, & gloriam concupiscere, Ea autem est gloria & laus, recte factorum magnorúmque in Reipublicæ meritorum: quæ tum optimi cuiusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur.Dicerem Dolabella, qui recte factorum fructus esset, nisi te paulisper esse expertum viderem. Quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem lætiorem,quàm cum expiato foro, dissipato concursu impiorum,principibus sceleris pœna affectis, te domum recepisti? Cuius ordinis ?cuius generis ? cuius denique fortunæ studia tum laudi & gratulationi tuæ se non obtulerunt? Quin mihi etiam,quo authore te in his re-

bus vti arbitrabantur, & gratias boni viri agebant, & tuo nomine gratulabantur. Recordare quæso Dolabellam consensum illum theatri, cum omnes earum rerum obliti, propter quas tibi fuerant offensi, significauerunt se beneficio nouo memoriam veteris doloris abiecisse. Hanc tu P. Dolabella (magno loquor cum dolore) hanc tu inquam æquo animo potuisti tantam dignitatem deponere? Te autem M. Antoni absentem appello: vnũ illum diem quo in æde Telluris Senatus fuit, non omnibus his mensibus, quibus te quidam multum à me dissentientes beatum putant, anteponis? Quæ fuit oratio de concordia? quanto metu Veterani, quanta solitudine ciuitas, tum à te liberata est? cum tuum Collegam depositis inimicitiis, oblitus auspiciorum te ipso augure nunciante, illum primo die Collegam tibi esse voluisti: Reipublicæ tuus paruus filius in Capitolium à te missus pacis obses fuit. Quo Senatus die lætior? quo Pop. Rom.? qui quidem nulla in concione vnquam *lætior fuit. Tum deniq; liberati per viros fortissimos videbamur, quia vt illi voluerant, libertatem pax consequebatur. Proximo, altero, tertio, denique reliquis cõsecutis diebus non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre Reipublicæ maximum autem illud, quod Dictaturæ nomen sustulisti. Hæc inusta est à te, à te, inquam, mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. Vt enim propter vnius M. Manlii scelus decreto gentis Manliæ neminem patricium licet M. Mãlium vocari.

*Frequentior.

TRAP. Expiato foro)Nam ἁγὼ & piaculum commissum esse videbatur per eos qui aram Cæsari & diuinos honores statuebant. Cuius ordinis)vel Senatorij vel equestris vel plebei. Cuius generis) Sunt enim tam inter patricios quàm inter equites & plebeios multa genera & gradus. Denique fortunæ) vel pauperes,vel diuites,vel serui,vel liberi. Aptarunt)accommodauerunt,adiunxerunt Quo authore)quo conciliario,quo duce,quo admonitore. Auspiciorum te ipso Augure nuntiante) quia nõ licebat Consulem nisi auspicio sumpto creari. Inusta est à te) impressa est ignominia. sumptum ab equis quibus notæ ac signa cauterio hoc est ferro calido imprimuntur. Vnde nota Censoria quando Censores ignominia afficiebant aut Senatores,aut Equites. Inusta nota.

HEG. O beatos illos) Exlamatio patetica est. Actio) Poetæ tragico,cuius fertur exhibita fabula, cui nomen Bruto fuerit, quæ fabula cum magno applau suspectata est. Vide Petrum Crinitum libro primo de Poetis Latinis. Et Eusebium in Chronicis. Equidem is sum)Occupatio est. Satis enim erat)Distributio per incrementum. Non interpretamini) Id est, non exponitis, non expenditis cuiusmodi sit iudicium, & voluntas populi Romani in retinenda liberalitate,quum adeò de Hircij libertate propugnatoris vita laborarit. Certe in nullo)Subiectio. Quod igitur. Clausula hortationis. De vestra vita) De vobis qui adhuc incolumes estis, & non laboratis morbo vt Hircius. Cæpi patres conscripti) Epilogus orationis totius,in quo differit,& quur tam libere de Republica & quid posthac si vixerit,dicturus sit.

MATVRANTIVS. DE VTRIVSQVE vestrum errore) de mutatione voluntatis & actionũ:quibus de rebus dicet. CREDO enim vos) nõ credere simulat,quod maxime credit. QVAE semper ab amplissimo) Cicero ipse in Officijs,Quamobrem & hæc videnda sunt, & fugienda pecuniæ cupiditas. Nihil est enim tam angusti animi,tam parui, quã amare diuitias. Nihil honestius magnificentiúsque quàm pecuniam contemnere, si non habeas:Si habes,ad beneficentiam liberalitatémque conferre. EXPIATO foro)disiecta illa ara quã in foro Amatius extruxerat: & columna euersa,quam Cæsari à plebe erectam diximus fuisse. videbatur enim violentum forum fuisse,& piaculum commissum ab illa multitudine perditorum & audacissimorum hominum,qui aram & diuinos honores Cæsari statuerant. DISSIPATO concursu impiorum)nefariorum qui ad aram conueniebant,& tectis ac templis vrbis minabantur. PRINCIPIBVS sceleris) adnimaduertit enim Dolabella cum in audaces sceleratósque seruos, tum in impuros & nefarios. CVIVS ordinis)Senatorij, equestris, plebeij. CVIVS generis)ac si diceret cuius qualitatis & gradus. multi vero sunt inter Senatores,equites,plebeios. CVIVS fortunæ)pauperes, diuites, liberi, Amatius.

ferui. APTARVNT)accommodarunt,adiunxerũt. AVTHORE)monitore,ſuaſore. CONSENSVM illum theatri) quod cum ingreſſus eſſet omnes plauſere. EARVM rerum obliti)ſeditioſum geſſit tribunatum. DOLABELLA)Graues autem excitauit turbationes,cum legem de nouis tabulis ferret,cúmque ea cauſſa plebs tumultuaretur, inducti ſunt â M.Antonio magiſtro Equitum milites.lxxx.qui omnes ſunt à plebe cæſi. hoc autem eo tempore contigit,quo Cæſar contra reliquias Pompeianas & Iubam in Africam traiecerat. DOLORIS veteris) quem conceperant lata â Dolabella de nouis tabulis lege. TVM tuum collegam)quartum Conſul creatus Cęſar, Antonium ſibi aſſumpſit Collegam:inſtituerat aut vrbe excedere,magiſtratu ſe abdicare, & in locum ſuum Dolabellã ſubrogare:qua de re etiam in Senatu verba fecit.Sed moleſte ferens Antonius,inimicum ſibi in magiſtratu adiungi,in Dolabellam grauiter eſt inuectus : nec pauciora tamen, aut æquiora ab illo audiuit.Re infecta Senatus eſt dimiſſus:cúmque in ſententia perſtaret Cæſar, Dolabellámque renunciari Conſulem iuſſiſſet, auguria obiecit Antoni⁹,effecítque vt ab incœpto deſiſteret Cæſar: quo poſtea necato,Conſularẽ veſtem induit, &Conſulatus inſignia circumtulit Dolabella.Antonius oblitus auſpiciorum quæ obiecerat Cæſari, cum pacem in Telluris tẽplo ſuaſiſſet, vt quo animo ipſe eſſet oĩbus patefieret, Dolabellam)Collegam ſibi eſſe voluit,quòd antè paſſus nõ fuerat. TE IPSO augure)non enim licebat Conſulem ſine auſpicijs creari. Ipſe vero Antonius auſpex fuit Dolabellæ Cõſulatum in Cæſaris locum ineunti eo ipſo die quo Cæſar trucidatus eſt. PACIS obſes)pro Bruto & Caſſio, qui in Capitolio ſunt vocati. VIROS fortiſſimos)Brutum & Caſſiũ. HAEC inuſta) impreſſa ignominia.Ab equis ſumptum quibus cauterio,hoc eſt, ignito ferro,notæ & ſigna quædam imprimuntur.VT ENIM propter vnius)M.Mãlius ob defenſum Capitoliũ,Capitolinus cognominatus,cum Gallicos theſauros ſuppreſſiſſe argueretur, &addictos ac nexos propria pecunia liberaret,ſuſpicatione regni affectati in carcerem coniectus eſt, & poſtea de Tarpeio ſaxo præcipitatus,domus dirura,bona publicata, adiecta eſt & gentilitia nota,quod gentis Manliæ decreto cautum eſt, ne quis M.Manlius vocaretur. Liuius lib.ſexto abVrbe condita.

Inuſta notata.

BEROAL. Ab ampliſſimo quoque cõtẽpta eſt) Libro primo Officiorum ſic refert,nihil eſt tam anguſti animi, támq; parui quã amare diuitias: nihil honeſti⁹ magnificentiúſque quàm pecuniam cõtemnere,ſi non habeas: ſi habeas ad beneficentiã liberalitatẽq; cõferre. Plato libro ſexto de Repub. philoſophum dixit minime cupidũ pecuniæ eſſe: Carpitque Philochrymatos.ſic enim Græci auaros pecuniæq; ſitientes appellant. Neminem licet M.Manlium vocari)Quintilianus in tertio, Poſt mortem adiecta quibuſdã ignominia eſt,vt Melio,cuius domus ſolo æquata: Marcóque Nanlio, cuius prænomen è familia in poſterum exemptum eſt.Liuius libro ſexto.Adiectæ inquit,

Marci ne dicãtur Manlij.

inquit mortuo notę sunt,publica vna,qua latum ad populum est nequis patritius in arce aut in Capitolio habitaret: gentilitia altera,quod gentis Manliæ decreto cautum est ne quis M.Manlius vocaretur.

STVR. Sed per deos immortales,ἀγανάκτησις & reditus ad personam Dolabellæ.statim arrepta propositione,Vterque vestrum errat. Credo enim vos)Ratio . ex loco adiacentium & actuum apud Rodolph. Agricolam vel vt Rhetores περισα[ικῶς à studio nobilium . Cõpositio est περιοδικὴ cõtinuata & producta ex repugnãtibus,ad orationis grauitatem. Ea autem est gloria. Explanatio à definitione. Dicerem Dolobell.) Genus quoddam est præteritionis, nam quod se dicturum negauit per θέσιν quãdam hoc exemplo ostendit,recte factorum fructum scilicet. Cuius ordinis,Approbatio per acclamationem. Mihi etiam quo)A minori confirmatio. Recordare quæso)Alterum exemplum ad explanationem veræ glorię,fructus.

Hanc tu P.D.)rursus ἀγανάκτησις loco Cõclusionis. Te autẽ M.Antoni) Transitio ad personam Antonii,quem & suo exemplo docet errasse,& quis verus sit gloriæ fructus ostendit. Hic vide iucũditatem orationis ex vicissitudine personarum:quomodo scilicet primum à Dolabella inceperit,deinde ad Antonium deflexerit.Rursus ad Dolabellam redierit,iterum ad Antonium iam diuerterit:atque hæc virtus quædam est Collocationis. Exponit autem eius in rep.instauranda bonam voluntatem ac fidẽ qua principio vsus est,& cum exaggeratione & vehementia dictionis exponit,vt hoc modo ea quæ insequuntur indigniora videantur. Multum à me dissentientes beatũ putant,προαναφώνησις Cum tuũ collegam) Postremo consulatu Cęsar,cũ collegam sibi Antonium assumpsisset,decreuit vel ex vrbe exire,vel se eo magistratu abdicare, & in suum locum Dolabellam subrogare. Cum ea de re Senatus conuenisset , dimissus est propter Antonij orationem quam contra Dolabellam habuit.Rursus cum Cęsar instaret,opposuit auguria Antonius, donec mortuo Cæsare , Dolabella insignia consularia arripuisset , atque ex communione consiliorum pax inter Antoniũ & eum esset facta. Vt enim propter vnius.Amplificatio facti cum comparatione à pari. M.Manlij scelus. Propter Gallicos thesauros suppressos, propter regni affectati suspitionem. Vide Liuium libro sexto ab vrbe condita.

Sic tu propter vnius Dictatoris odium,nomen dictatoris funditus sustulisti. Num te, cum hæc pro salute Reipublicæ tanta gessisses, fortunæ tuæ? num amplitudinis? num charitatis? num gloriæ pœnitebat? Vnde igitur subito tanta ista mutatio? Non possum adduci,vt

ſuſpicer te pecunia captum. Licet quod cuique libet, loquatur: credere non eſt neceſſe. Nihil enim vnquam in te ſordidum, nihil humile cognoui: quæ ſolent domeſtici deprauare nonnunquam: ſed noui firmitatem tuam. Atque vtinam vt culpam, ſic etiam ſuſpitionem vitare potuiſſes. Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, glorioſum putes, plus te vnum poſſe, quam omnes: & metui à ciuibus tuis, quam diligi malis. Quod ſi ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Charum eſſe ciuem, bene de Republica mereri, laudari, coli, diligi, glorioſum eſt: metui vero & in odio eſſe, inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum. Quod videmus etiam in fabulis ipſi illi, qui, Oderint dum metuãt, dixit, pernicioſum fuiſſe. Vtinam Antoni auum tuum meminiſſes: de quo tamen multa audiſti ex me ſæpiſſime. Putásne illum immortalitatem mereri voluiſſe, vt propter armorum* habendorum licentiam metueretur? Illa erat vita, illa ſecunda fortuna: libertate eſſe parem cum cæteris, principem dignitate. Itaque vt omittam res aui tui proſperas, acerbiſſimum eius diem ſupremum malim, quam L. Cinnæ dominatum, à quo ille crudeliſſime eſt interfectus. Sed quid oratione te flectam? ſi enim exitus C. Cæſaris efficere hoc non poteſt, vt malis charus eſſe, quam metui: nihil cuiuſquam proficiet, nec valebit oratio. Quem qui beatum eſſe putant, miſerrimi ipſi ſunt. Beatus eſt nemo, qui ea lege viuit, vt non modo impune, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit. Quare flecte te quæſo, & maiores tuos reſpice: atque ita guberna Rempu-

*metuendorum.

blicam, vt natum te esse ciues tui gaudeant: sine quo nec beatus nec clarus esse quisq̃ potest. Et populi quidem Rom. iudicia multa ambo habetis: quibus vos nõ satis moueri permoleste fero. Quid enim gladiatorii clamores innumerabilium ciuium? Quid populi cursus? Quid Pompeii statuæ plausus infiniti? Quid ii Tribunipl. qui vobis aduersantur? parũm ne hæc significãt incredibiliter consentientem Pop. Rom. vniuersi volũtatem? Quid Apollinarium ludorum plausus, vel testimonia potius & iudicia Popu. Rom. vobis parua esse videbantur.

TRAP. Pœnitebat) parum videbatur. s. fortuna & amplitudo & charitas, & gloria, cum adeptus fueras. Deprauare) prauum videri, facere prauum, vel à recto detorquere & deflectere. Nihil enim tam sanctum) hoc dicit, quis domi omnia fiant. Caste) sancte, integre, incorrupte: tamen domestici plerunque in malum & non recte accipientes, in vitia detorquent. Domestici) quod superius dixit familiares, οἰκείους. Detestabile) dignum detestatione, & abominandũ, execrabile. In fabulis) in Tragœdijs, vt apud Accium Atreus inducitur. Oderint dũ metuant, crudeliter sane: quare & regno pellitur. Si enim exitus) mors, interitus. Num facto) τυραννοκτόνων. Sine quo). s. sine beneuolentia ciuium. Gladiatoribus) cum dabatur munº gladiatorium.

MATVR. VNIVS dictatoris) Iulii. POENITEBAT) pudebat. Virgil. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. LICET quod cuique libet) nam & dicebãt hoc plures, & credebant. QVANQVAM solent domestici) quod re vera accidit quotidie, vt principes viri à domesticis persuadeantur & deprauentur. DEPRAVARE) â rectitudine & honestate detorquere. VERVM iter gloriæ) Cicero lib. ij. Offic. Vt pecuniæ, inquit, nõ quærendæ solum ratio est, verum etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales. Sic gloria & quærẽda, & collocanda ratione est: qq̃ præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam esse dicebat: Si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset, ꝙ vera gloria radices agit & propagatur: ficta omnia celeriter tanq̃ flosculi decidunt, nec simulatũ potest quiq̃ esse diuturnum. METVI) Cicero in eodem libro, Omnium rerum nec aptius quicq̃ ad opes tenendas

ac tuendas q̃ diligi: nec alienius, q̃ timeri. Præclare itaq; Ennius, Quẽ me nũ oderũt, quẽ quisq; odit, perijsse expetit. Multorũ autẽ odijs nullas opes subsistere posse si antea fuit ignotũ, nuper est cognitũ morte. s. Iulij. IN fabulis ipsis) Tragicorũ poetarũ. apud Acciũ Atreus inducebatur dicẽs, Oderint dum metuant. Et item apud Enniũ vt refert Cicero. PERNICIOSVM fuisse) quoniã aut occisi sunt, aut in exiliũ pulsi. AVVM tuũ) M. Antoniũ oratorẽ eloquẽtissimũ qui multa & domi & militiæ gessit præclara. perijt autẽ Mariano & Cinnano furore: eius caput pro rostris est positũ. Is L. Cinna Cõsul cũ Octauio legẽ de exulibus reuocãdis Mario. s. & cæteris tulit prohibitúsq; à Collega & honore priuatus ex vrbe profugit, trãsiẽnsq; ad partes, iunctus est Mario cũ quo vrbẽ ingressus & Octauiũ interfecit, & plurimas edidit cẽdes & crudelitates. EXITVS) fines & mors. QVEM) Cæsarem. EA lege) eo pacto, eo modo. CVM summa gloria) summa enim gloria est tyrannũ occidere, & ei qui id facit præmia solẽt tribui. MAIORES tuos respice) restitue, repræsenta, redde. SINE quo) sine ciuium beneuolentia. QVIS QVAM) tuorum quibus obducturus es quasi tenebras & obliuionẽ si perges sic facere, vel quisq; nostrũ omnium. QVID enim gladiatorij clamores maximi) & quales gladiatorũ solẽt esse. Historia autẽ hoc habet, Cæsar bellis omnibus ciuilibus cõfectis Romã redijt, formidabilẽq; vniuersis se præbuit: omnes honores qui excogitari ab homine possunt, ei decreti sunt. Sed aliquãdo euntẽ salutãtibus vt regẽ, inclamauit vehementer, & ingemuit populus, ipse Cæsarẽ se esse nõ Regẽ callide subiecit: lupercalibus itẽ cũ diadema capiti eius in foro sedẽtis & spectãtis vn⁹ ex lupercis accurrẽs Antonius imposuisset ægre tulit populus, iterũq; ac tertio imponẽte illo, ac reijciẽte Cęsare & omnino respuẽte clamore magno lætitiã prodidit, Cæsarẽq; summis laudibus extulere omnes. QVID populi versus) qui tribunal Bruti (erat autẽ Prætor vrbanus) versibus in hãc sententiã noctu implebat: Brute dormis, neq; vere es Brutus. QVID Pompeij statuæ plausus infiniti) à populo posita occiso Cæsare, & coronata est reperta. QVID ij Tribuni) qui omnes aduersabantur Antonio & Dolabellæ: prẽter vnũ Saluiũ qui Antonio fauebat, & L. Antonium fratrem. QVID:) suspendẽda particula, & adiuuanda pronunciatione scisitatio. APOLINARIVM ludorum) Brutus vt dictum est, Prætor erat vrbanus, cum est Cæsar necatus: & quoniam nihil tutum Romæ videbat, discedere ex vrbe statuerat. & Senatus ne fugere videretur ei & Cassio rei frumẽtariẽ curã demãdauerat. Cũ ergo abesset Brutus, ludos quos edere in Prętura cõstituerat, voluit & iussit se absente edi: & magnifice & sũptuose nimis, emerat elephãtos cõplures quos exibere populo in spectaculis mãdauit. Profectus Neapolim cũ histrionib⁹ & mimis de Canutio quodã qui in re scenica habebatur prẽstantissim⁹ scripsit ad amicos, vt nõ nisi volẽtẽ illũ adducerẽt, quia Grẽcũ quẽq; vi cogi nefas esse dicebat. Scripsit & Ciceroni orãs vt his ludis omnino ĩteresset. Quib⁹ ingẽs plausus Bruto dat⁹ est, & si aberat, ingẽs apparuit populi studiũ in libertatis authores in-

M. Anto. Orator. Cinna.

Cæsar cõpellat Rex

Quid.

Apollinares impẽsis Bruti editi.

gens beneuolentia, & in tyrannos odium. APOLLINARES VERO LVDI)qui & Scenici dicuntur,quoniam recitatione fabularum commendabantur. T.Sulpitio Potito,& C.Licinio Stolone Conſſ. cum intoleranda vis peſtilentiæ vrbem vexaret inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti ſunt accitis ex Hetruria ludionibus.Circi duntaxat prius ſpectaculum fuerat, quod Romulus dum rapiebantur Sabinæ, primus omnium Conſualium nomine celebrauit.Liuius.vij.ab vrbe cond. & Valerius Max.authores.

Apollinarium inſtitutio.

Conſualia.

BEROALDVS. Vt culpam ſic etiam ſuſpicionem) Quintilianus inſe cundo ſalubriter præcipit carendum eſſe nõ ſolum crimine turpitudinis,verum etiam ſuſpicione.Cæſar Dictator interrogatus cur Pompeiam repudiaſſet vxorem,Quoniam,inquit, meos tam ſuſpicione quàm crimine iudico carere oportere. Oderint dum metuant) Seneca lib. primo de Clementia ſic inquit,Timeri vult quia inuiſus eſt.Et illo execrabili verſu, q̃ multos dedit præcipites vtitur,oderint dum metuant. Inde cernis quanta rabies oriatur,vbi ſupra modum odia creuerunt.Item vocem illam diram & abominã dam,Oderint dum metuant,Syllano ſcias ſeculo ſcriptam.Itẽ conſidero multas voces magnas ſed deteſtabiles in vitam humanam peruenisſe, vt illam, Oderint dum metuant.Caligula imperator,vt author eſt Tranquillus,Tragicum illud ſubinde iactabat,Oderint dum metuãt)vox autem hæc ab Atreo crudeliſſimo apud poetam Tragicum vſurpata eſt. Ludorum Apollinarium)Romanorum annalibus continetur, vt Macrobius refert ludos primõ Romæ Apollini celebratos eſſe ex vaticinio Marci vatis carmineq̃ Sibyllino,qui dum celebrarentur repentino hoſtis aduentu plebes ad arma excitata hoſti occurrit.Eoq̃ tẽpore nubes ſagittarum in aduerſos viſa ferri,& hoſtem fugauit & victores Romanos ad ſpectacula dei ſoſpitalis reduxit.Hinc intelligitur prælij cauſſa non peſtilentię,ſicut quidam exiſtimãt ludos Apollinares inſtitutos.In carminibus Marci vatis inuẽtum ita eſſe ferunt, hoſtem Romani ſi ex agro pellere vultis,vomicamq̃ quæ gentiũ venit longe,Apollini cenſeo vouendos ludos,qui quotannis communiter Apollini fiant, his ludis faciendis præſit is Prætor qui ius populo plebiq̃ dabit ſummum,hoc ſi recte facietis,gaudebitis ſemper,fietq̃ Reſpub.veſtra melior.Liuius lib.xxv. ab origine vrbis,Hæc eſt,inquit, origo ludorum Apollinarium victoriæ nõ valetudinis ergo,vt plerique rentur votorum,factoſq̃ populus ſpectauit coronatus,matronæ ſupplicauere,vulgo apertis ianuis in propatulo, copulati ſunt,celebrq̃ dies omni genere cerimoniarum fuit.Annotãdum à Liuio dici valetudinis ergo,pro cauſſa,ſecundum priſcorum conſuetudinẽ, â quibus dicitur ſtatua donatus eſt honoris virtutiſq̃, ergo id eſt cauſſa.hinc illud notiſſimum poeticum, illius ergo Venimus.

Odio ne habearis.

Marci vatis carmen.

Ergo.

STVRM. Num te cum hæc pro ſalute) Indignatio temperata dolore & conqueſtione,quæ ipſa actione magis cognoſci poteſt. Vnde igitur ſubito tanta)Sic argumentatur vel amore vel regni cupiditate captus, volũtatem tuam mutaſti.Non gratia pecuniæ,ergo regni.prius membrum probat

ex loco adiacentium: de posteriore suspitiose veretur. Hic animaduertant studiosi, quanta hunc locum cum superiori iucunditate tractet, vt non tam extorquere, quàm cum quadam beneuolentia impetrare quod cupit videatur.

Quod si ita putas) Hanc propositionem constituas. Metui à ciuibus non est verum iter gloriæ. Charum esse ciuẽ) Approbatio ex enthymemate.

Quod videmus etiam) ἐνθύμημα ⊙ ἐργασία, & primùm posterioris partis confirmatio ab exemplo fabuloso. Vtinam Antoni) Alterum exemplũ verum & efficacissimum ad probandum partem priorem enthymematis.

Itaque vt omittam) Confirmatio totius enthymematis coniuncte facta.

Sed quid oratione te flect.) Rursus separatim posteriorem partem confirmat, ab exemplo Cæsaris quod accommodatissimum & firmissimum est

Quem qui beatum fuisse putant) Occupatio vt refutet vulgi opinionem.

Quare flecte te quæso) Conclusio & cohortatio à maiorum eius exemplo, à populi volũtate, & expectatione, quæ probat multorũ enumeratione.

O beatos illos, qui cum adesse ipsis propter vim armorum non licebat. aderant tamen, & in medullis Po. Ro. ac visceribus hærebant. nisi forte Accio tum plaudi, & sexagesimo post anno palmam dari putabatis: nõ Bruto, qui his ludis ita caruit, vt in illo apparatissimo spectaculo studiũ quidẽ Po. Ro. tribuerit absenti, desideriũ liberatoris sui perpetuo plausu & clamore leniret. Equidẽ is sum qui istos plausus cum à popularibus ciuibus tribuerentur, semper contempserim: idemq; cum à summis, mediis, infimis, cum deniq; ab vniuersis hoc idem fit: cumq; ii qui ante sequi populi consensum solebant, fugiunt: non plausum illum sed iudicium puto. Sin hæc leuiora vobis vidẽtur, quæ sunt grauissima: nũ etiam hoc contemnitis, quòd sensistis tam charam Po. Ro. vitam A. Hirtii fuisse? Satis enim erat, probatum illum esse Po. Ro. vt est, iucundum amicis, in quo vincit omnes: charum suis, quibus est ipse charissimus. Tantã tamẽ sollicitudinẽ bonorum, tantum timorẽ omnium

in quo meminimus ? Certe in nullo . Quid igitur hoc vos per deos immortales quale ſit,non interpretamini? Quid eos de noſtra vita cogitare cenſetis , quibus eorũ quos ſperant Reipub.conſulturos vita tam chara ſit?Ce pi Pa.C. reuerſionis meæ fructum, quoniam ea dixi,vt quicũq; caſus conſecutus eſſet,extaret conſcientiæ meæ teſtimonium:& ſum à vobis benigne ac diligenter auditus. Quæ poteſtas ſi mihi ſæpius ſine meo veſtróque periculo fiet, vtar : ſi minus,quantum potero non tam mihi me,q̃ Reip.reſeruabo.Mihi fere ſatis eſt,quod vixi,vel ad ætatem,vel ad gloriam . huc ſi quid acceſſerit, non tam mihi q̃ vobis Reiq; pub.acceſſerit.

TRAPEZVNTIVS. Hærebant)infixi erant. Accio)hiſtrionum & Tragœdiarum actori. In illo apparatiſſimo ſpectaculo) nam cum Brutus multa atque omnis generis animalia vndiq; coemiſſet, antequam Roma cederet,quanquam poſtea ludis faciendis adeſſe non poſſet:tamen omnia illa animalia exhiberi,& quàm maxime ac magnificentiſſime ludos fieri voluit:adeo vt Neapolim conceſſerit,vbi multos hiſtriones ludorum Apollinarium conduxerit,ac Romam miſerit.Scripſit etiam ad amicos, vt Canutiũ quendam Græcum egregium ea tempeſtate hiſtrionem conducerent.A Cic. etiam vehementer contendit,vt ludis ſuis omnino intereſſe vellet. A populariBus ciuibus) qui bonos oderunt , & malis artibus ac rationibus gratiam populi quærunt. Quale ſit non interpretamini)i d eſt non exponitis vos , & explanatis vobis ipſis , quo animo populus Romanus ſit,& cuiuſmodi ſit eius iudicium & voluntas in retinenda libertate,cum tantopere laboret de vita Hirtij,qui propugnat pro libertate. Accius.

MATVRANTIVS OBEATOS ILLOS) Caſſium & Brutum. ACCIO TVM PLAVDI)poetæ cuius fabula recitabatur,Atreus.L. Accius Tragœdiarũ ſcriptor fuit.natus eſt Mãcino & Serrano Cõſſ. nõ multò ante Cic.& C.Põpeiũ,genitus parẽtib⁹ libertinis. ſeni iã Pacuuio Tarẽti ſua ſcripta recitauit:Piſaurũ inter Colonos ex vrbe deductus fuit , fundũq; illic habuit,qui Accianus eſt dictus. NISI FORTE) Nõ enim Accio poſt annos lx.q̃ ſcripſerat illã fabulã,ſed Bruto & Caſſio plaudebatur. EQVIDEM is ſum)occurrit,non ſunt magni faciẽdi huiuſmodi plauſus, quoniã â paucis & ijſdẽ populariB⁹ potẽtiorũ fauorẽ aucupãtibus dari ſolẽt:fateor, inqt Ci- Plauſus.

cero,& eos ſemper ego cõtẽpſi:Sed quãdo nõ à paucis q̃ nihil aliud agũt & ſtudẽt,ſed ab vniuerſis tribunt̃,nõ cõtẽno,nec plauſum eſſe,ſed iudiciũ puto, hoc eſt q̃ ſẽtiãt vniuerſi de eo cui plaudũt,iudicare & demõſtrare exiſtimo. POPVLARIBVS)ac ſi diceret viliorib⁹. SEMPER cõtẽpſerim) nam quod ipſe ait in Offic. Qui ex errore imperitæ multitudinis pẽdet,in magnis viris nõ eſt habẽdus. IS qui antè ſequi &c.)vt Antoni⁹. TAM charã populo Ro.vitã &c.)nã ſatis,inqt,cõſideratis cuiuſmodi populi ſit iudicium de viris bonis & libertatis ſtudioſis,& quæ volũtas in ipſa retinenda libertate. A.Hircius vero Cõſul deſignatus & initurus p̃xime Cõſulatũ cũ Pãſa, graviter ægrotauit,& maximus fuit omniũ timor, maxima ſollicitudo ne decederet,publice priuatim q̃ ſuſcepta vota. IN QVO meminimus) ac ſi dicat in nullo quod ipſe ſubiũgit. NON interpretamini) nõ intelligitis, & quale ſit iudicatis. DE veſtra vita)quos timẽt obfuturos Reip. EXTARET) appareret quaſi monumẽtũ aliquod. VEL ad ætatẽ)quia iã ſenex. VEL ad gloriã)per oẽs decurrit magiſtratus. HVC) ad ætatem & gloriam.

BEROAL. Qui his ludis)Brut⁹ poſtq̃ vidit tuto Romæ ſe eſſe nõ poſſe,in Aſiã p̃ficiſci deſtinauit,verũ cũ eſſet Prętor,ludos abſens facere curauit: quorũ cura & adminiſtratio ex magna parte ad Põponiũ Atticũ ptinebat. Idẽ per epiſtolã rogauit M.Tulliũ,vt ludos ſuos ſpectaret: de quib⁹ ſic ſcribit ipſe ad Atticũ,Illos ludos celebrari & eſſe q̃ gratiſſimos cupio,id q̃ ita futurũ eſſe cõfido.Alio quoq̃ loco docet Venationẽ poſtridie ludos Apollinares editã eſſe à Bruto.Reperio apud authores qđ annotatu dignũ.& huic loco mire cõgruit,ab Accio poeta cõditã fuiſſe fabulã,cui nomẽ eſt Brutus. quã inter togatas p̃textatas numerãt.Titulo ſuſpicari merito poſſum⁹, hanc fabulã Bruti titulo inſcriptã.celebratã his ludis ſcenicis fuiſſe,quos Brut⁹ abſens fecit.Ad hãc fabulã alludere videt & M.Tul.ſic ſcribẽs ad Atti. Tuas iã Brut⁹ literas expectabam,cui qdẽ ego nõ nouũ attulerã de Tereo, ille Brutũ putabat. Tã charã Po.Ro.vitã)Hirci⁹ & Pãſa deſignati Cõſules poſt Anto.& Dolabel.Cũſulatũ inire honorẽ Calẽ.Ian.debebãt:Quos cũ popu.Ro. Reip.cõſulturos ſperaret,charos habebat ita, vt meritò cũ id tẽporis morbo implicit⁹ Hirci⁹ foret,ſollicitudine maxima atq̃ timore affectus ſit. & vota p̃ ei⁹ ſalute ſuſceperit.M.Tul. p̃textatos & grãdes diſcipulos vocabãt cũ eo declamãdi magiſtro iã deſignati Cõſules vterent̃.Hirciũ & Dolabellã feſtiuiter epiſtola quadã ad Papiriũ Petũ dicit ſe habere dicẽdi diſcipulos, cœnãdi vero magiſtros,illos apud ſe declamare,ſe apud illos cœnitare. Qđ vixi vel ad ętatẽ)Ceſti⁹ Declamator egregie dixit,Si ad deſideriũ ppĩi reſpicis Cic.qñ pieris,parũ vixiſti:Si ad res geſtas,ſatis vixiſti: Si ad iniurias fortunæ & p̃ſẽtẽ reip.ſtatũ,nimiũ diu vixiſti:Si ad mẽoriã operũ tuorũ,ſẽp victur⁹ es.

Brutus Accij.

STVR. O beatos illos)Exclamatio cũ ad exaggerãdũ volũtatẽ pop. tũ ad motũ animorũ faciendũ ex cõmẽdatione liberatorũ patriæ. Equidẽ is ſum)pulchra παρομολογία προλημ̃ικῶς ad exaggerationẽ. Quid igit hoc vos)vehemẽter cõcludit. Cœpi P.C.)Epilogus generalis & breuiuſculus.

Finis Primæ Philippicæ.

M. T. CICERONIS
IN MARCVM ANTONIVM PHILIPPICA SECVNDA.



VONAM meo fato P. C. fieri dicã, vt nemo his annis viginti Reipublicæ hostis fuerit, qui nõ bellum eodem tẽpore mihi quoq; indixerit? Nec vero necesse est à me quẽquam nominari vobis: cum, vt ipsi recordamini, mihi pœnarum illi plusquam optarẽ, dederint. Te autem miror Antoni, qnorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minus mirabar. Nemo illorum mihi inimicus fuit voluntarius. Omnes à me Reipublicæ caussa lacessiti. Tu ne verbo quidem violatus, vt audacior quàm L. Catilina, furiosior quàm P. Clodius viderere: vltro maledictis me lacessisti, tuámque à me alienationem, commendationẽ ad ciues impios tibi fore putauisti. Quid putem? contẽptúmne me? Nõ video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec i hac mea mediocritate ingenii quid despicere possit Antonius. An in Senatu facile de me detrahi posse credidit, qui ordo clarissimis ciuibus

bene gestæ Reipublicæ testimonium multis, mihi vni conseruatæ dedit? An decertare mecum voluit contẽtione dicẽdi? Hoc quidem beneficium est. Quid enim plenius, quid vberius, quàm mihi & pro me & contra Antonium dicere? Illud profecto est, non existimauit sui similibus probari posse se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. Cui priusquam de cæteris rebus respondeo, de amicitia, quam à me violatam esse criminatus est, quod grauissimũ crimen iudico, pauca dicamus. Contra rem suam veniſſe me, nescio quando, questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari & necessario & domestico meo? Non venirem contra gratiam, non virtutis specie, sed ætatis flore collectam? Non venirem contra iniuriam, quam iste interceſſoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? Sed hoc iccirco commemoratum à te puto, vt te infimo ordini commendares: cum omnes recordarentur libertinum generum, & liberos tuos, nepotes quoque Fundi libertini hominis fuisse.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS.

HAec est secũda Philipica, quę Ciceroni mortem attulit. Respondet autem criminibus & maledictis Antonij: deinde vehemẽtissime & acerbissime in eum inuehitur. Quonam meo fato) ab admiratione & indignatione incipit & format sententiam suam. Hoc tamẽ affirmate dicit: hoc fato videor esse susceptus & natus, vt omnes Reipublicę hostes qui fuerũt his annis viginti, mihi etiam fuerint hostes. In alijs) Catilina, Pisone, Vatinio, Clodio. Vltro) non à me prouocatus, nullis iniurijs à me affectus. Vt viderere) id est, in quo tu es mihi visus audacior quàm Catilina. Quid putem) Numerat causſas quæ videri

possunt adduxisse Antonium ad maledicendum de Cicerone: quæ cum non sint idoneæ, ad extremum vnam subijcit quæ videtur esse vera. In vita) quantum ad mores. In gratia)quantum ad beneuolẽtiam ciuium. Detrahi) maledici. vnde detractores dicuntur. Sed ætatis flore collectam)Notat impudicitiam M. Antonij.

MATVRANTIVS. Quonam fato meo)Hæc est secũda Philippica, quæ M.Antonium priore oratione vehementer commotum in Ciceronem accendit,vt leniri odij atrocitas postea nunquã potuerit.Extitit autem exitij & mortis Ciceroni caussa dicẽte etiam Satyro Poeta,Ridenda poemata malo,Quàm te diuinæ miranda Philippica famæ,Volueris à prima quæ proxima.Superiorem Cicero Antonio absente in Senatu habuerat orationem, qua ille iritatus inimicitias Ciceroni denuntiauerat. Sed ea denunciatione nihil omnino deterritus est, nihil armati & potentissimi minas veritus: Cũ deinde xiiij.Cal.Octobris,quo die Senatus habitus est, magna armatorum caterua stipatus in Senatum venisset Antonius, & longa oratione, quam totos septem & decem dies in Tiburtino Scipionis meditatus fuerat, & postea edidit, in Ciceronem inuectus esset: in Senatu & coram respondere cupientem amici retinuere, quòd & longe potentiora essent Antonij arma,& ad manifestum tenderet interitum. Sed dum hæc Romæ geruntur: C.Octauius adolescens hæres â Cæsare ex Dodrante relictus & in familiã nomẽnque adoptatus ex Apollonia redijt,primum omnium Antonium paternum amicum salutatum accessit, facta pecuniæ patris mentione quam Antonius tenebat,cum adita hæreditate viritim tricenos sestertios, vt Cæsar legauerat,daturus esset. Verum Antonius aspernari illum, & insanum dicere:ac bonis carentem suasoribus,quòd tam onerosam adire hæreditatẽ vellet,ac non potius abstineret.Sed neque persuadere adolescentem potuit, & instare ille pro pecunia vehementius cœpit. Antonius & iactare multa cõtumelioſe, & facere,donec petenti tribunatum plebis,& auream sellam patris sui ponẽti, ducturus se illum in Carcerem nisi sollicitare plebẽ desineret, minatus est.Qua contumelia iritatus Cæsar,ad Curionem contulit se,totũq; ei se permisit & tradidit, breuique per eum Senatum sibi conciliauit. Plebis vero & veteranorum sic in se ipse concitauit studia,vt per omnes amicos de reconciliatione egerit Antonius:qui tandem congressi, in Capitolio in gratiam rediere, sed simulate quidem:nec multo post maximæ inter eos rursus exarsere inimicitiæ:vterque ad legiones solicitandas per Italiam discurrit:ab vtroque prẽmijs Veterani sunt allecti.Cicero ciuitatis eo tempore princeps, quacunque ratione poterat,omnes in Antonium mortales concitabat, cuius factioni par iam vel superior potius ausus est venire in Senatum, & hanc orationem,qua omnem ante actam Antonij vitam carpit & lacerat,habere, ipso Antonio prẽsente & audiente.Est autem in demonstratiuo genere caussarum posita: continet enim vituperationem, partim autem purgationem

Augusti & Antonij dissensio.

habet criminũ quæ obiecit aduersarius:partim relationẽ:nam & regerit maledicta & retaxat vehementissime & acerbissime inuectus. omnis ab ipso principio concitata est oratio breuissimo quidem exordio, nam & respondet prouocatus: cum vero se purgat, satis beneuolos auditores habiturus creditur: & indignatus est,vt continere se nequeat,quin erumpat quam primum. Exordium per expositionem incommodi factum est cum admiratione & indignatione:dicit enim nescire quo fato suo contingat,vt viginti annis quicunque Reipublicæ hostes fuerint,etiam sibi bellũ indixerint. Argumenta à locis confutationis & purgationis prius, deinde turpitudinis ducũtur. HIS annis.xx.)ac si dicat à. xx.annis vsq; huc. INDIXERIT) denunciauerit.significat autem L.Pisonem,Gabinium,Vatinium,Clodiũ,Catilinam,M.Antonium:in quos Ciceronis extant orationes.magis autẽ Reipublicæ,quàm priuata caussa odia cum illis & inimicitias exercuit. ILLI) in quos inuectus est Cicero acerbissime,& quorum detexit scelera. QVORVM facta imitere)nam Catilinæ & Clodij scelera imitaris. EXITVM nõ perhorrescis)qui fuit fœdissim⁹ & infeliciss im⁹. IN alijs)qui mihi hostes fuere. AVDACIOR)quę enĩ maior audacia,quã cõtra patriã cõiurare? FVRIOSIOR)magn⁹ Clodij furor fuit,qui vt Rempublicam perturbaret, sese adoptandum dedit cuidam plebeio Caio Fonteio,qui maior natu erat. Mõstri autem simile videtur, vt pater maior natu filio sit. Multas leges sustulit, & in primis Heliam & Fusiam, quæ agere cum populo prohibebant, nisi seruatum de cælo esset. Denique Cicero semper Clodij furorẽ vocat. VLTRO)tua sponte,non lacessitus à me. AD ciues impios)tui similes & eiusdẽ furoris,si bono viro & libertatis ac patriæ studioso hostis fieres. QVID putem?)multas enumerat caussas quibus impulsus videri possit Antonius, vt tam acerbe in se inuehatur:multas refellit min⁹ idoneas, vnam subijcit ad extremum, quæ vera esse videatur. IN vita)in moribus. GRATIA) ciuium beneuolentia. DETRAHI) maledicendo minui aliquid eorum quæ dixi in ea, gratiam,ingenium. MIHI vni conseruatæ)nam cum patriam à coniuratorum audacia liberasset Cicero, & de coniuratis suppliciũ sumptũ esset:alij Vrbis conseruatorem, alij conditorem appellarunt: quòd viuerent, quòd incolumes essent, virtuti eius acceptum referentes. Marcus Cato patrem patriæ censuit appellandum,quod in libera ciuitate ei duntaxat cõtigit. Hinc Satyricus ait poeta, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. ILLVD profecto est)hoc est illud postremum quod probat. PATRIAE)quandoquidem quicunq; à viginti annis patriæ hostis fuit,idem & Ciceroni bellum indixit CONTRA rem suã)res sic habet: Tres Antonio fuere vxores. Prima Marci Fundi Bambalionis filia. Secũda,C. Antonij Ciceronis in consulatu Collegę,quam adulteratam à Dolabella suspicatus, repudiauit. Tertia, Fuluia, Caio Curioni antea nupta. Ex prima illa Libertini generis filium sustulit, quem pro obside in Capitolium missum dixi-

Antonij Vxores.

mus.hæc inferius patebunt,& in hac Philippica,& in tertia. De re pecuniaria lis fuit amico Ciceronis & domestico cum M. Fundo Bambalione homine Libertinę conditionis,sed locupletissimo:pro quo Cicero in iudicium vbi res agebatur venit aduocatus:Antonius iniquo animo tulit, & illa oratione qua est in Ciceronem inuectus,questus fuit contra rem suam, hoc est soceri sui,Ciceronem venisse aliquando:quod Cicero nunc excusat, & cur nō venirem,inquit,contra socerum tuum,alienum mihi, & cum quo amicitia aut consuetudo nō intercedebat pro familiari necessario,& quasi domestico cōtra Antonij fauorem & gratiam: quam non virtute,sed flagitio collegit, cōtra iniuriam,hoc est iniquitatem iudicis,quam Antonij socer auxilio & fauore intercessoris obtinuerat,cum præsertim etiam Prætorio iure mihi venire liceret. AN EGO NON VENIREM?) interrogatiue legendum.

GRATIAM)fauorem & beneuolentiam hominum in Antoniū. NON VIRTVTIS SPECIE &c.)virtutis speciem dixit, pulchritudinē & honestatem: vnde specioſa res dicitur honesta & pulchra:sic ait,quoniam ætatis florem subiungit.Significat autem rem fœdissimam Antoniū ætatis flore multorum sibi gratiam conciliasse. EGREGIA FVIT FORMA)ardenter à Curionis filio dilectus,qui vt obnoxium magis sibi redderet Antonium, in amores,libidines,varióſq; sumptus impellebat,quare grande æs alienum cōflauit.Cumq;.cc.l.milia deberet,idē pro eo interceſſit Curio:pater vero Curionis ægre ferens,domo sua prohibuit Antonium, qui ad Clodium prius se contulit,inde in Asiam abijt:Cicero fœdissime actam obijcit Antonio puritiam,& se pluribus prostituisse illum ostendit. INIVRIAM) iniquitatē iudicis. ISTE)socer tuꝰ. INTERCESSORIS iniquissimi) aut Antonij aut Curionis, qui magnā dicendo cōparauit potentiā:iniquū vero quippiam cōtra Ciceronis amicissimū obtinuerant. NON IVRE PRAETORIO) scilicet venirem.nam aut contra leges, aut dolo malo quippiam contra Ciceronis amicum statutum à iudice fuerat,quod Prætoris edicto & iure seruari non conueniebat,id quod secutus est Cic. quid id autem fuerit,imaginari potius licet quàm certum aliquid tradere. INFIMO ORDINI) Libertinorum. COMMENDARES) gratum redderes,& ad amorem prouocares. LIBERTINVM GENERVM)te scilicet:nam Libertini locupletis filiam vxorem duxit Antonius. NEPOTES QVOQVE FVNDI) M. Fundi Bambalionis,& quoq; legendum est. Diffiniūtur autem in iure ciuili Libertini, qui iusta seruitute manumissi sunt. Libertini.

BEROALDVS. Hæc est illa Philippica omnibus Antonianis antepo nenda,quam diuinam esse merito appellant,de qua sic serio scripsit poeta Satyricus,Quàm tu conspicuę diuina Philippica famæ Volueris à prima quæ proxima. Hac omnes rhetoricæ partes continentur,quę ad demonstratiuum genus pertinent,si quidem laudes & vituperationes ex his locis sumuntur: estq; tripartita distributio in animū & corpus,& extra posita, corporis va-

letudo, dignitas, vires, velocitas. Extraneæ res, honos, pecunia, genus, potentia, atque his contraria. Animi autem & laus honesta, & vituperatio vehemens est. Nunc M. Tullius, vtpote diuinus orator, oratorie ac eloquẽter vituperat Antonium, ab animi potissimum maculis & sordibus: Quæ vera vituperatio est. Quid putem? contemptúmne me?) Quintilianus inquit, Verum eloquentiæ vt indecora iactatio, ita nonnunquam concedenda fiducia est. Nam quis reprehendet hæc, Quid putem? contemptúmne me? non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenij quid despicere possit Antonius.

Fiducia laudata.

At enim te in disciplinam meam tradideras. Nã ita dixisti, domum meam ventitaras. Næ tu si id feciſſes, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consuluisses: sed nec feciſti, nec si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset, Auguratus petitionem mihi te concessisse dixisti. O incredibilem audaciam. O impudentiam prædicandam. Quo enim tempore me Augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius, & Q. Hortensius nominauerunt (neque enim licebat à pluribus nominari) nec tu soluendo eras, nec te vllo modo nisi euersa Repub. fore incolumẽ putabas. Poteras autem eo tempore Auguratum petere cum in Italia Curio non esset? aut tum cum es factus, vnam tribum sine Curione ferre potuisses? Cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quòd tui nimis studiósi fuissent. At beneficio sum vsus tuo? quo? quanquam illud ipsum quod cõmemoras semper præ me tuli. Malui me tibi debere confiteri, quàm cuiquam minus prudenti non satis gratus videri. Sed quo beneficio? quòd me Brundusii non occideris. Quem ipse victor, qui tibi, vt tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, saluum esse

voluisset,in Italiam ire iussisset: eum tu occideres ? Fac potuisse. Quod est aliud P.C. beneficium latronū , nisi vt commemorare possint iis se vitā dedisse,quibus non ademerint? Quod si esset beneficium , nunquam ii qui illum interfecerunt à quo erant seruati,quos tu ipse viros clarissimos appellare soles,tantam essent gloriā cōsecuti. Quale autem beneficium est,quòd te abstinueris à nefario scelere? Qua in re non tam iucundum videri mihi debuit non interfectum à te,quàm miserum id te impune facere potuisse.Sed sit beneficium:quandoquidem maius à latrone accipi nullū potuit . In quo potes me dicere ingratum?an de interitu Reipub.queri non debui,ne in te ingratus viderer ? At in illa querela misera quidem & luctuosa , sed mihi pro hoc gradu,in quo me Senatus Populusq; Ro.collocauit, necessaria:quid est dictum à me cum contumelia? Quid nō moderate?Quid non amice?Et quidem cuius temperātiæ fuit,de M. Antonio querentē abstinere maledicto? præsertim cum tu reliquias Reip.dissipauisses ? cū domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia?cū leges eas quæ nunquam promulgatæ essent,& de te & à te latas cōfiterere?cum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses?cum esses fœdissime stipatus armatis ? cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes,vino lustrisque confectus?

TRAP. Domum meam ventitaras)scilicet causā audiendi,quod Græci dicunt ἐπιφοιτᾶν. C.Curionem)scilicet filium,cuius τὰ παιδικὰ fuerat, cuius consuetudine ita perditus ac nequam euasit , vt ducentorum ac quin-

quaginta talentorum æs alienum contraxerit: quod cum Curio filius dissoluere conaretur, Curio pater domo illum expulit, ex quo Clodio se adiunxit: cumq; illi vis pararetur, in Asiam se contulit, & Gabinio in Iudęos exercitum ducenti præfectus equitum fuit. Nominauerunt) scilicet cum Ciceronem cooptauerunt in locum demortui. Nec tu soluendo eras) id est nõ poteras soluere æs alienum. Vnam tribum sine Curione ferre potuisses?) Quasi dicat, Non suppetebat tibi pecunia quam in ambitu collocares. Ipse victor) scilicet Cæsar. Fac potuisse) id est concedamus quòd potueris.

Quod si esset) hoc dicit si non adimere vitam esset beneficium, illi quibus Cæsar non ademit vitam cum posset, quòd eum interfecerũt ingrati sunt habendi & vituperandi: sed ipsi laudantur. ergo non adimere vitam non est beneficium. Cum tu reliquias Reip. dissipauisses) credo propter quatuor illa milia talentorum quæ à Calphurnia vxore Cæsaris accepit.

MATVR. AT ENIM te in disciplinam) & hoc obiecerat Antonius & in Ciceronis disciplinam sese adolescẽs tradidisset: volebat autem videri obseruasse Ciceronem. contrà Cicero negat factum, nec per Curionem etiam si voluisset & optasset, dicit facere licuisse: nam vt obsequentiorem adolescentem haberet Curio, à virtute abducebat, & ad omnem turpitudinem impellebat, quod est prius dictum. NAE TE si id fecisses) certe si id fecisses. Greca particula est, vim habet affirmandi. Terent. in And. Næ iste haud mecum sentit. AVGVRATVS petitionem) Et hoc obiecerat Antonio in petitione Auguratus cessisse Ciceroni se, hoc est petente Cicerone honoris & beneuolentiæ caussa petere desijsse. Falsum ostendit Cicero, quoniam ne petere quidem licebat Antonio Auguratum: cum & deberet. cc. l. milia: & soluendo non esset: nam neque petere Auguratum neq; Augurem in demortui locum nominari ijs licebat, qui aut damnati essent de repetundis, aut creditoribus soluendo non essent: sic enim lege cautum erat. Et pręterea Curio cuius
Curio. intercessionibus id Antonius cõsequi posset, aberat Quæstor in Asia. is enim Curio est, ad quem sunt plures Cic. Epistolæ in principio secundi libri Epistolarum ad Lentulum. Augur Cicero in Crassi locum optatus est: postquã ille perijt in Parthis: paulò antequam Proconsul in Ciliciam proficisceretur. Nominauerũt) præstantissimi viri & in sua Rep. florentissimi Cn. Põpeius & Hortensius orator. AVT CVM ESSE) tunc inquit cũ factus fuisti Augur, vnam tribum ad suffragia ferre & producere nõ potuisses, sine Curionis auxilio: ac si dicat, non suppetebat tibi pecunia, qua vnam tribum ambires. fauore Cæsaris Iulij, inquit Plutar. inter Augures cooptatum fuisse.

ANT. BREVI) quòd vi pulso competitore superiores fuissent pro Antonio laborantes. AT BENEFICIO sum vsus tuo) & hoc obiecerat Antonius suo vsum beneficio Ciceronẽ, q; eum Brundusij cũ posset, non occidisset. ad quod respondit Cic. Põpeio in Pharsalia superato, cum Caro qui naualibus præerat copijs, & classem & exercitum Ciceroni cõmittendũ cẽ-

ferer,

ſeret,omneſq; vt acciperet,hortarentur,ac vnum illum ſibi ducem in cõmuni ſalute depoſcerent:ipſe conſtanter recuſauit,finemq; ſibi belli feciſſe, & in otiũ properare palàm reſpondit:quod eius dictum ſic moleſte quidã tulere, vt parum abfuerit quin occideretur:quare propere in Italiã reuerſus, ſtatuit Brunduſij Cæſaris reditum in Aſia & Aegypto commorantis præſtolari. Erat autem Brunduſij Antonius qui Ciceronem q̃ in partibus fuiſſet Pompeianis occidere potuit,quod obiecit dicẽs ſuo eũ beneficio viuere, vixq; ſe eũ à Cæſaris militibus defendiſſe. SEMPER præ me tuli(faſſus ſum ſemper ac ſi ita,vt dicis,eſſet. MINVS prudenti) rem ipſam vt eſt cognoſcẽti.

IPSE VICTOR)Cæſar. EVM tu occideres,quem ſaluum Cæſar voluiſſet)ac ſi dicat minime. Quòd ſi eſſet beneficiũ)non occidere cum poſſis, quoniam beneficium non eſt,illi quibus Cæſar non ademit vitam cum poſſet,non laudarentur q̃ eum interfecerint,ſed ingrati haberentur, & vituperarentur:ſed quia laudantur,iccirco non adimere vitam non eſt beneficium.

ILLVM)Cæſarem. SERVATI)non occiſi,vt Brutus,Caſſius,& reliqui,qui partes Pompeij ſecuti ſunt,quibus victor Cæſar pepercit. QVAM miſerum)miſerum enim videri debet te hominem nefarium tantũ habuiſſe licentiæ,vt ciuẽ optimũ & præſtantiſſimum necare poſſes ſi velles. DE interitu Reip.)quæ interijt per te. NE ingratus viderer)in te qui nõ ademiſſe iactas vitam cum poſſes. IN ILLA querela) quæ eſt in ſuperiore oratione. ET QVIDEM)& tamen nullus adeo temperans extitiſſet, qui de te conquerens abſtinere à maledicto poſſet. RELIQVIAS REIP.)propter interceptam pecuniam hoc ait,quę fuerat ad ędẽ Opis:& propter quatuor milia talenta,quæ à Calphurnia Cæſaris vxore accepit. TVRPISSIMO mercatu) tanquã in nundinis & mercatu omnia Antonius vendiderat, magiſtratus,immunitates. CVM leges eas) vt Prætoriæ prouinciæ pluſq; annũ,Conſulares pluſquã biennũ obtinerẽtur,vt duabus decurijs tertia Cẽturionũ adderetur,vt de vi & maieſtate dãnatis liceret prouocare. DE TE) nam volebat Antonius licere ſibi prouinciam pro arbitrio ſuo retinere.

INTERCESSIONEM) Tribunitiam ſuſtuliſſes Conſulari poteſtate & authoritate. OMNES impuritates)omnes impuros & fœdos homines,aleatores,ganeones,vt mox dicetur. LVSTRIS)ſunt & in ſyluis luſtra ferarum habitacula.Virg.Non abſunt illic ſaltus & luſtra ferarum:& loca ſordida,atq; occulta:in his qui verſantur,gulæ & luxuriæ operam dant: ac ipſa etiam lupanaria.Plaut,in Aſin.Luſtris ſtudet. CONFECTVS) conſumptus,exinanitus. Luſtra.

BEROALDVS. Auguratus petitionem) M.Tullius in Bruto refert ſe cooptatũ ab Hortenſio oratore in collegium Augurũ & inauguratũ ab eodẽ.docet Plin.in Epiſtolis Augurum dignitatẽ fuiſſe perpetuã, neq; Auguri dũ viueret adimi ſolitam.Collegium Augurũ ex Auguribus numero nouẽ conſtabat,cautumq; erat vt numerus eorum impar eſſet.Allegebãtur nõ ſo- Augurat⁹. Angurum collegiũ.

lum de Patricijs, ſed & de plebe. Græci, vt author eſt Dionyſius, διανυκτέρευσις vocant: Plini⁹ in. viij. naturalis hiſtoriæ, Auguria, inquit, periculis fecere. apud Romanos ſacerdotũ collegium, vel maxime ſolẽne eſt. Vnã tribum ferre) Suffragium tribulium & ſuffragatorum vnius tribus. At beneficio vſus ſum tuo) In Epiſtola ad M. Antoniũ ita ſcribit, Nã cum te ſemper amaui, primũ tuo ſtudio, poſt etiã beneficio prouocatus: tum his tẽporibus Reſpu. te mihi ita cõmendauit, vt chariorẽ habeã neminem. Vino luſtriſq; cõfectus)

Luſtra. Mala luſtra bono epitheto dixit Horatius intelligi volens nequitię, libidinis, gulæ diuerſoria. Luſtratus à Grammaticis luxurioſus exponitur, videlicet à luſtris de quibus Plautus, Id apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet. Idem in Caſſina, Vbi fuiſti? Vbi luſtratus? Vbi bibiſti? Idem in Pſeudolo, Ex conſpectu heri ſi ſui ſe abdiderunt, luxuriantur, luſtrantur, comedũt. Eſt enim luſtrari, luſtris operam dare.

Luſtrari.

At ego tanq̃ mihi cũ M. Craſſo contentio eſſet, quocum multæ & magnæ fuerunt, non cum vno gladiatore nequiſſimo de Rep. grauiter querens, de homine nihil dixi. Itaq; hodie perficiã, vt intelligat quãtum à me beneficium tum acceperit. At etiam literas quas me ſibi miſiſſe diceret, recitauit homo & humanitatis expers, & vitæ cõmunis ignarus. Quis enim vnq̃, qui paulùm modo bonorum conſuetudinem noſſet, literas ad ſe ab amico miſſas offenſione aliqua interpoſita in medium protulit, palámq; recitauit? Quid hoc eſt aliud q̃ tollere è vita vitæ ſocietatem? tollere amicorum colloquia abſentium? quàm multa loca ſolent eſſe in epiſtolis, quæ prolata ſi ſint, inepta eſſe videantur? q̃ multa ſeria? neq; tamen vllo modo diuulganda. Sit hoc inhumanitatis tuæ: ſtultitiam incredibilem videte. Quid habes quod mihi opponas homo diſerte, vt Muſtelæ Thamyſo, & Tyroni Numiſio videris? Qui cum hoc ipſo tempore ſtent cum gladiis in conſpectu Senatus, ego quoq;

te disertum putabo, si ostenderis quomodo sis eos inter sicarios defensurus. Sed quid oppones tandem, si negẽ me vnq̃ istas literas ad te misisse? Quo me teste conuinces? an chirographo, in quo habes scientiam quæstuosam? quî possis? sunt enim librarii manu. Iã inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferã, nihil sapere docuit. Quid est enim minus nõ dico oratoris, sed hominis, quàm obiicere aduersario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit qui obiecerit? At ego non nego, téque in isto ipso conuinco nõ inhumanitatis solum, sed etiam amentiæ. Quod enim verbum in istis literis est non plenum humanitatis? officii? beneuolentiæ?

TRAP. Offensione aliqua interposita) id est si qua offensio inter eos interesset, si qua in re se offendissent post missas literas. INEPTA) insulsa, absurda, non loco, tẽpori, non personæ, non rei apta, cõuenientia. Vt Mustellæ Tamyso) vt Mustellæ solum & non alijs scire aliquid videaris. Erãt autem Mustella & Tyro Numisius milites Antonij ac latrones. Sicarios) facinorosos, à sica qui est breuis gladius. In quo habes scientiã quęstuosam) hoc est, tu es egregius magister faciendorum chirographorum, ex quo magnum assequeris fructum & compendium. Officij, beneuolentię) id est redarguo te, non reddidisse officium temihi, non beneuolentiam.

MATVR. CVM M. CRASSO) Hic est M. Crassus ille diues qui perijt in Parthis, cũ quo Ciceroni graues & diuturnæ fuerunt inimicitiæ. Earũ vero extitit caussa, quòd cum Catilina coniurasse eũ Cicero insimulauit. Et in oratione quam de Consulatu suo habuit, Crassum ad se noctu venisse retulit: epistolã à Catilina missam tenentẽ, qua illum quasi consciũ ad confirmandam coniurationẽ hortabatur. Quòd vero in Ciceronem ęquior esset Crassus, ac non aperte insectaretur, filius caussa extitit: qui studiorum gratia Ciceronẽ assectabatur, & sic obseruabat, vt eo dãnato vestẽ mutauerit, idq̃ vt cõplures nobilissimi adolescentes facerent, suaserit. Tandem vero patrẽ etiã reconciliauit Ciceroni. TVM) quando habuit primã illam orationem, quę hanc præcedit. VITAE communis) ac si diceret humanæ consuetudinis

quã ſequi ſolemus.nõ enim ſi quid ſcriptum aut dictum eſt nobis ab amicis prius,id cũ inimici euadimus,diuulgare debemus. NEC prudens quiſpiã facere auderet)nã ſi hoc fieret,abſtinerent homines loqui multa cum amicis aut ſcribere abſentes,quippe qui dicerẽt,ſi forte inimicitię inter nos exorirẽtur,quicquid dixero aut ſcripſero, propalabitur. ALIQVA offenſione) id eſt ſi qua offenſio interuenit,ſi diſplicuerũt. VITAE ſocietatẽ) vt ad amicũ non audeat quiſq; ſcribere aliqua de re, ſi dubitat eũ aliqua offenſione interueniente proditurũ. INEPTA) vt ioci & dicta faceta,ambigua, & obſcœna nõnũq;,qualia ſunt in Cic.Epiſtolis illis ad Petũ & alios nõnullos.

SERIA)de Rep.ſed non diuulgãda quando periculũ eſt inde ei qui ſcripſit,vt cum tẽpora accuſamus, & principes carpimus. SIT hoc inhumanitatis tuę)id eſt imputetur inhumanitati tuæ,cum ſic ſis natus:ſed vos P.C. incredibilẽ ſtultitiã videte,& conſiderate. HOMO diſerte) ironice. VT tuis inquit,videris)operis & aſſeclis,hominib⁹ impuriſſimis & ſceleſtiſſimis.

MVSTELAE Thamyſo,Tyroni) quos & inferius commemorat,ij vini exhalandi,nõ acuendi ingenij cauſſa declamare dictitabãt: aut quod pòſt dicetur. INTER ſicarios) quaſi iocatur Cic. & tamẽ verũ obijcit crimẽ Antonio,quod & ipſe & operæ eius obnoxij eſſent legi de ſicarijs: quoniã armati venerant in Senatũ.Lex vero Cor.de Sica.homicidas vltore ferro perſequitur,vel eos qui hominis occidendi cauſſa cũ telo ambulãt. Sica vero eſt quicquid teli hominis occidẽdi cauſſa fertur. AN chirographo) ipſa man⁹ meæ ſcriptura. IN quo habes &c.) in effingendis ſcilicet chirographis,& ſcriptura manus alicuius ac characteribus,ex quibus magnũ capis fructũ in adulterinis literis & teſtamentis. QVID poſſis?) quaſi dicat nõ video:nõ enim ſunt mea,ſed librarij mei manu. IAM inuideo &c.) & hic iocat,ſed cũ felle & acri reprehẽſione: Curioni dicit ĩuidere ſe,qui nihil Antoniũ ſapere docuit tanta mercede:ei enim ſe ſubſtrauerat Antonius, vt eſt dictum.

Sicarij.

Sica.

BEROAL. Literas recitauit) Apuleius in Apologia reprehẽdit filium Pudentillæ,q literas maternas publicauerit,& in cœtu frequentiſſimo legerit:Cõtra laudantur Athenienſes,qui ex captiuis epiſtolis Philippi Macedonis hoſtis ſui vnã epiſtolã,cum ſingulæ publice legerentur, recitari prohibuerunt:quæ erat ad vxorẽ Olympiadẽ conſcripta:hoſti potius pepercerũt: ne maritale ſecretum diuulgarent, præferendum rati fas commune propriæ vltioni. Iã inuideo magiſtro tuo)Non Curionẽ intelligi vult,vt Cõmentatores hallucinãtur:ſed Sextũ Clodium, Latinę ſimul Græcæq; eloquentiæ ptofeſſorem male occulatum & dicacem,qui cum M.Antonium rhetoricen docuiſſet,ab eo mox Conſule ingens congiarium accepit, & vt pòſt paulò docebit duo milia iugerum Sexto Clodio rhetori aſſignauit Antonius, & quidem immunia,vt tanta mercede nihil ſapere doceret.De hoc Sexto Clodio ſcribit Tranquillus in lib.de Grammaticis & Rhetoribus. Si verbo negauit) Potentiſſimum eſt, vt inquit Quintilianus, & longe facillima

tuendi ſe ratio, ſi quod obiicitur negari poteſt. Quod enī verbū iſtis literis) Opinor ſignificari epiſtolam illam Ciceronis ad Antonium, cui⁹ initium eſt, Quod mecum per literas agis vnam ob cauſſam mallē coram egiſſes. in calce huius epiſtolæ clauſula talis legitur. Ego quæ te velle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, ſemper ſine vlla dubitatione ſummo ſtudio faciam.

Omne autem crimen tuum eſt, quod de te in his literis non male exiſtimem, quòd ſcribam tanquam ad ciuem, tanquam ad bonum virum, non tanquam ad ſceleratum & latronem. At ego tuas literas, & ſi iure poteram à te laceſſitus, tamen nō proferam: quibus petis, vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere: adiuráſque id te inuito me non eſſe facturum: ídque à me impetras. Quid enim interponerem audaciæ tuæ? quem neque authoritatis huius ordinis, neque exiſtimatio Populi Romani, nēque leges vllæ poſſunt coercere? Verūtamen quid erat, quod me rogares, ſi erat is, de quo rogabas, Cæſaris lege reductus? Sed videlicet meam gratiam voluit eſſe, in quo ne ipſius quidem vlla eſſe poterat, lege lata. Sed cum P.C. mihi & pro me aliquid & in Marcum Antonium multa dicenda ſint, alterum peto à vobis, vt pro me dicentem benigne: alterum ipſe efficiam, contra illum cum dicam, attente audiatis. Simul illud oro, ſi meam cum in omni vita tum in dicēdo moderationem modeſtiāmq; cognoſcitis, ne me hodie, cum iſti vt prouocatus reſpondebo, oblitum eſſe putetis mei. Non tractabo vt Conſulem, ne ille quidē me vt Cōſulatē: & ſi ille nullo modo Cō ſul, vel quòd ita viuit, vel quòd ita Rēp. gerit, vel quòd

ita factus est Consul: Ego sine vlla controuersia Consularis. Vt igitur intelligeretis, qualem * ipse se Consulem profiteretur, obiecit mihi consulatum meum: qui Consulatus verbo meus P.C. re vester fuit. Quid enim constitui? quid gessi? nisi ex huius ordinis consilio? authoritate? sententia? Hæc tu homo sapiens non solum eloquens apud eos, quorum consilio sapientiáque gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum Consulatum præter P. Clodium qui vituperaret inuentus est? Cuius quidem te fatum sicuti C. Curionẽ manet: quoniam id domi tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale. Non placet M. Antonio Consulatus meus.

*Me esse Consularẽ.

MATVR. Omne autem tuum crimen est) omnis in tali re tua accusatio est, & in hoc me criminaris QVENDAM de exilio reducere) P. Clodij filium intelligimus: quem exulem reducturus Antonius scripsit ad Ciceronem prius, se illum nisi Cicero annueret, nõ reuocaturum. QVID enim interponerem audaciæ tuę) ac si diceret, factur⁹ omnino fueras, vellem nollem ego. Huius ordinis) Senatorij Cæsaris lege quam in actis & libellis Cæsaris tu ipse esse dicebas. MEAM gratiã) meum beneficium. LEGE lata) si Cæsar tulerat vt P. Clodij filius restitueretur: neque Ciceronis consentientis, neque Antonij reuocantis poterat beneficium esse. ATTENTE) quoniam magna & vera in illum dicam. MODESTIAM) in in vita & moribus OBLITVM esse putetis mei) consuetudinis meæ. VEL quod ita factus est consul) Cæsar Antonium sibi Collegam assumpsit. Cæsaris ergo arbitrio, non populi suffragijs factus est Consul, non lege, nõ more: ideóque ait Cicero, Vel quod ita factus est Consul. Statuerat autẽ Cęsar se magistratu abdicare, ita vt in locum suũ Dolabella subrogaretur. quod prius est dictum. RE vester) vobis enim & publicæ vtilitati, non meæ & priuatæ, Vt Antoni⁹ suæ, Consul fui: nec quicquam nisi ex Senatus authoritate gessi aut constitui, cum omnia Antonius ex libidine agat. TV homo sapiens) Ironice FATVM) vt quemadmodum ille, pereas. C. CVRIONEM) qui in Libyam contra Attilium Varum qui pro Pompeio ductabat exercitum, & Iubam Maurorum ac Numidarum Regem qui Varo obsequebatur cum duabus missis legionibus pugnans apud Bragadam fluuium

Antonius quomodo fact⁹ Cõsul

Curionis mors.

cum omnibus qui vnà erant trucidatus est, quod Appianus & Lucanus scribunt pluribus. DOMI tuæ) vt omnes ex ista familia ferro pereatis, sicut & auus tuus periit. FATALE) pestiferum.

ASCEN. In codice Victorino est: qualem ipse se Cõsulẽ profiteretur: quod sic accipio, vt innuat peruersum, quia ea in Cõsulatu Ciceronis damnat quæ laudare deberet.

MATVR. At ego tuas literas) Literæ Antonij, quas hic significat, sic incipiunt, Occupationibus est factum meis & subita tua profectione ne tecum coram de hac re agerem: quam ob caussam vereor ne absentia mea leuior sit apud te. Quod si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo: A Cæsare petij vt Sextum Clodium restitueret: impetraui: erat mihi in animo etiam tum sic vti beneficio eius, si tu concessisses: quomagis laboro vt & tuâ voluntate id per me facere liceat. Quod si durio rem te eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te. Ex hac M. Antonij epistola satis liquet, quem de exilio reducere velit, & quemadmodum inuito Cicerone adiuret se nihil esse facturum.

BEROAL. Non tractabo vt Consulem) Scitum est illud Oratoris Domitij, Cur ego te, inquit, habeam vt principem: cum tu me non habeas vt Senatorem? Lucius quoque Crassus cõsimiliter Philippo inquit, Ego te Cõsulem putem: cum tu me non putes Senatorem? quæ vox, vt inquit Quintilianus, honestissimæ est libertatis. Quinetiam à M. Tullio in Lucium Pisonem non dissimilis est deprompra illa sententia. Ego Consulem esse putem, qui Senatum in Republica non putauit? & sine eo consilio Consulem numerem, sine quo Romæ ne Reges quidem esse potuerunt? Quoniam id domi tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale) Fuluiam intelligi vult, quæ trigama fuit, hoc est treis habuit maritos, Clodium, Curionem, & M. Antonium: Quæ cum duobus iam maritis fuisset faralis atque pestifera, præsagit Orator eandem consimile infortunium & fatum Antonio allaturam: tanquam Clodius, Curio, & Antonius non magis suo, quàm vxoris infaustæ fato perierint. Alibi sic inquit, Etenim ista tua minime auara cõiunx, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionẽ tertiam.

Fuluia trium vxor.

At placuit P. Seruilio (vt eum primum nominem ex illius temporis Consularibus) qui proxime est mortuus. Placuit L. Catulo, cuius singularis semper in hac Republica viuet authoritas. Placuit duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, C. Curioni, C. Pisoni, M. *Labeoni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Syllano, L. Murenæ: qui

*Glabreõi.

tunc erant Consules designati. Placuit idem quod Cõsularibus, M. Catoni: qui cum multa, vita excedẽs prouidit, tum quòd te Consulem non vidit. Maxime vero Consulatum meum Cn. Pompeius probauit: qui vt me primum decedens ex Syria vidit, complexus & gratulans, meo beneficio patriã se visurũ esse dixit. Sed quid singulos commemoro? frequentissimo Senatui sic placuit, vt esset nemo qui mihi non vt parenti gratias ageret: qui non mihi vitam suam, liberos, fortunam, Rempublicam referret acceptam. Sed quoniam illis, quos nominaui, tot ac talibus viris Respublica orbata est: veniamus ad eos qui duo Consulari numero reliqui sunt. L. Cotta vir summo ingenio summáque prudentia, rebus his gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decreuit verbis amplissimis: eíque illi ipsi, quos modo nominaui Consulares, Senatúsque cunctus assensus est: qui honos post conditam hanc vrbem habitus est togato ante me nemini. L. Cæsar auunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua grauitate sententiam in sororis suæ virum dixit, vitricum tuum? Hunc tu cum authorem & præceptorem omnium consiliorum, totiúsque vitæ debuisses habere, vitrici te similem quàm auunculi esse maluisti. Huius ego alienus consiliis Consul vsus sum: tu sororis filius, quid ad eum de Republica vnquam retulisti? Ad quos refert dii immortales?

TRAP. Prouidit) cauit, prospexit: sicut imperium, Cæsaris seruitutem populi Romani. Ex Syria) cum in palestinam profect⁹ templum Iudæorum

rum profanauit. Nõ vt parenti gratias ageret) Nam pater patriæ appellatus eſt,vnde eſt ille verſus,Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Referret acceptã)Acceptũ referre tractum eſt â rationibꝰ & libris,in quos cum pecuniam creditam accepimus,acceptum referre dicimur:cum vero pecuniam credimus,expenſum ferre dicimur. Acceptum referre.

MATVR. P.SERVILIO) is eſt qui Iſauros in Cilicia domuit. & Iſaurici cognomen reportauit. L. Catulo) Quintum Catulum potius legendum puto, qui conſumptum incendio Iouis templum in capitolio & refectum dedicauit. DVOBVS Lucullis) Lucio & Marco, vterque conſularis fuit,Lucius ætate Pompeio grandior,res præclaras contra Mitridatem geſſit,& ingẽtes poſſedit diuitias. M.CRASSO) illi diuiti. Seruilius. Luculli.

QVIN. Hortenſio)oratori præſtantiſſimo. C.CVRIONI)patri, cuius & alijs in locis,& in libro meminit de claris oratoribus. Deceſſit is nõ multo antequã in Ciliciã proficiſceretur Cicero. M.LEPIDO)qui fuit triũuir.

C.PISONI)qui frater fuit Lucij Piſonis ſoceri Cæſaris. M.LABEONI. is iureconſultus fuit, cum Cęſare in Gallia militauit:& tamẽ in ciuilibus bellis Pompeium eſt ſecutus. L.VOLCATIO) huius meminit in Epiſtolis.

C.FIGVLO)ad hunc multæ ſunt Ciceronis epiſtolæ: fuit autem eruditiſſimus.D.SYLLANO, & L.Murenæ)horum & Saluſt. meminit in Catilina.

PLACVIT M.Catoni)qui Conſularis non fuit, ſed Prętorius. M.CATO)qui ſe Vticę occidit ne Cęſarem victorem,patriámque ſeruientem videret,& illi ſupplicare cogeretur, ac pro his rebus gratias agere, quas contra leges,& per iniuriam feciſſet:quemadmodum ipſe L. Cæſari inquit,Cæſaris propinquo:qui â trecentis qui contra Cæſarem ſeuierant, pro venia & ſalute impetranda,ad victorem mittebatur. CN.POMPEIVS)qui cum primũ ex Aſia ſeſe in vrbem recepiſſet: gratias Ciceroni egit, fruſtra ſe affirmans triumphum reportaturum fuiſſe niſi vrbs â Cicerone ſeruata eſſet, in qua poſſet triumphare. EX Syria) quam prouinciam Pop.Rom.fecit, cum & Iudæam ſubegit direpto Salomonis templo,& Ariſtobolo Iudæorum Rege capto. VT PARENTI) M.Catonis ſentẽtia pater patriæ eſt appellatus,quod diximus. Acceptum referret) â ratiocinantibus & rationibus, hoc eſt ſupputationibus tractus eſt ſermo: in quibus cum pecuniam creditã acccipimus,acceptam referre dicimur.cum vero credimus, expenſam. AD quos)viliſſimos & nefarios. Cato Vticẽſis. Pompeius. Iudæa facta prouincia.

BEROAL. Meo Beneficio patriam ſe viſurum)in primo de officijs ſic refert,Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn.Pompeius multis audientibus hoc tribuit: vt diceret fruſtra ſe tertium triumphum deportaturum fuiſſe,niſi meo in Rempublicam beneficio vbi triumpharet eſſet habiturus Vitam refert acceptam)Epiſtola quadam ad Atticum ſcribit hoc ad hanc ſententiam pertinens,Craſſus ſurrexit ornatiſſimęq; de meo Conſulatu locutus eſt,vt ita diceret,ſe quod eſſet Senator, quod Ciuis, quod li-

ber, quod viueret mihi acceptũ referre: quoties cõiugẽ, quoties domũ, quoties patriã videret, beneficiũ meum videret. Lucius Cotta) is ſupplicationẽ decreuit Ciceroni patefacta coniuratione & ſupplicio de cõiuratis ſumpto, cui Senat⁹ eſt aſſenſus. Nemini autẽ cõtigit vnquã talis honor togato, nã decerni ſupplicationes cõſueuere ijs qui extra vrbem bellũ gerunt. Qui honos habitus eſt togato ante me nemini) vbiq; librorũ gloriatur M. Tullius ſibi in toga ſoli ſupplicationes fuiſſe decretas, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur. In inuectiuis contrà Catilinam, conſimiliter inquit, Meo nomine ſupplicationem decreuiſtis. Qui honos togato habitus ante me eſt nemini. Et paulò pòſt, Cæteris ſemper bene geſtæ, mihi vni conſeruatę Reip. gratulationem decreuiſtis. In ſororis ſuæ) Iulia ex Cæſaris familia, L. Cæſaris ſoror, Antonio, M. Antonij oratoris filio nupſit: Fœmina primaria & nulli ætatis ſuæ pudicitia cedens. poſt mariti mortem nupſit iterum P. Cor. Lentulo, qui cum L. Catilina coniurauit, & ſupplicio Cicerone Conſule & vindice coniurationis eſt affectus. vnde vehemens Antonij in Ciceronem odium, quippe qui dicere ſolebat vitrici ſui corpus non prius ad ſepulturam conceſſum: quâm id mater ſupplex à Ciceronis vxore impetraſſet: ſed falſò hoc prædicabat: nam nemo ſupplicio affectorum ob eam coniurationem ſepultura eſt prohibitus. Alienus) non affinis, aut propinquus. Sororis) L. Cæſaris. In ſororis ſuæ virum) Lentulum intelligit: qui vnus fuit ex popularibus Catilinianæ coniurationis.

Supplicationum honos.

Iulia.

Ad eos ſcilicet quorum nobis etiam dies natales audiendi ſunt. Hodie non deſcendit Antonius: Cur non? Dat natalitia in hortis: Cui? neminem nominabo, putatote eum Phormioni alicui: tum Gnatoni, tũ Balioni. O fœditatem hominis flagitioſam? O impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam? Tu cum principem Senatorem, ciuem ſingularem tam propinquum habeas, ad eum de Republica nihil refers? ad eos refers, qui domum ſuam nullam habent, tuam exhauriunt? Tuus videlicet ſalutaris conſulatus, pernicioſus meus. Adeó ne pudorem cum pudicitia perdidiſti, vt hoc in eo templo dicere auſus ſis: in quo ego Senatum illum

qui quondam florens orbi terrarum præsidebat, consulebam, tu homines perditissimos cum gladiis collocauisti? At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) cliuum Capitolinū dicere me Cōsule plenum seruorum armatorum fuisse. Vt illa credo nefaria Senatusconsulta tunc fierent, cum vim afferebam Senatui. O miserum siue illa tibi nota non sunt (nihil enim boni nosti) siue sunt, qui apud tales viros tam impudenter loquare? Quis enim eques Romanus, quis præter te adolescens nobilis, quis vllius ordinis qui se ciuem meminisset, cum Senatus in hoc templo esset, in cliuo Capitolino non fuit? Quis nomen non dedit? quanquā nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. Etenim cū homines nefarii de patriæ parricidio confiterentur, cum cōsciorum indiciis, sua manu, voce pene literarum coacti se Vrbem imflammare, ciues trucidare, vastare Italiam, delere rempublicam cōsensissent, quis esset qui ad salutem communē defendendam non excitaretur? præsertim cum S.P.q;R. haberet ducem? qualis si quidem nunc esset, tibi idē quod illis accidit contigisset. Ad supulturam corpus vitrici sui negat à me datum. Hoc vero ne P. quidem Clodius dixit vnquam: quem, quia iure fui ei inimicus, doleo à te iam omnibus vitiis esse superatum. Qui autem tibi venit in mentem redigere in memoriam nostram, te domi P. Lētuli esse educatum? an verebare ne nō putaremus natura te potuisse tam improbū euadere, nisi accessisset etiam disciplina? Tam autem eras excors, vt

tota in oratione tecum ipſe pugnares, vt non modo nõ cohærentia inter ſe diceres, ſed maxime diſiuncta atque contraria: vt non tanta mecum quanta tecum tibi eſſet contentio.

TRAP. Illa nefaria Senatuſconſulta) Per contrarium accipiendum eſt: nã ea Senatuſconſulta facta ſunt referẽte Cicerone, quibus ſupplicium ſumptum eſt de parricidis: & Reſpublica ab interitu liberata. Scribæ) γραμματᾶς Græce. Capere) χωρᾶν. Confiterentur) vi ſcilicet. Fatemur autẽ ſpõte Conſciorum indicijs) & multorum aliorum & Ceparij cuiuſdam in primis, qui retractus fide publica interpoſita totam coniurationem patefecit. Patriæ parricidio) Parricida dicitur non vtique ſolum is qui parentem aut patriam violat: ſed qualencunque hominem occidit: indicat lex Numæ Pompilij, ijs compoſita verbis, Si quis hominem liberum ſciens morti duit, parricida eſto. Voce literarum) quę deprehẽſæ ſunt ad pontem Miluium, cum legati Allobrogum capti ſunt.

Confiteri.

Parricida.

MATVRANTIVS. AVDIENDI ſunt) & oſtendit quo pacto quaſi per Dialogum. vox enim eſt cuiuſpiam interrogantis cur in Senatum aut forum non deſcendat Antonius? Cui reſpondetur. Dat natalitia, dat facultatem celebrandi natales dies in hortis ſuis & ipſe intereſt. Neminem nominabo) cui det. Sed putatote) cogitate vos ipſi, & diuinate. Phormio & Gnato) Perſonæ ſunt Paraſitorũ Terentianæ: Alter in fabula cui nomẽ dat: alter in Eunucho introducit. BALIO) lenonis nomẽ, is in fabula eſt apud Plautum cui nomen Pſeudulus. TVVS videlicet) hæc Antonij fuerant verba, quæ eleuat & contemnit Cicero. ſcilicet & videlicet deriſum indicant cum amaritudine quadam permixtum, vt Terentius, Id populus curat ſcilicet. IN eo templo) Concordiæ vbi habitus Senatus, quod poſt apparet, quando in Ciceronem dixit Antonius, aut certe in Curia quæ ſacra erat: non enim niſi in ſacro loco haberi Senatus poterat. Virgilius, Hoc illis curia templum. CLIVVM capitolinũ) qui ducebat ad Capitolium ex Romano foro. VT illa credo) hæc ironice ait. ideo cliuum inquit Capitolinum armatorum ſeruorum plenum fuiſſe, vt tunc illa Senatuſconſulta de cõiuratis fierent, cum vim Senatui afferebam, & ita vt volebam ſentire illum cogebam, quod in diuerſum accipiendum eſt: nam & ſalutaria referente Cicerone Senatuſconſulta facta ſunt, quibus liberata ab interitu Reſpublica, & puniti nefarij homines coniurati. Præter te) qui Catilinæ perſimilis minime affuiſti, quaſi iniquo animo ferres talia in Catilinam ſtatui. QVIS NOMEN NON DEDIT?) interrogatus ità ne cenſeret & quaſi profitens ſe in Senatus voluntate futurum: nam militaturi vnà cum

Videlicet.

aliquo Cõsule seu imperatore nomina dabãt. CONSCIORVM indicijs) hæc omnia apud Crispum. HABERET DVCEM) me. AD SEPVLTVRAM) hoc quid sit prius dictum. P. CLODIVS) cum accusator Ciceronis ad populum multa obiecit: sed illud in primis, ꝙ de indemnatis ciuibus Romanis supplicium sumpsisset. DISCIPLINA) educatio. Quanta tecũ esset contentio, dum minus cohærentia dicis, & â te ipso dissentis.

BEROALDVS. Dat natalia) lego natalitia: sic enim appellat conuiuia & luxuria ad celebrandum natalem diem peculiariter structa. Phormioni, Gnatoni) nomina sunt parasitorum notissimorum ex Terentiana lectione.

Balioni) nomẽ est Plautini Lenonis ex Pseudulo, qui Bustirapus, Sociofraudus, legirupa periurissimus, conuicio Lenonio appellatur, in Oratione pro Roscio Comœdo, Nam Balionẽ illum improbissimum & periurissimũ Lenonem cum agit, agit Cheream, persona illa lutulenta, impura, inuisa, in huius moribus natura vitáque est expressa. Item in Oratione pro Cecinna, Sextus Clodius cui nomen est Phormio nec minus niger, nec minus confidens quàm ille Terentianus Phormio. Cliuum Capitolinũ) De cliuo Capitolino mentio est apud Liuium sic scribentem, Hũc ducem secuti nequicq̃ reclamantibus Tribunis in Cliuum Capitolinum erigunt aciem. Meminerũt & Iurisconsulti Titulo ad legem Aquiliam his verbis, In Cliuo Capitolino duo plaustra onusta mulæ ducebant. Meminit & M. Tullius pluribus in locis. Sua manu voce pene literarum coactus) in Catilinam scribens sic ait, De coniuratis introductus est Statilius, cognouit manum & signum suũ, recitatq̃ sunt tabellæ. Et pòst paulò, Atque ibi vehementissime perturbatus Lẽtulus, tamen signum & manum cognouit. Ad sepulturam vitrici ferũt vehemens illud Antonij odium in Ciceronem hinc initium traxisse, quòd scilicet conqueri solebat Antonius cadauer Lentuli vitrici sui non prius ad sepulturam datum, quàm id mater supplex impetrasset à Ciceronis vxore: sed hac quidem in re sane mentiebatur Antonius: siquidem nullus ex Catilianis coniuratis, qui tũc supplicio fuerunt affecti, sepultura prohibitus est. Nisi accessisset etiam disciplina) Rhetorici doctores inter attributa personę enumerant educationem & disciplinã: ex quo argumenta ducuntur. In quo cõsiderare oportet apud quos, & quo more, & cui⁹ arbitratu sit educat⁹: quos habuerit magistros, quibus amicis vtatur. in laudem Drusi cecinit Horat. Augusti paternus in pueros anim⁹ Nerones, Doctrina sed vim ꝓmouet insitã. Attributa personæ.

Vitricum tuum in tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectum querebare? Ita quod proprium meum est, laudasti: quod totius Senatus est, reprehendisti. Nam cũ comprehẽsio sontium, mea: animaduersio, Senatus fue-

rit:homo disertus non intelligit,eum quem contra dicit,laudari à se:eos apud quos dicit,vituperari. Iã illud cuius est non dico audaciæ:(cupit enim se audacem dici)sed quod minime vult,stultitiæ, qua vincit omnes, Cliui Capitolini mentionem facere?cum inter subsellia nostra versentur armati? cum in hac cella Concordiæ,o dii immortales,in qua me Consule salutares sententiæ dictæ sunt,quibus ad hãc diem viximus cũ gladiis homines collocati stent? Accusa Senatum, accusa equestrem ordinem: qui tum cum Senatu copulatus fuit:accusa omnes ordines,omnes ciues,dum confitearе hunc ordinem hoc ipso tempore ab Ithyreis circũsederi. Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudenter:sed qui tantarum rerum repugnantiam nõ videris,nihil profecto sapis. Quid enim est dementius, q̃ cum ipse contra Rempub. pernicioſa arma ceperis,obiicere alteri salutaria? At etiam quodam in loco facetus esse voluisti:quàm id,dii boni,non decebat? in quo est tua culpa nulla. Aliquid enim salis ab vxore Mima trahere potuisti. Cedant arma togæ. Quid? tum nónne cessérunt? At postea tuis armis cessit toga. Quæramus igitur vtrum melius fuerit libertati populi Ro. sceleratorum arma,an libertatem nostrã armis tuis cedere. Nec vero tibi de versibus respondebo: tamen dicam breuiter:neq; illos,neq; vllas te omnino literas nosse: me nec Reip. nec amicis vnquam defuisse, & tamen omni genere monimentorum meorum perfeciſſe operis succisiuis,vt meæ vigiliæ meæq; literæ & iuuentuti vtilitatis,

& nomini Romano laudis aliquid afferrent. Sed hoc non huius temporis: ad maiora veniamus. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum in foro spectante populo Ro. gladio stricto, insecutus es? negociúmque transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset: hísque oppilatis impetum tuum compressisset?

TRAPEZVNTIVS. Sceleratorum arma) scilicet cessisse meæ togæ. Monimentorum meorum) id est scriptorũ. In omni genere) & in philosophia & in arte dicendi. Operis succisiuis) id est subsequentibus & secundarijs, quod Græci dicunt παρεργον. Iuuẽtuti vtilitatis) quia facti sunt docti & eloquentes. Nomini Romano laudis) quia Romani Grẽcos antea tantum belli gloria superabãt: post Ciceronem etiam ingenij laudem sibi arripuerunt. Compilatis) Alij oppilatis. Compilare à pilis, ita furari vt ne pilus quidem relinquatur.

MATVR. EVM) me. EOS) Senatores. IN HAC cella Concordiæ) templum Concordiæ in cliuo fuit Capitolino nõ procul à Iunonis Monetę templo, quod illic fuit vbi domus M. Manlij in Capitolio, qua diruta ædes Iunonis est extructa. Furius Camillus vouit bello Veientano & posuit. Ouidius author in Fastis. Cella vero pars tẽpli est vbi res diuina fit, vbi simulachrum numinis, circa quam præcinctiones columnarum, & in cellam ingredi omnibus fas non erat. AB ITHYREIS) Ithyria regio est Palestinæ & Iudęæ, in qua Antonius sub Gabinio Consule meruit, vnde etiam multos abduxit, quibus postea vtebatur seruis & ministris. Sunt item Ithyrei vicini Parthis & Arabibus, montanam incolentes regionem, homines malefici. Virg. optimos arcus significare volẽs Ithyreos dixit in Georg. Ithyreos taxi torquentur in arcus. ALTERI) mihi. SALVTARIA) quæ salutem attulerunt. AT ETIAM quodam in loco facetus esse voluisti) nam quasi per iocum, Ciceronis recitauerat versum, Cedãt arma Togæ.

SALIS) facetiarũ. Terent. Qui habet salem quod in te est. AB VXORE MIMA) Antonio fuit vxor & eadem soror C. Antonij filia, Cic. Collegæ in Consulatu, quam à Dolabella adulteratam suspicatus repudiauit, & Fuluiam accepit C. Curioni prius nuptam: quę sic imperium in virum exercebat, vt ei se gratiam habere aliquando Cleopatra dixerit, quòd ita institutum ab ea accepisset Antonium, vt vxoribus esse obnoxius didicisset. Hic

Volumnia Mima. Volũniam intelligit Mimam,quæ veluti vxor Antonio erat, & quam tanq̃ nurum mater Antonij sequebatur,vt mox dicetur. SVCCISIVIS OPERIS)quidam tex.hoc non habent.Succisiua tempora vocat Plin.sunt autem quæ à rebus necessarijs succisa sunt, & ab illo tempore quod alicui certę rei destinatum est diuisa,vt horæ nocturnæ quietis.Cic.lib.de legibus , Succisiua quædam tempora incurrunt quæ ego perire nõ patior.A.Gellius, Quãtum autem vitæ mihi deinceps deũm voluntate erit,quantumq̃ à cura & à re familiari,procurandoq̃ cultu liberorum meorũ dabitur ocium: ea omnia succisiua & subsecundaria tẽpora ad colligendas huiusmodi memoriarum delectatiunculas conferam. MEO consilio interfectum)id quod alij quoque Ciceroni obiecere,eius consilio & impulsu à Milone occisum Clodiũ.

Succisiua tempora.

CVM TV ILLVM)Antonius ducenta quinquaginta milia debebat pro quibus cum interceſſiſſet Curio,cuius erat scortum,Curionis pater ægre ferens domo prohibuit Anto.is se ad Pu.Clodiũ contulit:nec multo post ortis inter ipsum & Clodium inimicitijs in Asiam abijt. OPPILATIS) direptis.Nam tabernam illam librariam in qua delituit fugiens Clodium Antonius etiam oppilauit.Est autem oppilare & compilare,furari:sed ita vt ne pilus quidem remaneat , vel quoniam milites quæ rapiunt in pilæ figuram conferunt,vt ait Pædianus.

Oppilare.

BEROALDVS. Animaduersio)punitionem intelligit & pœnam,qua affecti sunt coniurati ex Senatusconsulto. Cedãt arma togæ) hic est versiculus ille notissimus Ciceroni frequenter obiectus . Namq̃ & Piso dicere solebat, M.Tulli non illa tibi inuidia nocuit,sed versus tui:nimis magna pœna te Consule constituta est , scripsisti enim versum , Cedant arma Togæ. Quem versum ita Piso interpretabatur,tanquam diceret Cicero sibi Togato summum Imperatorem Pompeium esse cessurum . Et ita volebat Pompeium isto versu factum esse inimicum Ciceroni:verum Cicero ita versiculum suum enarrat,vt dicat se more poetarum loquutum,significare voluisse bellum ac tumultum paci atque ocio concessurum, cũ pacis insigne sit & ocij Toga:econtrario autem arma,tumultus atque belli. Hisq̃ oppilatis impetum tuum compressisset)Huius historiæ commeminit in Oratione pro Milone,cuius verba subscripsi,quę sunt hæc,Nuper cum M.Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, grauissimamq̃ adolescens nobilissimus Reipublicæ partem fortissime suscepisset,atque illam belluam iudicij laqueos declinantem iam irritatam teneret,qui locus, quod tempus illud dij immortales fuit? cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset, hactenus Cicero . Oppilatas autem tabernæ scalas expone obseptas occlusasq̃, & obturatione quasi quadam tenebricosas.quod verbum à pila inflexum est. Infrequenti vsu recẽtiorum medicorum est oppilationem atque oppilatos homines dicere, quorum meatus occlusi sunt, & quasi obstipati: Sed cum verba hoc genus vulgaria sint,nullóque eruditorum consensu fulciantur,

Oppilatio.

ciantur, fugienda censeo, ne ex consuetudine vicioſi ſermonis, vicioſe loqui & barbare conſueſcamus.

Sed quid? ego fauiſſe me tibi fateor: ſuaſiſſene tu quidem dicis? At Miloni ne fauere quidem potui. prius enim rem tranſegit, quàm quiſquam tum ſuſpicaretur eum facturum eſſe. At ego ſuaſi: ſcilicet is animus erat Milonis vt prodeſſe Reipub. ſine ſuaſore non poſſet? At lætatus ſum. quid ergo in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me vnum triſtem eſſe oportebat? quanquam de morte P. Clodii fuit quæſtio nõ ſatis prudẽter illa quidem conſtituta. Quid enim attinebat noua lege quæri de eo qui hominem occidiſſet: cum eſſet legibus quæſtio cõſtituta? Quæſitum eſt tamen: quid ergo? cum res agebatur, nemo in me dixit: & tot annis poſt, tu es inuẽtus qui diceres? Quod vero dicere auſus es: idq; multis verbis, opera mea Pompeium à Cæſaris amicitia eſſe diſiunctum: ob eámque cauſſam mea culpa ciuile bellum eſſe natum: in eo non tu quidem tota re, ſed quod maximum eſt, temporibus erraſti. Ego M. Bibulo præſtantiſſimo ciue Conſule, nihil prætermiſi quantum facere enitíque potui, quin Pompeium à Cæſaris coniũctione auocarem: in quo Cæſar fuit felicior: ipſe enim Pompeium à mea familiaritate diſiunxit. Poſtea vero quàm ſe totum Pompeius Cæſari tradidit, quid ego illum ab eo diſtrahere conarer? Stulti erat ſperare, ſuadere impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim: ea velim reprehendas ſi potes. Vnum, ne quinquennii im-

M

perium Cæsari prorogaretur: alterum, ne pateretur fieri vt absentis eius ratio haberetur. quorum si vtrumuis persuasissem, in has miserias nunq̃ incidissemus.

TRAPEZVNTIVS. Quæstio non satis prudenter illa quidem constituta) hoc dicit: nam cum veteri lege de morte hominis quæri posset: lege noua per Pompeium lata quæsitum est M. Bibulo Consule: cuius Collega fuit Cæsar, qui in eo Consulatu ita impotenter ac male se gessit, vt Collegã suum in Senatum venire prohibuerit, quo tempore iactati sunt duo versus: quorum alter est: Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

MATVRANTIVS. FAVISSE) contra Clodium. REM TRANSIGIT) Clodium occidit in via Appia. SCILICET IS ANIMVS) quasi Reipu. caussa occiderit Clodium Milo, quòd in illa oratione nititur probare quæ pro Milone extat. AT LAETATVS SVM) diluit & hoc quod obiecerat Antonius. IN TANTA LAETITIA) quæ fuit publica, occiso Clodio. QVAESTIO) Lege Pompeij, qui tulit vt de cæde in Appia via facta quæreretur. erat autem tum solus Consul Pomp. vt Cicero & Pedianus.

NON satis prudenter illa &c.) nam veteri lege. xij. tab. de morte hominis quæstio constituta est. NEMO in me dixit) me suasore aut impulsore cæsum Clodium. QVOD vero dicere ausus est) diluit obiectum ab Antonio qui dixerat Ciceronis culpa ciuile bellum exortum. TEMPORIBVS) quid enim quibus egerim temporibus ignorasti. M. BIBVLO) qui Collega fuit Cæsaris in Consulatu: in quo sic impotenter Cæsar se gessit, vt venire Bibulum in Senatum prohibuerit, & communem magistratũ pene solus administrauerit: hinc duo illi versus iactati, Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare gestum est. Nam Bibulo fieri Consule nil memini. Tunc inita est cõcordia inter Cæsarem, Pompeium, & Crassum: pro quorum arbitrio gubernabatur Respublica. Et Lucanus ait, Tu caussa malorũ Facta tribus dominis communis Roma. POMPEIVS Cęsari tradidit) eius filia Iulia in matrimonium accepta. VNVM, ne quinquennij &c.) post primum Consulatum socero L. Pisone, genero Cn. Pompeio suffragantibus, Galliam Cisalpinam initio lege Vatinia, cum Illyrico, mox per Senatum Comatam quoq; accepit, in quinquennium & cum imperio. Sed cum L. Domitius Consulatus candidatus adempturum ei exercitum minaretur, cum Crasso Pompeióque Lucam vrbem prouinciæ suę accitis effecit vt detrudendi Domitij caussa alterum peterent Consulatum, & sibi in alterum quinquenniũ imperium prorogaretur. Cicero quãtum in ipso fuit, Pompeio persuasit id ne fieri pateretur. ALTERVM, ne pateretur fieri) iam annos nouem Galliam cum imperio tenuerat Cæsar cum M. Clau. Marcellus Consul ad Senatum retulit

Bibuli consulatus.

vt Cęsari ante tempus succederetur,quoniam bello confecto pax esset,ac dimitti deberet victor exercitus. ET NE absentis ratio in comitijs haberetur) Miserat enim Centurionem quendam Cæsar,qui Consulatum suo nomine & tempus prouinciæ prorogandum peteret: quem egrediente curiam Senatu auditis quæ acta erant posita ad ensis capulum,manu,dixisse ferunt: At hic dabit si vos abnueritis. Pompeius autem legem tulerat de iure magistratuum. Et eo capite quo à petitione honorum absentes submouebat: ne Cęsarem quidem exceperat per obliuionem. Ac mox lege in æs incisa & in ærariũ condita correxit errorẽ. Cicero duo hæc Põpeio suasisse se nõ negat.

BEROALDVS. Id attinebat noua lege quæri) in Oratione pro Milone,Hanc vero quæstionem,& si non est iniqua,nunquam tamen Senatus constituendam putauit.Erant enim leges,erant quæstiones,vel de cæde, vel de vi:nec tãtum mœrorem ac luctum Senatui mors Publij Clodij afferebat, vt noua quæstio constitueretur. Ne quinquennij impe. Cæsari prorogaretur) Cæsar Galliã vtrãque Illyrico adiecto lege Vatinia obtinuit in quinquennium:deinde effecit Crasso Pompeioq; adminiculatoribus, vt in alterũ quoque quinquennium sibi imperium prorogaretur: quam legem cum impediret Cato,à Trebonio Tribuno plebis ipsi⁹ legis authore in vincula adductus est. Nec absentis ratio haberetur) Consternata Publij Clodij cæde Republica, cum Senatus vnum Consulem nominatimq; Cn. Pomp. fieri censuisset: egit Cæsar cum Tribunis plebis vt id ad populum ferrent,vt absenti sibi petitio secundi Consulatus daretur:itaq; lex lata est vt ratio absentis Cæsaris in petitione Consulatus haberetur inuito & cõtradicente M.Catone:ipso quoq; M.Tullio reclamante: qui in Epistolis ad Atticum sic taxat Pompeium,Illę prouincie propagator:ille absentis Cæsaris in omnibus adiutor.Idem etiam in tertio Consulatu postquam esse defensor Reipub. cœpit,contendit,vt decem Tribuni plebis ferrent,vt absentis ratio haberetur.

Atque idem ego cum iam omnes opes suas & Reipublicæ Pompeius ad Cæsarem detulisset: seróque eadem sentire cœpisset:quæ ego multo antè prouideram, inferríque patriæ bellum nefarium viderem,pacis, cõcordiæ,compositionis,author esse non destiti: meáque illa vox est nota multis, Vtinam Cn.Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses,aut nunquam diremisses.Fuit alterum grauitatis, alterum prudentiæ

tuæ. Hæc mea M. Antoni semper & de Pompeio & de Republica consilia fuerunt: quæ si valuissent, Respublica staret. Tu tuis flagitiis, egestate, infamia, concidisses. Sed hæc vetera: Illud vero recens, Cæsarem meo consilio interfectum. Iam vereor P.C. ne quod turpissimum est, prævaricatorem mihi apposuisse videar: qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis. Quis enim meum in ista *conscientia gloriosissimi facti nomen audiuit? Cuius autem, qui in eo numero fuisset, nomen occultatum? Occultatum dico? cuius nō statim diuulgatum? Citius dixerim iactasse se aliquos vt fuisse in ista societate viderentur socii, cum socii nō fuissent: quàm vt se quisquam celare vellet. Quàm verisimile porrò est in tot hominibus partim obscuris, partim adolescētibus neminem occultātibus, meum nomen latere potuisse? Etenim si authores ad liberandam patriam desiderarentur, illis authoribus Brutos ego impellerem: quorum vterq; Iu. Bruti imaginem quotidie videret: alter etiam, Halæ. His igitur maioribus orti ab alienis potius consilium peterent quàm à suis, & foris potius quàm domi? Quid? C. Cassius, in ea familia natus quæ non modo dominatum, sed ne potētiam quidem cuiusquam ferre potuit: me authorem credo desiderauit? qui etiam sine his clarissimis viris hanc rem in * Cilicia ad ostium fluminis Cydni confeciſſet, si ille ad eam ripam quam constituerat: non ad contrariam, nauis appuliſſet. Cn. Domitium non patris interitus clarissimi viri, non

*societate.

*Ciliciam.

auunculi mors, non ſpolitatio dignitatis ad recuperandam libertatem, ſed mea authoritas excitauit? An C. Trebonio perſuaſi, cui ne ſuadere quidem auſus eſſem? quo etiam maiorem ei Reſpublica gratiam debet: qui libertatem populi Romani vnius amicitiæ præpoſuit: depulſórque dominatus quàm particeps eſſe maluit: An L. Tullius Cimber me eſt authorem ſecutus? quem ego magis feciſſe illam rem ſum admiratus, quã facturum putaui.

MATVR. PACIS) Concordiæ, CVM aduerſantibus Cæſari) Marcello & Lentulo Conſulibus, qui iam ab eo Pompeium penitus abalienauerant, id ageretur vt & prouinciam & arma deponeret Cæſar, depoſiturum ſe libenter arma per Curionem pollicitus eſt, ſi id Pompei⁹ quoque faceret. nec multo poſt literas ad Senatum miſit & populum: quibus petebat, vt Ciſalpina tantum Gallia Illyricúmque ſibi cum duabus legionibus concederetur: paulò antè è Cilicia reuerſus fuerat Cicero: vtriuſque amicos orans lenire Pompeium non deſiſtebat: ſed is cum cætera non abnueret, exercitum non concedebat. Ad id autem Cæſaris amicos impulerat Cicero, vt prædictis contenti prouincijs & vna tantum legione, inimicitijs depoſitis pacem agerent. Sed qui cum Lẽtulo ſentiebant, non ſiuere: pacis quidem ſuaſor fuit Cicero, quod pluribus in locis ipſe ſcribit. CAESAREM meo conſilio interfectum) conſpiratum eſt in Cæſarem à lx. amplius C. Caſſio, M. q; & D. Brutis principibus conſpirationis: nemo inter coniuratos Ciceronem tradit fuiſſe: & ipſe quodam loco dolet eius ſe rei conſcium non fuiſſe. Timuerunt fortaſſe Lubricum in eo fidei coniurati, cum alijs cauſſis, tum quòd à Cæſare & ab eius amicis fiebat plurimi. PRAEVARICATOREM oppoſuiſſe videar) id eſt, dedita opera, aut ego in me dicere hortatus ſim: qui cum cõtra me dicere videretur, tamen pro me diceret. Laudi enim ſibi fore exiſtimat, ſi inter Cæſaris interfectores & libertatis aſſertores nominetur. PRAEVARICATOR vero eo differt à patrono, quòd is ea dicit quæ cauſſæ conducunt: ille vero ſe cauſſam ſimulans defendere, quæ obſunt dicendo cauſſam prodit. ALIENIS) Bruti & Caſſij & cæterorum qui Tyrannũ ſuſtulerũt, inſignẽ merentur laudẽ. IACTASSE) gloriatos eſſe. PARTIM obſcuris) non ignobilibus, ſed qui nullum geſſerunt magiſtratum. PARTIM adoleſcentibus neminem occultantibus) nam inter coniuratos

Conſpiratio in Cæſ.

Prœuaricator.

adoleſcẽtes fuere Cecilius & Bucoliacius, Seſtius Naſo, & alij nonnulli, eius autem ætatis eſt nihil reticere. Impuliſſem ergo, inquit, Brutos, ſi conſcius rei fuiſſem & neceſſe viſum eſſet. AVTHORIBVS) Iu. Bruto qui reges exegit & Pop. Rom. primus libertatẽ peperit. & C. Seruilio qui magiſter equitum iuſſu Q. Cincinnati Dictatoris Sp. Melium equitem Rom. frumentum populo in magna pœnuria ſua impenſa largientem, & ob id factum conciliata ſibi plebe regnum affectantem interfecit. quod Liuius ſcribit. iiij. ab Vrbe cond. vtriuſque Bruti, M. ſcilicet & Decij, paternum genus in Iuniũ Brutum referunt. à quo ſunt, vt dicimus, electi reges: Sed Seruiliæ matris M. in C. Seruilium Halam origo refertur. Plutarcus author. ALTER) Marcus. QVID C. Caſſius) familia Caſſiorum peruetuſta extitit: ab eo Caſſio originem ducens cognomento Spu. qui Conſularis regni affectati crimine dãnatus, necatúſque eſt. Cæteri fuere præſtantiſſimi & libertatis ſtudioſiſſimi. Sed inſignis ſeueritatis vt ille L. Caſſius, qui quoties alicui⁹ iudicij quæſitor eſſet, in quo de homine occiſo quæreretur, ſuadebat iudicibus atque præibat cui perire illum fuiſſet bono, & ille item qui filium Trib. pleb. agrariam legem primus tulerat, multos pro rebus alijs popularibus animos hominum deuinctos tenebat. poſtquam illam poteſtatem depoſuit, adhibito propinquorum & amicorum conſilio, affectati regni crimine damnauit, verberibúſque affectum necari iuſſit ac peculium eius Cereri conſecrauit. Ipſe C. Caſſius quod in Bruto Plu. tradit, ab ineunte ætate Tyrannos odit. Huius rei quam

Caſſij in tyran. odiũ, & ĩ Cęſarẽ beneficiũ

ſcribit Cicero, ipſe ſolus author, cum fugientem Pompeium perſequeretur Cæſar, & ad Helleſpontum peruenisſet, triremium inopia ſcaphis exercitũ traducere compulſus eſt. Caſſius vero fortuna quadam triremium copia comitatus, obuiam factus eſt cum ad Pharnacem properaret. Et quanuis aduerſus paruas naues magno triremium numero tuto depugnare poſſet, Cæſaris tamen felicitate conterritus, impetrata venia vltro illi & ſe & triremes omnes dedidit: quæ erant lxxx. Contigiſſe autem tunc arbitror vt Cæſarem occidere cogitauerit, cum ab Alexandria in Syriam & in Pontum trãſiit cõtra Pharnacem magni Mitridatis filium, quem quatuor quibus in conſpectu venerat horis, tota profligauit acie, ſimul autem & Caſſi⁹ erat. SIVE

Phornax.

Cydnus.

his clariſſimis viris) M. & D. Brutis, & alijs plurimis. ILLE) Cæſar Cidni. Per Ciliciam decurrit: cuius, authore Solino, incerta origo. alij ex mõte Tauno naſci, alij ex Coaſpidis alueo defluere tradunt. per mediam fluit Tarſum, à qua tamen non procul eſſe eius ortum Stra. inquit. Aquam vero rapidiſſimam frigidiſſimámque, & ea gratia hominibus acbeſtijs auxiliari, qui neruos craſſiores habent. CN. Domi.) L. Domitij filium qui adoleſcẽs in coniuratione fuit. L. autem Domitius Prætor Cæſarem abeuntẽ conſulatu quem aduerſus auſpicia legéſque geſſiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem Senatus vocauit, & mox Conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentauit: ſucceſſórque Cæſari per factionem nominatus principio ciui-

Domitius.

lis belli ad Corfinium captus eſt,inde dimiſſus Maſſilienſes obſidione laborãtes cum aduentu ſuo cõfirmaſſet,repente deſtituit, aciéque demum Pharſalica occubuit.Sed is quem Cicero nominat filius,inter conſcios Cæſarianæ necis,quanquam inſcius,damnatus lege Plotia,ad Brutum Caſſiúmque ſibi propinqua cognatione coniunctos tranſiuit. Craſſi præfuit, quam,partibus profligatis,Antonio ſponte tradidit, ſolúſque omnium ex his qui pari lege damnati erant reſtitutº in patriam ampliſſimos honores percurrit:poſtea ciuili redintegrata diſcordia inter Auguſtum & Antonium, legatus Antonio & ſumma imperij ſibi commiſſa,Ad auguſtũ tranſiit,& in diebº paucis obijt.

Auunculi)Pompeij ex cuius ſorore natus eſt. Spoliatio dignitatis)neque enim vllam dignitatem eum adipiſci paſſus eſt Cęſar. Cn.Trebonio) Is & Cęſaris partes ſecutus eſt,& in eius amicis ſemper fuerat. L.Tullius Cimber)& is in amicis fuit Cæſaris. Trebonius Tul.Cymber.

ASCEN. Quis enim meum in iſta ſocietate)Victo. habet conſcientia.

Vterque L.Bruti.Legendũ I.aut Iu.id eſt,Iunij Bruti:ſed lubricus eſt inter I.& L.error.In Ciliciam confeciſſet)ſic omnes quos vidi habent:ſed lego in Cilicia,ſignificat enim actionem in loco,non contra locum.

BEROAL. Ad Cæſarem detuliſſet) in hanc ſententiam ſic ſcribit ad Atticum, Omitto illa vetera,quod Cæſarem in Rempublicã ille aluit, auxit, armauit,ille Galliæ vlterioris adiunctor, ille gener. Societatem coijſſes) Signate dixit:nam coire ſocietatem proprie dicimus copulare, coniungere, contrahere:ſic & Iuriſconſulti, qui puriſſime elegantiſſimêque ſcripſerunt locuti ſunt, à quibus ſic ſcriptum eſt:ſocietas coiri poteſt vel in perpetuum vel ad tempus:item ſocietatem coire & re,& verbis & per nuntium poſſe nos,dubium non eſt.Item duo ſocietatem coierunt,vt Grammaticam docerent. Aliter etiam Halæ) Ex duobus Brutis qui Tyrannoctoni fuerũt, id eſt tyranni Cęſaris interfectores. Alter,M.Brutº paterno genere ab illo Iunio Bruto ducebat originem,qui Tarquiniorum Regum exactor extiterat: Materna vero ſtirpe oriũdus erat ab Hala Seruilio, qui Spurium Meliũ largitione frumentaria regnum affectantem in medio foro Romano obtruncauit.Quem Cincinnatus Dictator in propatulo ita laudauit,Macte virtute Seruili eſto liberata Republica.Itaq; M.Brutº imaginem Bruti ob ſtirpẽ paternam,Imaginem Seruilij Halæ ob originem maternam colebat. Coire ſocietatem. M.Brutus.

Admiratus enim ſum ob eã cauſſam, quod immemor beneficiorum, memor patriæ fuiſſet. Quid duos Seruilios,Caſcas dicã an Halas, & hos authoritate mea cenſetis excitatos potius quàm charitate Reipublicæ?

Longum est persequi cæteros, idque Reipublicæ præclarum fuisse tam multos, tũ multo ipsis glorioſius est. At quẽadmodum me coarguerit homo acutus, recordamini. Cæsare statim interfecto, inquit, cruentum alte extollẽs M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamauit, atque ei recuperatam libertatem est gratulatus. Cur mihi potissimum qui sciebam? Vide ne illa caussa fuerit appellãdi me, quòd cum rem gessisset cõsimilem rebus his quas ipse gesseram, me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. Tu autẽ omnium stultissime nõ intelligis, si id quod me arguis voluisse Cæsarem interfici, crimen sit: etiam lætatum esse morte Cæsaris, crimen esse? Quid enim interest inter suasorem facti & probatorem? Aut quid refert vtrum voluerim fieri, an gaudeam factum? Ecquis est igitur, te excepto, qui illum regnare gaudebas, qui illud aut fieri noluerit, aut factum improbarit? Omnes enim in culpa. Etenim omnes boni, quantũ in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. Aliis consilium, aliis animus, aliis occasio: defuit voluntas nemini. Sed stuporem hominis vel dicam pecudis attendite. Sic enim dixit: M. Brutus, quem ego honoris caussa nomino, cruentum pugionẽ tenens, Ciceronem exclamauit: ex quo intelligi debet eum conscium fuisse. Ergo ego sceleratus appellor à te, quem tu suspicatum aliquid suspicaris? Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris caussa nominatur? Esto sit in verbis tuis hic stupor, quanto in rebus sententiisque maior. Constitue hoc Consul aliquã-

do:Brutorum,C.Cassii,Cn.Domitii,C.Trebonii,& reliquorum,quam velis causſam esſe: edormi crapulam inquam & exhala. an faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ cauſſæ in dormientem? Nunquam ne intelliges ſtatuendum tibi esſe,vtrum illi qui iſtam rem geſſerunt * homicidæ ſint, an vindices libertatis? Attende enim pauliſper, cogitationémque ſobrii hominis ad punctum temporis ſuſcipe. Et ego qui ſum illorum(vt ipſe fateor) familiaris,vt à te arguor,ſocius:nego quicquam esſe medium.Confiteor eos, niſi liberatores populi Romani cõſeruatoréſque Reipublicæ ſint,pluſquam ſicarios,pluſquam homicidas, plus etiam quàm parricidas esſe.

* Homicidij rei.

TRAP. Quam charitate) id eſt non charitate:eſt enim abnegatiua cõiunctio. Perſequi)ſcilicet numerare, διελθᾶν Aemulum) imitatorem. Stuporem)κατάπληξιν. Edormi crapulam inquam)Simile illud Terentianum,Ibo in angulum ibi interea hoc billi edormiſcam. Tantæ cauſſæ indormientem)id eſt in tanta cauſſa. Vindices)ſunt facinoris non commiſſi, vltores iam commiſſi.

BEROAL. An Caio Trebonio perſuaſi)Hic M.Antonium Conſulem iuxta fores curiæ remoratus eſt inducto induſtria longiore colloquio donec Cæſar in Curia à cõiuratis interficeretur. Tullius Cimber) Hic eſt ille Cimber,quem vinolentum fuiſſe & ebrioſum indicat Seneca in Epiſtolis ad Lucilium:huic tamen de Cæſaris Dictatoris cæde tam credita res eſt quã Caſſio,qui tota vita aquam bibit. Tullius Cimber in hanc rem ita locut⁹ eſt: Ego,inquit,quempiam feram,qui vinum ferre nõ poſſum? Cimber Abstemius

MATVR. Duos Seruilios Caſcas)Cognomento Caſcas duos fratres dicit,qui rectius Halæ quàm Caſcę poſſunt cognominari, quòd progenitorem ſuum Seruilium Halam ſunt imitati. ALTER ex Seruilijs) C.Seruilius Caſca prius Cæſarem iuxta collum enſe percuſſit, in quem Cæſar conuerſus eius apprehenſo gladio, ſcelerate inquit Caſca,quid agis? Ille autem fratrem vocãs, inquit,ἄδελφε βοήθησον,Plutharcus.Ergo ego ſceleratus)meritoſtultitiæ Antonium arguit Cicero,qui ſceleratum ipſum appellet, quòd videatur conſcius coniurationis fuiſſe:cum Brutus interfector, quod nemo Caſcæ.

negat honoris à te cauſſa nominetur. HIC ſtupor) hæc hallucinatio atque hic error. Conſtitue) irriſiue. Tu inquit qui Conſules quem decet conſtãtem eſſe, ſtatue vtrum bonam an malam cauſſam velis interfectorum eſſe. EDORMI) domiendo eijce & expurga. Terentianum autem eſt. Ille enim ait, Ibo in augulum, ibi interea hoc billi edormiſcam. Crapula vero eſt ebrietas nimia & capitis ob ebrietatem attonitio. κραιπάλην dicunt Græci. AN faces) quod attonitis fit & ſtupidis ac lethargicis. AD punctum temporis) Nam ſecundum Geometras & Euclidem, punctum eſt cuius pars non eſt. QVIC QVAM eſſe medium) tanquam tertium, & alterutrum duntaxat homicidas aut vindices. PATRIAE parentem) ſic dicebat Antonius patriæ parentem Iulium eos occidiſſe: ſed Tyrannus ille non parens fuit.

Edormio.
Crapula.
Punctum.

Siquidem eſt atrocius patriæ parentem, quàm ſuum occidere. Tu homo ſapiens & conſiderate quid dicis? Si parricidæ, cur honoris cauſſa à te ſunt & in hoc ordine & apud populũ Romanũ ſemper appellati? Cur M. Brutus te referẽte legibus eſt ſolutus, ſi ab vrbe plus quàm x. dies abfuiſſet? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur prouinciæ Caſſio & Bruto datæ? cur Quæſtores additi? cur Legatorum numerus additus? Atq; hæc acta per te. Nõ igitur homicidæ. Sequitur vt liberatores tuo iudicio ſint, quandoquidem tertium nihil poteſt eſſe. Quid eſt? num conturbo te? Non enim fortaſſe ſatis, quæ diſtinctius dicuntur, intelligis. Sed tamen hæc eſt ſumma concluſionis meæ. Quoniã ſcelere à te liberati ſunt, ab eodem te ampliſſimis præmiis digniſſimi iudicati ſunt. Itaq; iam retexo orationem meam. Scribam ad illos, vt ſi qui forte, quod à te mihi obiectum eſt, quærẽt ſit ne verum? ne cui negẽt. Etenim vereor ne aut cælatum me ab ipſis, illis nõ honeſtum, aut inuitatum refugiſſe, mihi ſit turpiſſimũ. Quæ enim res vnquam (proh ſancte Iupiter) non modo

in hac vrbe,ſed in omnibus terris eſt geſta maior? quæ glorioſior?quæ commendatior erit hominum memoriæ ſempiternæ?In huius me conſilii ſocietatem, tãquã in equum Troianum includi cum principibus non recuſo. Ago etiã gratias, quoquo animo facis. Tanta enim res eſt,vt inuidiam iſtam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparẽ. Quid enim beatius illis,quos tu expulſos à te prædicas & relegatos? Qui locus eſt aut tam deſertus,aut tam inhumanus,qui illos *cum acceſſerint,non affari atque non appetere videatur? Qui homines tam agreſtes, qui ſe, cum eos aſpexerint, non maximum cœpiſſe vitæ fructum putent? Quæ vero tã immemor poſteritas, quæ tam ingratæ literæ reperientur,quæ eorũ gloriã non immortalitatis memoria cõſequantur? Tu vero aſcribe me talem in numerum. Sed vnam rem vereor,ne non probes.

*quo.

TRAP. Siquidem)quia atrocius crudelius. Si ab vrbe) Prætori plus quàm decem dies ab vrbe abeſſe non licebat. Diſtinctius)elegantius, clarius,apertius. Retexo)rurſus texo, & ordior quaſi aliam telam.

MATVR' PATRIAE parẽtẽ)ſic dicebat Anto.patriæ parẽtẽ Tuliũ eos occidiſſe:ſed tyrãn⁹ ille parẽs fuit. TV homo ſapiẽs)ironice. TE referẽte) te proponẽte. Legib⁹ cautũ erat ne liceret Prętori Vrbano plus decem diebus abeſſe ab vrbe.Antonius in Senatu retulit vt Bruto quando rei frumentariæ eſſet pręfectus,Abeſſe liceret,& legibus ſoluit: nec voluit illis eſſe obnoxium. LVDI Apollinares)de quibus plura diximus in primam Philippicam.Prouinciæ Macedonia prius Bruto,Syria Caſſio conceſſa fuerat. Sed cum Antonius Macedoniam ſibi,Syriam Dolabella aſſumpſiſſet,& qui pro Caſſio & Bruto aderant,alias dari illis depoſcerent prouincias, Cyrenæ ac Creta Caſſio,Bithynia Bruto cõceſſa eſt. ADDITI Quęſtores qui in prouinciam ſequerentur. Iam retexo &c.)Conuerto in contrarium muto,& qui dicebã me inter coniuratos non fuiſſe,dico iam fuiſſe. IN equum Troianum)in quo,quod aiunt Poetæ,non niſi viri principes clauſi ſunt: Cicero

Prætori quãtũ abeſſe liceat.

Retexo.

Equo Troiano icluſi

ait. Ex Isocratis ludo veluti ex equo Troiano meros principes exijsse. Virgil. Huc delecta virum sortiti corpora furtim Includunt cæco lateri.

Patriæ parentis.

BEROAL. Patriæ parentem occidere) Cæsar inter cæteros honores & titulos cognomen quoque patris patriæ accepit. Quod populꝰ comprobauit, qui columnam Cæsari in foro dedicatam inscripsit parenti patriæ: occidere autem parentem patriæ haud dubiæ atrociꝰ est quàm suum. Hinc quidam scriptores parricidium appellant Cæsaris necem, & interfectores Cæsaris parricidas, quos M. T. Tyrannoctonos vocabulo pulcherrimo nominauit. Placuit vt inquit Trãquillꝰ, Idus Martias parricidiũ noĩari, tãquã parẽs patriæ Cæsar illo die fuisset occisus. Cur legatorũ numerꝰ additus) maiores nostri imperatoribus dederũt decem Legatos ex Consularibꝰ, quod consiliũ foret dispẽsandæ cohonestãdęq; victoriæ. Quibꝰ legiones & auxilia vniuersa obtemperabant, authores Liuius & Vegetius. De his Legatis nunc intellige.

Tyrannoctoni.

Legati. x.

Cicero pusilanimis.

Cęlatum me ab ipsis) Coniurationis in Cæsarem expers fuit M. Tullius: quanquam amicissimus coniuratorum. Qui vt historici prodiderunt, pertimuerunt hominis naturam perinde ac meticulosi, & ætatem Senescentem, in qua robustissimis etiam viris solent animi intepescere. Fuit enim Cicero Micropsycos, & nihil minus quàm ad bella natus. Tanquam in equũ Troianum) Ex lectione poetica sat notum proceres principésque Græcorũ inclusos fuisse in equum Troianum, de quo composite apud Priscos fabulæ sunt eodem titulo. Plinius autumat equum Troianum fuisse machinam muralem, qui nunc aries appellatur: cuius fabricator fuerit Epeus. M. Varro indicat Epeũ hũc qui dicit ad Troiã feciſſe equũ Troianũ, fuisse coquũ & Argiuis cibũ curasse: ideóq; à Plauto fumificũ coquinatorio epitheto nominatũ.

Equus Troianus.

Epeus.

*fuissem.

Si enim *adfuissem, nõ solum Regem, sed regnũ etiã de Republica sustulissem. Et si meus stilus ille fuisset, vt dicitur, mihi crede, non solum vnum actum, sed totam fabulam confeciſſem. quanquam si interfici Cæsarem voluisse crimen est. Vide quæso Antoni, quid tibi futurum sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est: & ob eius consilii societatem, cum interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus seuocari. Ego autẽ (vide quàm tecũ agã nõ inimice) quod bene cogitasti aliquãdo, laudo: quod non indicasti, gratias ago: quod nõ feciſti, ignosco: virũ

res illa quærebat. Quòd si te in iudicium quis adducat, vsurpétq; illud Cassianũ, CVI bono fuerit, vide quæso ne hæreas. quanquam illud quidem fuit (vt tu dicebas) omnibus bono, qui vni seruire nolebant: tibi tamẽ præcipue, qui non modo non seruis, sed etiã regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti: qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipasti: ad quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt: cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorum & chirographorum officina: agrorum, oppidorũ, immunitatum, vectigalium, flagitiosissimæ nundinæ. Et enim quæ res egestati & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris subuenire potuisset? Nescio quid conturbatus mihi esse videris: nunquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur? * libero te metu: nemo credet vnq̃: non est tuum de Republica bene mereri. habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros Respublica authores. Ego te dico tantum gaudere, fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus. Nunc etiã reliquis respondẽdũ est. Castra mihi Pompeii atq; omne illud tempus obiecisti: quo quidem tempore si (vt dixi) meum consilium authoritásque valuisset, tu hodie egeres: nos liberi essemus, Resp. non tot duces & exercitus amisisset. Fateor enim me, cum ea quæ acciderunt prouiderem futura, tanta in mœstitia fuisse, quanta cæteri optimi ciues, si idem prouidissent, fuissent. Dolebam, dolebam P.C. Rempublicam vestris quondam meisq; conseruatam consiliis, breui tempore esse perituram. Neq;

* liberabo.

vero erã tam indoctus ignarúsque rerum, vt frangerer animo, propter vitæ cupiditatem: quæ me manens conficeret angoribus: dimissa, molestiis omnibus liberasset. Illos ego præstantissimos viros, lumina Reipub. viuere volebam, tot Consulares, tot Prætorios, tot honestissimos Senatores: omnem præterea florem nobilitatis ac iuuentutis, tum optimorum ciuium exercitus: qui si viuerẽt, quãuis iniqua cõditione pacis, (mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili vtilior videbatur) Rempublicam hodie teneremus. Quæ sententia si valuisset, ac non ii maxime, quorum ego vitæ consulebam, spe victoriæ elati obstitissent, vt alia omittam, tu nũquam in hoc ordine, vel potius nunquam in hac vrbe mansisses. At vero Cn. Pompeii voluntatem à me abalienabat oratio mea.

TRAP. Narbone) ciuitas Hispaniæ. Illud Cassianum) Cassius solitus est dicere, cum factum negatur, nullum esse firmius argumentum, quàm videre cui ea res aliquid commodi afferat. Officina) taberna. Nũdinę) mercatus. Immunitatum) τῶν ἀτελῶν. Vectigalium) τῶν φόρων. Tot duces) Sicut Pompeium, Afranium, Petreium, Catonem & alios. Exercitus legiones) & in Pharsalia, cum Pompeio: in Aphrica, cum Iuba & Scipione: in Hispania, cum Petreio & Afranio. Angonibus) doloribus Contulit) cõmunicauit. De summa re) de tota Republica.

MATVR. SED REGNVM) quasi dicat te & cæteros qui regnum hic agitis. MEVS STILVS) meus character, mea dicendi figura, in ea fabula fuisset, non incepissem solum, sed etiam complessem. Fabula vt tragœdia & comœdia quinq; actibus absoluitur, incipere nihil prodest nisi compleas. Et in prouerbium exit vt abesse extremum actum dicerent, cum imperfecta res esset. Cic. extremum actum tanquam ab inerti poeta esse neglectum.

Fabula.

Actus extremus.

HOC CONSILIVM) occidendi Cæsaris. NARBONE) quę ciuitas est Galliæ, à qua nomen prouinciæ: cuius amplissimum est emporiũ, supra exitum Araris fluminis Narbonensemq; lacum iacet. SE VOCARI) Cũ qui-

Narbo.

dam Antonium vnà cum Cæsare trucidandum censerent,prohibuit Brutus dicens,quòd pro legibus ac iure susciperetur,id omni iniuria carere debere. Negocium tamen datum fuit Trebonio,vt ingrediente Senatũ Cęsare Antonium extra retineret,seuocaretq;,cum enim Consul esset,eius timebãt authoritatem.Cic.innuit iccirco seuocatum à Trebonio quòd cõscius esset Cęsaris necis. NON INDICASTI)cum Brutus & Cassius cæteriq; occidendi Cæsaris consilium cepissent:illud agitauere inter se, an ad eam rem perficiendam Antonius esset inuitandus,quod cum nonnullis placeret,contradixit Trebonius:inquit enim se Antonij mentem iam antea tentasse cum Cæsar ex Hispania reuerteretur:Antonium vero non esse assensum,non tamen id eum indicasse. VIRVM)Tu autem vir non es,sed timidus & mollis.

ILLVD Cassianum cui bono fuerit) hoc & in Oratione pro Milone,& superius est à nobis dictũ. HAEREAS) Dubites. AD AEDEM OPIS) intercepta,quæ illa erat,pecunia:quod prius diximus. PER easdem tabulas)eorundem creditorum,nam solutis nominibus & debitis veteribus,easdem,hoc est priores tabulas cum hisdem renouauit creditoribus : mutuatus rursus ab eisdem pecunias quas dissiparet. TAM MVLTA) à Calphurnia Cæsaris vxore,quod prius diximus. OFFICINA)Veluti officina quę est vbi opera fiunt,vt statuarij,fusoris,cum taberna sit vbi effecta vendũtur, & si eadem potest esse & officina,& taberna , & sutrina. NVNDINAE) Mercatus:proprie sunt feriarum dies , quo mercandi caussa rustici in vrbem veniũt,vt ait Põpeius. NESCIO quid cõturbatus) quasi Cic.significare velit conscium Iulij necis Antonium fuisse. HOC CRIMEN) Cæsaris nex.

Officina. Taberna. Nundinæ.

CLARISSIMOS VIROS) Brutum,Cassium & cæteros coniuratos.

NON ARGVO)Non accuso feciſse. CASTRA POMPEII) Obiecit quôd sero in Pompeij castra venisset,& omnia improbis perturbasset consilijs:quo tempore Pompeius veniente ex Gallia Cæsare vrbem deseruit, Cicero cum fascibus & lictoribus quos populus Romanus illi dederat , se in prædijs suis circa Campaniam oramq; maritimam continebat, redire in vrbẽ cum Cæsar post Pompeij à Brundusio fugam hortaretur,recusauit: quia si adesset,ea dicenda essent,quæ nullo modo tacere posset: & Cæsarem offenderat,qui cum in Hispaniam proficisceretur,ex itinere Ciceroni quem ad Pompeium nauigaturum satis constanti fama afferebatur , epistolam scripsit,ne ad aduersarios transiret hortatus,& vt ab omni abesset ciuili contẽtione.Sed cum puderet virum bonum semper Reip. partes suscipere solitum non esse in his castris in quibus & Pompeius optime de se meritus , & Senatus ac Consules consisterent,minusq; honestos in castris de se haberi acciperet sermones,tuto ocio periculosum prætulit bellum. Occulte enim parata naui,cum omnis maritima ora à Cęsaris custodiretur militibus,& Antonio in primis mandatum à Cæsare esset vt Ciceronem obseruaret, ad castra Pompeij nauigauit,vbi cum peiora omnia opinione offendisset, & neq; ge-

Cic.cur ad Pompeiũ transijt.

rendi belli consilium,neq; Pompeij copias probaret:pacem primo, deinde q; Pompeius valde ab ea sententia abhorrebat,vt bellum traheret,suadere insti tit.Cumq; eum multorum varia offenderent vitia, quos emendare non poterat,quasi pœnitentia abductus,quòd eo accessisset , omnia contemnere,& sese à rebus gerendis quantum poterat adducere cœpit. NOS liberi essemus)facta pace & compositis inter Cæsarem & Pompeium rebus. TOT DVCES)Pompeium,Scipionem,Catonem,Petreium,& Afraniũ. EXERCITVS)in Pharsalia,in Libya. CONFICERET angoribus) oppressa Repub.& amissis ornamentis. DIMISSA) est enim miseriarum omnium finis mors. TOT Consulares) qui in Pharsalico bello periere. AT NON hi maximo &c.)Pompeius Pharsalicam pugnam inuitus quidem suscepit:nã trahere mallebat bellum,id quod vt faceret hortatur Cicero,cum prę sertim commeatibus abundaret, quibus carebat Cæsar magna Senatorum multitudo,magna equitum,qui superiores fore se credebant, vt susciperet coegerũt, quod Appianus tradit pluribus. ELATI spe victoriæ) qui fore sibi persuadebant vt vincerent,sicut apud Dyrrachium vicerant. AT VERO &c.) & hoc obiecerat Antonius alienatum à Cicerone fuisse Pompeium,Ciceronis ipsius dicacitate & accusationibus.

BEROALDVS. Non solum Regem,sed etiam regnum) Significat se cum Cæsare Antonium quoq; fuisse interfecturum , vt vnà cum rege regnũ quoque tolleretur.In Epistolis ad Atticum,Sublato,inquit, Tyranno tyrannida manere video.Item epistola quadam ad C.Cassium Cæsaris Dictatoris violatorem,Vellem,inquit,Idibus Martijs me ad cœnam inuitasses: profecto reliquiarum nihil fuisset:nunc me reliquiæ vestræ exercent. His plane verbis symbolicos & cum seria quadam mordacitate significat se , si coniurationis particeps fuisset, Cæsarem cum Antonio fuisse sublaturum. Hoc consilium cœpisse)coniurati in vnum congregati cum multa disposuissent:illud inter se agitauere:an ad eam rem perficiendam M. Antonius esset inuitandus. Quod cũ nonnullis placeret contradixit Trebonius ostendẽs mentem Antonij se ante hac tentauisse,cum Cęsar ex Hispania reuerteretur.Antonium vero recusasse,nec tamen id vnquam Cęsari indicasse,sed tacuisse fideliter.His Trebonij verbis commoniti iterum consultauere an vnâ cũ Cęsare Antonium trucidarent:sed & hoc prohibuit Brutus, censens eam rem, quam pro legibus ac libertate susciperent , carere omni iniuria oportere.

Illud Cassianum cui bono fuerit) Lucius Cassius fuit summæ vir seueritatis,qui quoties quęsitor iudicij alicuius esset,in qua quæreretur de homine occiso,suadebat atq; etiam præibat iudicibus.Hoc quod nunc Cicero admonet,vt quæreretur cui bono fuisset perire eum: de cuius morte quærebatur. Ad quem è domo Cæsaris delata) Ad M.Antonium vtpote Cæsarianum Consulem Cæsaris amici se contulerunt.ad quem & Calphurnia vxor pecuniam â Cæsare relictam retulit:& penes eum depositi: erant autẽ qua-

tuor

tuor milia talenta: Accepit & Cæsaris commentaria, in quibus decreta iudicata; erant perscripta. Hinc Antonius quodcunque ipsius animo collibuisset faciebat: alijs magistratus dabat: alijs immunitates, multi Senatores facti plerique ab exilio reducti. & hæc omnia faciebat, quasi à Cæsare antea decreta. Quamobrem iocantes Romani, eos omnes Charonitas siue Necronitas appellabant: Quia si quid illis obiectum erat, continuò in mortui Cęsaris chirographa confugiebant.

An ille quenquam plus dilexi? cum vllo aut sermones, aut consilia contulit sæpius? Cum (quod quidē erat magnum) de summa re dissentientes in eadem consuetudine amicitiæ permaneremus? Sed & ego quid ille: contrà ille quid & ego sentirem & spectarem videbat. Ego incolumitati ciuiū primùm, & postea dignitati: ille præsenti dignitati potius cōsulebat. Quòd aūt haberet vterq; quod sequeretur, iccirco tolerabilior erat nostra dissensio. Quid vero ille Consularis vir ac pene diuinus de me senserit, sciunt qui eum à Pharsalica fuga Paphum prosecuti sunt. Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii: cum me vidisset, plus fateretur se sperauisse meliora. Et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse fateare? Sed omittatur bellum illud in quo tu nimium felix fuisti. Ne iocis quidem respondebo, quibus me in castris vsum esse dixisti. Erāt quidem illa castra plena curæ: veruntamen homines quanuis in turbidis rebus sint, tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. Quod autem idem mœstitiam meam reprehendit, idem iocos: magno argumento est, me in vtroque fuisse moderatum. Hæreditatem

*vnum. mihi negasti venire. Vtinam hoc *tuum verum crimen esset. Plures amici mei & necessarii viuerent. Sed quî istuc tibi venit in mentem?

TRAP. Quid sequeretur)quid spectaret quasi finem, καὶ σκοπὸν. Paphum)insula & ciuitas est. Sectorem Pompeij appellat M. Antonium, quòd bona Pompeij in primis à Cæsare redemisset, immo cum Cæsar preciũ domus poposcisset, iratus est Antonius, quòd pro tanto eius in Cæsarem studio, pro tantis laboribus ac periculis illam pecuniam Cæsar ipsi non remisisset. Sunt autem sectores qui prædam publicam redimunt.

Sector.

MATVR. CONTVLIT)communicauit. DE SVMMA RE)de tota Repub. SPECTAREM)quasi finem PRAESENTI)scilicet dignitati: non quid vtile esset, sed quid se deceret spectans. QVID SEQVERETVR)Rationes quibus vterque suam firmaret sententiã. ILLE CONSVLARIS VIR)Pompeius. PAPHVM)oppidum Cypri ab Agapenore conditũ, quod distare ab Alexandria per tria milia & sexcenta stadia quidem dicunt, vnde Venus Paphia. SECTOREM) Sectorem vt ait Pedianus, est qui spem lucri sui secutus bona condemnatorum auctionabatur, hoc est in auctione vendebat. Idem ait alio loco Sectorem esse æstimatorem redemptorémque bonorum damnati atq; proscripti qui spem secutus lucri sui id est secutus spem æstimationis suæ, bona omnia in auctione vendit. Plini⁹ libro. xxxvi. Vnde enim illi vitricus Sylla, & Metella mater, proscriptionum sectrix. Lucanus, Sectorq; fauoris Ipse sui populus Antonius bona Pompeij redempta à Cæsare sub hasta vendebat, Sed exigi redemptionis â se precii molestè ferebat, atque hanc sibi fuisse caussam cur bello Punico non interfuisset, dicebat: quòd parum videtur in his quæ prius gesserat, gratiæ consecutus. Cumq; Cæsar precium domus Pompeianæ poposcisset, iratus vehementer est Antonius: quòd pro tanto eius in Cæsarem studio, pro tantis sudoribus ac periculis, pecuniam illam non remitteret: sed quæ emerat vel dono acceperat Pompeij bona ea vendebat Antonius, ideo Sectorem appellauit.

Paphum.

Sector.

NE IOCIS QVIDEM)& hoc obiecit Antonius iocari in castris solitum quandoque Ciceronem, quasi parum prudentem & ineptum omnino qui tam tristi & periculoso Reipublicæ tempore iocari posset. Facetissimus fuit Cicero, cuius facetiarum impatiens erat Pompeius: dicebâtque de eo, Quem fugiam habeo, quem sequar, non habeo. Tum in castra veniisset: dicentibus sero veniisse, respondit, Minime sero veni: nam nihil hic parati video. Interroganti deinde Pompeio vbi gener eius esset Dolabella, respondit cum socero tuo. Et cum donasset Pompeius transfugam ciuitate Romana, O hominem bellum, inquit, Gallis ciuitatem promittit alienam, qui no-

Ioci Cic.

ſtram nobis reddere non poteſt. Propter quæ merito videbatur dixiſſe Põpeius, Cupio ad hoſtes Cicero tranſeat vt nos timeat. ANIMIS RELAXANTVR) Remittũt animos. MOESTITIAM MEAM) nam quod diximus cum videret contemni ſententiam ſuam, & multorum offenderent vitia, quaſi pœnitẽtia ductus quòd in caſtra veniſſet, omnia negligere & ſeſe à rebus gerendis abducere cœpit. IN VTROQVE) in iocis & mœſtitia.

HAEREDITATEM &c.) hoc obiecerat Antonius. Diuitem Ciceronem factum: & tamẽ nullam ei hæreditatem obueniſſe, ex quo volebat colligi mali quippiam egiſſe Ciceronem, & improbe ditatum eſſe. Salluſtius in ea oratione qua in Ciceronem inuehitur, Ex coniuratis, inquit, alios pecunia condemnas, cum tibi alius Tuſculanum, alius Pompeianum villam ædificabat. VTINAM HOC) Vtinam quod mihi crimini das, nullã mihi obueniſſe hæreditatem, id verum tuum crimen eſſet: vt nulla tibi obuenerit hæreditas, cum obuenerint plurimæ. PLVRES AMICI) Quos morti tu feciſti, vt eorum adires hæreditates.

ASCEN. Melius dicas: vtinam verũ eſſet crimen tuum, vt nullius morte ſim ditior factus.

BEROALDVS. An ille quenquam plus dilexit) In Oratione ad Pontifices pro domo ſua, Quod par amicitiæ fuit vnquam in hac ciuitate coniũctius, quàm fuimus inter nos, ego & Cn. Pompeius? Præterea tantopere M. Tullium dilexit Pompeius, vt inuidi illum in ſermonibus Cneum Ciceronẽ appellarent. De ſumma re diſſentientes) In Oratione de prouincijs Conſularibus conſimiliter dictum eſt, Poſteaquam ſum penitus in Rempublicam ingreſſus: ita diſſenſi ab illo, vt in illa diſiunctione ſententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus. Te ſectorem eſſe fateare) Vbique M. Antoniũ Pompeij ſectorem inſectanter appellat. In hac oratione, pòſt paulò ſcribit, Cũ ſector ſis iſto loco natus. Deinde ait, O. Põpeij ſector. Atq; inibi ex interuallo, Tũ erat æquiſſimũ, cõtra Cn. Põpeij liberos Cn. Põpeij pugnare ſectorẽ. Sectores autẽ ſunt vt docet Aſconius in interpretatione Verrinarũ, qui bona condemnatorum in auctionibus emebant, & poſtea pro compendio ſuo venditabant: dicti ſectores ex eo quòd ſpem lucri ſui ſequũtur, in libro Annotationum copioſe diligenterque perſcripſi de Sectoribus & de Sectione. Vbi enarrauimus illud Cæſaris ex Cõmentarijs, Sectionem eius oppidi vniuerſam Cæſar vẽdidit. Cor. Tacitus vbique haſta & ſector, & inquieta vrbs auctionibus. A Lucano quoque ſcite dictus eſt populus Romanus ſector ſui fauoris, quia ſcilicet fauorem ſuum vendebat candidatis ſpem lucri ſecutus, nunc à Cicerone M. Antonius ſector Pompeij dolenter & indignanter appellatur. quoniam in ſubhaſtatione bona Pompeij redemerat, cum nemo alius tam impius inueniretur qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere.

Pomp. Ciceroniſq; amicitia.

Sector.

Ne iocis quidem reſpondeo) Facetum & mordacem in Pompeium fuiſſe Ciceronem legimus: qui epiſtola quadam ad Atticum ſic ſcribit. Ego ve-

ro quem fugiam habeo: quem sequar non habeo. Idem cum ad Pompeium venisset, dicentibus sero eum venisse, Respondit minime sero veni. nam hic nihil paratum video. Interroganti Pompeio vbi gener eius esset Dolabella, respondit, cum socero tuo. Apud Græcos scriptores comperio hac quoque mordacitate Pompeium à Cicerone in castris fuisse perstrictum: cũ post pugnam Pharsalicam. Nonius quidam dixisset: adhuc aquilas septem, quæ sunt Romanorum signa superesse, & ob id vt bono animo essent hortaretur καλῶς ἂν ἔφη, παρῃνέσεις ἢ κοκοίοις ἔπρλε μοῦ μὲν, recte, inquit, admoneres, si aduersus graculos pugnaremus.

Ego enim amplius sestertium ducenties acceptum hæreditatibus retuli: quanquam in hoc genere fateor feliciorem esse te. Me nemo nisi amicus fecit hæredẽ, vt cum illo commodo (si quod erat) animi quidam dolor iungeretur: te is, quem nunquam vidisti, L. Rubrius Casinas fecit hæredem. Et quidem vide, quàm te amarit is, qui albus atérve fueris ignorans, fratris filiũ præteriit Q. Furii honestissimi equitis Romani suiq; amicissimi: quem palam hæredem semper factitarat, ne nomen quidem perscripsit: quem nunquam viderat, ac ne vnquam quidem salutauerat, fecit hæredẽ. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. *Tursecius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu? nihil scio, inquies, nisi quæ prædia habuerit. Igitur fratrem exhæredans te faciebat hæredem. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum eiectis veris hæredibus, tanquam hæres esset, inuasit. Quanquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hæreditatum ausum facere, cum ipse hæreditatem paternam non adisses. Hæc vt colligeres homo amantissime, tot dies in aliena villa declamasti? quanquam tu quidem (vt

*Turseius

tui familiariſſimi dictitant) vini exhalandi, non acuendi ingenii cauſſa declamitas. At vero adhibes iocì cauſſa magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum Rhethorem: cui conceſſiſti, vt in te quæ vellet, diceret. Salſum omnino hominem, ſed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. Vide autem inter te & auum tuū quid interſit. Ille ſenſim dicebat, quod cauſſæ prodeſſet: tu curſim dicis aliena. At quanta merces Rhetori data eſt? Audite, audite P.C. & cognoſcite Reipublicæ vulnera. Duo milia iugerum Campi Leontini Sex. Clodio Rhetori aſſignaſti, & quidem immunia, vt pro tanta mercede nihil ſapere diceres. Num etiam hoc homo audaciſſime ex Cæſaris Commentariis? Sed dicam alio loco de Leontino agro & de Campano: quos iſte agros ereptos Reipublicæ turpiſſimis poſſeſſoribus inquinauit.

MATVR. AMPLIVS ſeſter.du.) ac ſi diceret ſeſtertia pluſquam ducenta. ACCEPTVM retuli) ex hæreditatibus quæ mihi obuenere accepi, & in mearum rationū libris ex tali re habuiſſe annotaui ANIMI dolor) quod amico priuarer. L. Rubrius Caſinas) Caſinum Campaniæ oppidum, vbi latina via coniungitur Appiæ. Sillius, Nymphiſque habitata, Caſini Rura euaſtantur mox & vicinus Aquinas. Eſt & fluuius eiuſdem nominis. Stra. Var. Caſinatem agrum ficum optimam inquit producere. Fecit hæredem) vt tu inquies, qui eiuſdem defūcti inuaſiſti falſis tabulis hęreditatem. Caſinum.

STATVRA) Longa an breui. QVO municipio) Qua patria. QVA tribu) Qua in parte municipij. ALIENISSIMORVM) Qui tibi nunquā fuerunt amici aut noti. NON adiſſes) Quoniam ſoluēdo creditoribus patris non eras, quem & ipſum bonis ſupramodum erogādis tenuem factum legim⁹. IN aliena villa) Tiburtino Scipionis. MAGISTRVM) Sex Clodium Rhetorem, de quo mox dicetur. hoc magiſtro vtebatur dicēdi, ſed magis compotor erat. SVFFRAGIO tuo) vt tibi in declamādo ſuffragetur. SALSVM) facetum, & qui ſalis multum habeat. vnde ſalſa dicta: & inſulſus, Salſus.

Dicta. Dicteria. inurbanus ac insipidus. DICTA dicere) iocari & mordere adhibita vrbanitate. Iocos autẽ eiusmodi dicta & dicteria maiores dixere. Cic. in Epistola ad Cornelium Nepotem, Itaque nostri cum omnia quæ dixissemus dicta essent: quæ facete & breuiter & acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt. AVVM tuum) Marcum Antonium. Sensim) paulatim & sædate. ALIENA) Abhorrentia à caussa & penitus inutilia. Iugerum. DVO milia iugerũ) actº quadratº vndiq; cẽtũ viginti pedibº prefinit: duplicatº iugerũ facit: dictũ quod ex duobº quadratis actibus iunctũ sit, vt Varroni vero & Plinio placet, quod vno iugo boũ in die exarari potest. Leontium. Occupat ergo iugerum in longitudine pedes ducentos quadraginta: in latitudine centum viginti. LEONTINI) Leontium mediterranea Siciliæ citas, & in regione Septentrionali, cuius agri feracissimi, quod ait Cicero in Verrem, Actione quinta. Immunia) nullum vectigal pendentia. contra antiquam & Hieronis & Romanorum legẽ qua Siciliæ agri Decumani erãt, Decumani agri. hoc est decimam pendebant: cui colligendæ qui præerat, Decumanus vocabatur. SEX. Clodium) hic est Sex. Clodius Clodij familiarissimus, & operarum Clodianarum dux, à quo illatum in curiam Clodij cadauer est, & cũ eo curia incensa. Etiã hoc ex Cæsaris Cõmẽtarijs:) scilicet fecisse dicis ex Cæsaris voluntate quæ in commentarijs appareꝛ DE Campano) qui publicus erat, quem Antonius largitus fuerat. INQVINAVIT) fœdauit.

Facies. Statura. TRAP. Facie) facies totius corporis lineamenta. Statura) Longitudo, proceritas corporis. Compotorum) συμπότων. Dicta, per excellentiã verba falsa & iocosa intelliguntur, vt est apud Terentium. Vnum dictum de melioribus. Campi) Leontini qui est in Cicilia publicus.

ASCEN. Vtinam hoc tuum crimen verum esset) id est, vtinam quod mihi crimini das verum esset vt nulla mihi per mortem amicorum obuenerit hereditas, quia plures amici mei viuerent, quorum vitam quã hereditatem malim. Aliter capit Maturantius. Qui albus ater ne fueris. sic Victorinus habet & bene. Non enim ignorauit Antonius albus atér ve fuerit, sed atér ne, id est, an ater. Turfecius) in Victorino est Turseius.

Accepti & expensi codex. BEROAL. Acceptum hæreditatibus retuli) Honestissima locutio est expensum ferre & acceptum referre apud Iurisconsultos: oratores & scholam omnium eruditorũ expensa ferimus, quæ alij damº. ac accepta referimus quę ab alijs accipimus. hinc prisci codicem accepti & expensi vocant, in quo accepta & expensa perscribũtur. M. Tullius in oratione pro Roscio Comœdo. Quomodo sestertia tercẽtum quinquaginta tria in codice accepti & expensi non sunt. Item vtrum cætera nomina in codice accepti & expẽsi digesta habes an nõ: ex hac negociatoria cõsuetudine ductũ est decentissime illud Plinianũ de fortuna, Huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium sola vtranque paginam facit. Referre acceptum hæreditatibus est profiteri & scribere se ex hæreditatibº accepisse ducenties sestertiũ. Albº atér ve fueris ignorans) Prouerbialis elocutio est, de eo qui qualis sit, non magni-

Albº atẽrne

pendimus.Catullus in Cęsarem prouerbium hoc vsurpat,cum ait:Nec si orē vtrum sis albus,an ater homo.hanc Catulianam mordacitatē signat Quintilianus cum sic scribit.Negat se magni facere aliquis poetarum, vtrum Cæsar ater sit,an albus homo? Insania) apud Apuleium in Apologia, Etiam libenter te nuper vsque albus an ater esses ignoraui, adhuc hercle non satis naui.Consimiliter apud diuum Hieronimum libro contra Heluidium prouerbiale hoc dicendi genus decenter vsurpatum legimus.ita scribentē,Quare balbutis & erubescis? albus vt aiunt atér ve scis nescio. Porphyrio commentator Horatianus, apud Horatium canentem vultu mutabilis albus & ater:interpretatur album bonum & liberalem significari: atrum vero malum & sordidum. Præterit)In testamento omisit: præteriti dicuntur qui in testamentis minime nominantur:dictio frequens apud Iurisconsultos. Præteritos quoque vocamus eos,qui in petitione magistratus repulsam patiuntur. Præteriti Senatores dicuntur qui in electione Senatus prætereuntur, & loco mouentur.qui quondam in oprobrio non erant, postea factum est vt ignominiosi haberētur. In aliena villa declamasti) Villam Metelli Scipionis significat,in qua complures dies commentatus est Antonius, vt ad respondendum paratior esset:verum vt idem ait Epistola quadā ad Cassium, Quæ in lustris & in vino commentario potuit esse? itaque omnib⁹ visus est vomere non dicere. Item in quinta Philippica, In Tiburtino Scipionis declamitauit,sitim quærens,Hæc enim ei caussa solet esse declamandi. Præteriti.

Iam enim quoniam criminibus eius satis respondi de ipso emendatore & correctore nostro quædam dicenda sunt. Nec enim omnia effundam, vt si sæpius decertandum sit(vt erit)semper nouus veniam. quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorúmq; largitur. Vís ne igitur te inspiciamus à puero? Sic opinor,à principio ordiamur. Tenés ne memoria prætextatū te decoxisse? Patris inquies ista culpa est,cōcedo. etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quanuis quis fortunæ vitio non suo decoxisset. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolā reddidi-

sti: primo vulgare scortum, certa flagitii merces, nec ea parua: sed cito Curio interuenit, qui à meretricio quæstu abduxit, & tãquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo locauit. Nemo vnquam puer emptus libidinis caussa tam fuit in domini*potestate, quàm tu in Curionis. Quoties te pater eius domo sua eiecit? quoties custodes posuit ne limen intrares? Cum tamen tu nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas dimitterere: quæ flagitia domus illa diutius ferre nõ potuit. Scís ne me de rebus mihi notissimis dicere? Recordare tempus illud, cum pater Curio mœrens iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternẽs, lachrymans, te mihi commendabat, orabat vt te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret defenderem. Tãtum enim pro te intercessisse dicebat. Ipse autem amore ardens confirmabat, quod desideriũ tui dissidii ferre non posset, se in exilium esse iturum. Quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sædaui, vel potius sustuli. patri persuasi, vt æs alienum filii dissolueret: redimeret adolescentem summa spe & animi & ingenii præditum rei familiaris facultatibus, eúmque à tua non modo familiaritate, sed & congressione patrio iure & potestate prohiberet. Hæc tu, cum per me acta meminisses, nisi illis quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare ausus esses? Sed iam stupra & flagitia omittam. Sunt quædam, quæ honeste non possum dicere. Tu autẽ eo liberior, quod ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum

*potestatẽ.

vitæ cursum videte,quẽ quidem celeriter perstringam. adhæc enim,quæ in ciuili bello,in maximis Reipublicæ miseriis fecit,& ea quæ quotidie facit, festinat animus: quæ peto,vt quanquam multo notiora vobis quã mihi sunt,tamen vt facitis,attente audiatis.Debet enim talibus in rebus excitare animos, non cognitio solum rerum,sed etiam recordatio:tametsi incidamus oportet media,ne nimis sero ad extrema veniamus.

MATVR. DE ipso correctore)irrisiue ipso Antonio. NOVVS)nouis criminibus. PRAETEXTATVM)antequã virilem sumpsisti togam. nam prætextam quæ vestis fuit regũ & magistratuum, à principio ab Hetruscis sumpta,diu puerilis vsurpauit ætas. Prætexta. DECOXISSE)creditorum fidem fefelliſſe,& mercatorum interceptis pecunijs: vnde decoctores de quibus Iureconsulti loquũtur. Decoquere PATRIS)qui & ipse prodigus fuit. PIETATIS plena defensio)ironice & irrisiue.neque enim pium est neque decet filium crimen suum in patrem transferre. IN quatuordecim ordinib⁹)L.Roscius Otho Consul legem tulit qua Equitibus ordines primos.xiiij. assignauit ad spectandũ:sed ijs duntaxat qui quadraginta in censu haberent sestertia.Hæc & theatralis lex vocaca est. Othonis lex quæ & theatralis. DECOCTORIBVS) ijs qui decoxissent sed fortunæ vitio,non scelere,vt amissis naufragio mercibus & pecunijs: quod accidere frequenter solet. VIRILEM togam)quam sextodecimo anno Liberalibus accipiebant deponentes prætextã.quod in Fastis tradit Ouidius. MVLIEBRIS stola)quoniam in muliebres abijsti mores, & veluti prostituta fœmina ac vulgare scortum factus certam pro coitu mercedem postulans. CVRIO)filius. STOLAM dedisset)vt viri solent vxoribus, veteres non honestam solum vestem stolam dixere: sed omnem quæ muliebre corpus tegeret,Marcellus.Sed pro honesta poni frequentius consueuit. Valerius titulo de pudicitia,Te custode matronalis stola censetur. IN Domitij potestate)is est Domitius,de quo supra diximus ad Corfiniũ captⁿ amator & corruptor pueritiæ. Domitius. PATER eius)Curionis. SOCIA hortante libidine)quæ te stimulabat & comitabatur. NON potuit)nam omnino te Curio pater domo prohibuit,quod tunc accidit cum pro Antonio qui ducẽta quinquaginta milia debebat interceſſit. SEXAGIES sestertiũ)quod Curio filius ex pecunia paterna pro Antonio effuderat pro quo interceſſerat. Sesterti⁹ & Sestertiũ dicit.dupõdi⁹ vero fuit & semis.i.duę libręs & semis.Notat autẽ duplici LL.& Sevnde incipit.Sexagies vero aduerbiũ est,à sexagĩta, Sestertius.

vt si dicas, mutuo tibi bis sestertiũ: significas duo sestertia mutare. FLORENTISSIMAE. fa.) Curionũ. AES alienum) debita filij tuo nomine cõtracta. REDIMERET) quasi addictum creditoribus. CVM congressione) vt ne loqueretur quidem tecũ. AVSVS esses) ac si dicat minime. PERstringam) cõplectar. INCIDAMVS) præcidamus & omittamus. INTIMVS erat &c.) Cum amoribus libidinibus varijsq; sumptibus grãde æs alienũ cõflasset Anto. & ducẽta quinquaginta milia deberet, intercessissétq; pro eo Curio: & Curionis patri iccirco Antoniũ domo ꝓhibuisset, ad P. Clodiũ Trib. Pl. ea tẽpestate se contulit: in cuius contubernio haud multum fuit, siue quod inimicos Clodij formidaret, siue quod Clodiani furoris satietas eum cepisset, vt Plutarchus ait.

ASCEN. Nemo vnquã puer emptus libidinis caussa fuit tã in domini potestate) Lego in domini, nõ vt Maturãtiº Domitij: omnis enim sic emptº dominum habet, non omnis Domitiũ. Dubito autẽ an cũ quibusdã legã potestatẽ: quia A. Gellius id à Cicerone cõtra rationẽ grammaticã dictũ notauit: Victorinus tamen codex potestate habet. Mire autẽ in clausula sequenti participia & verba eiusdẽ tẽporis, prosternens, lachrymãs, cõmendabat, orabat, sine cõiunctione construuntur: sed distincta pronunciatione iuuauãtur.

TRAP. Prętextatũ cum nondum virilem togam sumpsisset. Decoxisse) mercatorum fidem fefellisse. Quanuis scilicet) constitutus esset locº ei qui fortunę vitio decoxisset non suo. Intercessisse) fidem suam interposuisse, spopondisse.

Roscia lex. BEROAL. Lege Roscia) Hanc legem theatralem vocant: de qua Horatius, Roscia dic sodes melior lex an puerorum Nænia. Hac lege cauebatur vt proximis ab Orchestra quatuordecim gradibus spectarent ij quibus census foret quadragẽtorũ sestertiorũ. Decoctoribº) Decoquere dicũt mercatores & debitores: qui diminuto patrimonio fluxa fide creditores fallũt circũscribũtq;: Annotat Pli. Crassum qui primº diues conoĩatus sit, decoxisse creditoribº suis. Res decoxit dicit Collumellę ꝓ diminuta est, & deterior facta

Decoquere

Intimus erat in tribunatu Clodio, qui sua erga me beneficia commemorat. cuius omnium incendiorum fax: cuius etiam domi quiddam iam tum molitus est. Quid dicam, ipse optime intelligit. Inde *itum Alexãdriã cõtra Senatus authoritatẽ, cõtra religiones. Sed habebat ducẽ Gabiniũ, quicũ quiduis rectissime facere posset. Qui tũ ĩdẽ reditus? aut qualis? prius ĩ vltimã Galliam, ex Aegyto, quã domum. quæ autem erat domus?

*iter.

ſuam enim quiſq; domũ tum obtinebat, neq; erat vſquã tua. Domum dico? quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres? præter vnum Miſenum, quod cũ ſociis tanquã Siſaponem tenebas. Veniſti è Gallia ad quæſturam petendam. Aude dicere prius ad patrem tuũ veniſſe, quã ad me. Acceperã enim iam antè Cæſaris literas, vt mihi ſatiſfieri paterer à te. itaq; ne loqui quidẽ ſum te paſſus de gratia. Poſtea cultus ſum à te: tu à me obſeruatus in petitione quæſturæ. Quo quidẽ tempore P Clodiũ approbante Pop. Ro. in foro es conatus occidere. cũque eam rem tua ſponte conarere, non impulſu meo: tamẽ ita prædicabas, te non exiſtimare, niſi illum interfeciſſes, vnquã mihi pro*eius in me iniuriis ſatis eſſe facturum. In quo demiror, cur Milonem impulſu meo rem illam egiſſe dicas, cum te vltro mihi idem illud deferentem nunquam ſim abhortatus: quanquam ſi in eo perſeuerares, ad tuam gloriam rem illam referri nolebam, quàm ad meam gratiam.

* tuis.

MATVR. QVIDDAM iam tum molitus) Fuluiã credo Clodij vxorem de coitu appellauit, aut eã adulterauit: poſtea eã ipſe Ant. in matrimonio habuit. INDE itum Alexandriã) Antonius offenſus amentia, vt diximus, Clodij in Græciã abijt: ibiq; permãſit, & corpus ad militaria certamina, & linguã ad dicendũ exercens. Cõtigit autẽ vt A. Gãbinius qui vnà cũ L. Piſone Conſulatũ geſſerat, quo tempore accuſante Clodio Trib Cicero in exiliũ pulſus eſt: finito Conſulatu in Syriam prouinciam proficiſceretur ad eã cũ exercitu obtinendã. ſicuti Pompeius inuitis fere omnibus Senatoribus voluerat, Antoniũ forte ita vt fit cũ offendiſſet, vt ſecũ proficiſceretur hortatus eſt: negauit ſe priuatũ iturũ. Præfect⁹ vero equitibus ſecutus eſt. Pugnauit cõtra Ariſtobolũ Iudæorũ regẽ & fortiter & feliciter, parua manu magnas hoſtiũ copias fudit: ipſum Ariſtobolũ vnà cũ filio cœpit. Cũq; Ptolemæus cognomẽto Auletes à ſuis regno pulſus impetrare à Romanis non potuiſſet vt reſtitueretur in regnũ, veniſſetq; ad Gabiniũ, ingentẽ pollicit⁹ pecuniã ſi eũ reſtitue-

ret:dubitātib⁹ cęteris & in primis ipſo Gabinio, & ſi cupiditate regiæ pecuniæ erat accenſus & vt reduceret Pompeij literis hortaret, Antoni⁹ reducē dū eſſe perſuaſit, ductóq; per loca aſpera & difficilia exercitu Peluſiū peruenere ac cepere: Inde Alexādriam profecti regē in regnū vnde exciderat reposuere cōtra populi volūtatē & decreta Senat⁹. Statuerat enim ne omnino reduceretur: neglecta etiā religione verſuū Sibyllinorū qui huiuſcemodi fuere, Si Aegypti rex auxilio quōdā indigēs venerit, ei⁹ amicitiam ne abnueritis: ſed illū cū multitudine ne iuueritis. quod ſi aliter factū fuerit, labores & pericula habebitis. Reus deinde Gabinius factus eſt. ſed tū pecuniarū, tū Pōpeij auxilio abſolutus. Idcirco profectū, inquit Cicero, Alexādriā Antoniū cōtra Senat⁹ decreta & cōtra religiones. ITVM) ab Antonio. GABINIVM) hominē ſceleſtiſſimū: cui⁹ vbiq; vitā lacerat Cic. QVICVM) cū quo. RECTISSIME) ac ſi diceret: cum nihil nō flagitioſe faceret. INDE) ex Aſia. QVALIS) ac ſi dicat min⁹ honeſtus cōſumptis omnibus pecunijs quas ex regis Ptolemei largitione acceperat. IN vltimā Galliam) ad Cæſarē. IN tuo) ac ſi dicat nihil: omnia enim ſibi vendicauerāt creditores. PRAETER vnū miſenum) prædiū in Cāpania ad Miſenū, quod eſt cumis proximū promōtoriū, vt ait Sra. CVM ſocijs) cū lenonib⁹ mimis & paraſitis, aut certe creditorib⁹ qui partē occupauerāt. TANQVAM Siſaponē) villa erat Antonij Siſapo, quam & ipſam cū ſocijs tenebat. AD quęſturā) qui magiſtratus dari adoleſcētib⁹ cōſueuit. PRIVS ad patrē tuū) quoniā ad me prius veniſti q̄ ad patrē tuum. SATISFIERI) id eſt vt tuā acciperē expurgationē. nā is ſatisfacere dicitur, qui offendit quēpiā cū tantū facit quantū læſo & irato ſatis ſit ad pœnā, vt ait Pedianus. Trāquillus in Iulio. Valerium Catulū, à quo ſibi verſibus de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientē eadē die adhibuit cœnæ. DE gratia) vt in gratiam redires mecū. CVSTODITVS) in honore habitus. IDEM &c.) Clodium occidere.

Siſapo.

Satisfieri.

ASCEN. Inde itū) Victorin⁹ & alij habent iter ſupple tibi fuit. Poſtea cuſtoditus, Victo. habet cultus. & me obſeruatus: in Victo. eſt ſeruatus. Non exiſtimare nunquā: Victo. habet vnquā. Pro tuis. Victo. pro eius in me iurijs. Tanquā Siſaponē. Locus eſt in Hiſpania, Siſapo, minū effodiētib⁹ cōmunis. Metallarij autē cerebroſi ſunt & poſt quęſtū, aleę aut potationi operam dantes: vnde digni Ciceroni viſi qui Antonij ſodales forent: ideóq; dixit ipſum Miſenum tenere cum ſocijs tanquam Siſaponem.

TRAP. Inde iter Alexandriā) Expulſus Antonius & excluſus à patre Curione, primū Clodio ſe adiūxit. vnde eo metu relicto in Aſiā ſe cōtulit, vbi & corpus & in dicēdo ſe exercuit: poſt Gabinio aduerſus Ariſtobolū in Iudæos exercitū ducēti Præfectus equitū fuit. cunq; Ptolemæus regno expulſus Gabinium ſe vt reduceret decem milia talentorum pollicitus optinere non poſſet (timebat enim Gabinius ſine authoritate Senatus exercitum Alexandriam ducere) hortatu Antonij eam expeditionem ſuſcepit.

Miſenum)Villa Antonij ad mare poſita. Eſt autem locus iuxta Baias. de Miſeno tibicinæ Aeneæ dictus eſt, de quo Virgil.in ſexto Aeneid.Miſenum æolidem quo non præſtantioralter,Aere ciere viros,Martémque accendere cantu. Vt mihi ſatiſſieri paterer à te)id eſt vt acciperem tuam excuſationē & purgationem. De gratia)propter gratiam Cæſaris, id eſt vt gratificarer Cæſari. Cuſtoditus)id eſt habui te ad cuſtodiam corporis mei.quemadmodum alios nobiles permultos. Miſenum.

BEROALDVS. Inde itum Alexãdriam contra religiones) Deſignat illud tempus quo Ptolemæus Aegypti rex ab Alexandrinis eiectus Romã venit:quem Pompeius ſuſcepit,Senatuiq; cõmendauit, ac de reductione eius in regnum diu varieq; actitatum. Rex ipſe per Pompeium reduci cupiebat: tandem à Gabinio reductus eſt contra authoritatem Senatus, contraq; religionem librorum Sibyllinorum de qua intelligi vult M. Tullius in Epiſtolis ad Lentulum his verbis. Senatus religionis calumnia non religione, ſed maleuolentia & illius regię largitionis inuidia comprobat.In epiſtolis quoque ad Quintum fratrem ſic refert, De Rege Alexãdrino factum eſt Senatus conſultum:cum multitudine eum reduci periculoſum Reip. videri. Tradunt hiſtorici Antonium magnarum rerum cupidum, & Ptolomæi gratia permotum perſuaſiſſe Gabinio vt eam prouinciam ſuſciperet,regemq; Alexandrinum in regnum reduceret:qua in expeditione complura & fortitudinis & induſtriæ militaris facinora nauauit Antonius:fuit & magna illius apud Aegyptios fama & exiſtimatio. Suam quiſq; domum) hoc dictū accipe propter Pompeium,cuius domum poſt Pompeianam factionem profligatam poſſedit Antonius. Fuit autem Pompeianorum domus in Carinis, quam olim inhabitauit Tyberius:mox ex ea in hortos Mecœnatianos trãſmigrauit. Tãquam Siſaponem tenebas)Ciuitas eſt in Hiſpania, vbi olim celeberrimum fuit minium.Hinc Plinius Siſaponenſia miniaria magnificat.

Id vnum perditis refugium) Suetonius in hanc ſententiam ſcribit, Tum reorum aut obæratorum,aut prodigæ iuuentutis ſubſidium vnicum ac prõptiſſimum erat Cæſar:niſi quos grauior criminum vel inopiæ luxuriéve vis vrgeret quàm vt ſubueniri poſſet à ſe.his plane palàm bello ciuili opus eſſe dicebat.

Quæſtor es factus:deinde continuo ſine ſenatuſcõſulto,ſine ſorte,ſine lege ad Cæſarẽ cucurriſti. Id enim vnũ in terris,egeſtatis,æris alieni,nequitiæ,perditis vitæ rationibus perfugium eſſe ducebas.Ibi te cum & illius largitionibus tuis rapinis expleuiſſes (ſi hoc eſt explere

quod ſtatim effundas aſſumere) aduolas egens ad Tribunatum, vt in eo magiſtratu, ſi poſſes, vitrici tui ſimilis eſſes. Accipite nunc quæſo non ea, quæ ipſe in ſe atque in domeſticum dedecus impure atq; intemperanter, ſed quæ in nos, fortunáſque noſtras, id eſt vniuerſam Remp. impie ac nefarie fecerit. Ab huius enim ſcelere omnium malorum principium natum reperietis. Nam cum L. Lentulo, C. Marcello Conſulibus, Kal. Ianua. labentem & propè cadentem Remp. fulcire cuperetis: ipſiq; C. Cæſari, ſi ſana mente eſſet, conſulere velletis: tũ iſte venditum atque mancipatum Tribunatum, conſiliis veſtris oppoſuit, ceruicéſque ſuas ei ſubiecit ſecuri, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. In te autẽ M. Antoni id decreuit Senatus & quidem incolumis, nõdũ tot luminaribus extinctis, quod in hoſtem togatum decerni eſt ſolitum more maiorum. Et tu apud P. C. contra me dicere auſus es, cum ab hoc ordine, ego conſeruator eſſem, tu hoſtis Reip. iudicatus? Commemoratio illius tui ſceleris intermiſſa eſt, non memoria deleta. Dum genus hominum, dũ populi Romani nomen extabit: quod quidem erit, ſi per te licuerit, ſempiternũ: tua illa peſtifera interceſſio nominabitur. Quid cupide à Senatu, quid temere fiebat? cum tu vnus adoleſcens vniuerſum ordinem decernere de ſalute Reip. prohibuiſti? neque id ſemel, ſed ſæpius: neque tu tecum de Senatus authoritate agi paſſus es. Quid autem agebatur? niſi ne delere & euertere Remp. funditus velles? cũ te neque principes ciuitatis rogãdo, neq; maiores

natu monẽdo, neque frequẽs Romanus Eques aut Senatus agendo, de vendita atque addicta ſententia mouere potuit? Tum illud, multis antè tentatis, neceſſario tibi vulnus inflictum, quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo. Tum contra te dedit arma hic ordo Conſulibus, reliquiſq; imperiis & poteſtatibus. quæ non effugiſſes, niſi te ad arma Cæſaris contuliſſes. Tu, tu inquam M. Antoni princeps C. Cæſari perturbare omnia cupienti, cauſſam belli contra patriam inferendi dediſti. Quid enim aliud ille dicebat? quam cauſſam dementiſſimi ſui cõſilii & facti afferebat, niſi quòd interceſſio neglecta, ius tribunitium ſublatum, eircuſcriptus à Senatu eſſet Antonius?

TRAPEZVNTIVS. Sine Senatuſconſulto) Scire vos oportet Curionem filium cum antea bonarum partium fuiſſet, commutata voluntate popularem eſſe factũ, & Cæſari fauere cœpiſſe: quod quo facilius efficere poſſet, & Cæſar ea quæ cuperet aſſequeretur, ſua gratia atque opibus effecit, vt M. Antonius Tribunus plebis fieret: inde vt Augur eſſet, in quo quidẽ Tribunatu cũ Marcellus Conſul legiones conſcriptas Pompeio attribueret, & aliâs ſcribendi poteſtatem faceret, Antonius interceſſit: & plebiſcito eas legiones Bibulo in Syria aduerſus Parthos bellum gerenti mittendas auxilio cenſuit. Eodem tempore Conſulibus & magna parte Senatus, literas à Cæſare miſſas in Senatu palã recitari prohibentibus, Antonius vi tribunitię poteſtatis recitauit: in quo multorum animos & ſtudia ad Cæſarem commutauit: quòd eis literis Cæſar niſi iuſtum ac mediocre nihil poſtulare videbatur. Item cum in Senatu ſententiæ rogarentur, vtrum Senatui videatur Cæſarem an Pompeium arma deponere, & pluribus Cęſarem tantum arma dimittere oportere videretur: Antonius cum ſurrexiſſet & quæſiſſet placeret ne Pompeium & Cæſarem ſimul arma deponere & legiones dimittere, ab omnibus eſt collaudatus: cumq; omnes eam ſententiã decernere vellent, Cato & Lentulus prohibuere; & Antonium ex Senatu reiecerunt: quare vim timens Antonius, conducto vehiculo ſeruili habitu vnà cum Caſſio ad Cæſarem ſe contulit. Fulcire) ſuſtentare: vnde etiam fulcra lectorum dicũtur.

Mancipatum)venditum. Addicta) consecrata,destinata. Circũscriptus)oppressus. Exequi cladẽ potuissent)qui fugere potuerunt: & ea clade fungi,& eam calamitatem obire.

ASCEN. Luminaribus) in Victo.est luminibus. Quid cupide, cum tu vnus.quam causſam circũscriptus â Senatu. Memoria) id est per memoriã prodi,aut memoriæ mortalium prodi &c.

MATVRANTIVS. SINE SENATVSCONSVLTO) Non enim Quæstor in prouinciam proficiscebatur nisi eam ex Senatusconsulto sortiretur,& lege. AD CAESAREM)in Galliam. ID VNVM perfugium) ad Cæsarem,aut ipse Cæsar. DVCEBAS)existimabas. IBI) apud Cæsarem in Gallia. AD VOLAS egens ad Tribunatum)Discordia in ciuitate exorta,cum optimates Pomp.hærerent: populus in Cæsarem esset propensior,C.Curio partium prius optimatum, mutata volũtate popularis factus: & Cæsari largitionibus inuitatus fauens, gratia quam apud populum dicẽdo comparauerat, effecit vt Tri.pl. Antonius crearetur.non multò pòst inter Augures cooptauit.Antonius vero simul atq; magistratum iniit, & partes & causſam Cæsaris plurimum iuuit:nam Marcello Consule scriptas iam legiones Pomp.decernente, & nouos insuper delectus habendi potestatem dante,interceſſit, rogationemq; ferens obtinuit plebiscito vt Bibulo in Syriam contra Parthos bellum gerenti scriptæ legiones mitterentur. Qui vero deligerentur Pompeio,non parerent.Cũq; eodem tẽpore Senatus pars maxima neq; recipi missas â Cęsare literas vellet,neq; recitari pateretur,vi Tribunitiæ potestatis fretus Antonius venit in Senatum,& ipse recitauit. Quibus auditis cum æqua postulare videretur Cæsar, multorũ mutati sunt animi:& voluntates plurium qui prius aduersabantur Cæsari,conciliatæ.Cum præterea relatum in Senatu Cæsarem ne placeret legiones & exercitum dimittere,an Pompeium:Cæsariq; arma dimittenda plerisque censentibus, assurrexit Antonius,rogauitq; placeret ne vtrunque pariter ab armis discedere:quam sententiam omnes pene alacriter excepere, & summo studio comprobauere.Antonium vero collaudauerũt: & vt legem ferret hortati sunt: quod fieri ab eo Marcellus & Lentulus Consules prohibuerũt. Oblatę sunt & aliæ conditiones ab amicis Cæsaris,quas M. Cato & Lentulus Consules improbantes è Senatu Antonium & cæteros qui Cæsari fauebant,eiecerunt.Abiens vero è curia Antonius,multa in capita inimicorum imprecatus est.mutata mox veste & conducto vehiculo ad Cęsarẽ fugit cum Qu.Cassio:& clamitans apud illum nullas in vrbe leges valere, ius Tribunitiũ sublatum esse,omnibus qui æquum bonumq; defendebant, capitis periculũ imminere.Cæsarem impulit,vt cum exercitu in Italiam properaret: & postea patriæ arma inferret. VITRICI)P.Lentuli. FVLCIRE)firmare,sædatis discordijs inter Senatorij ordinis homines qui Pompeio fauebant: & populares,qui Cæsaris erant studiosi. IPSI)C.Cæsari,vt depositis armis & relicta

relicta prouincia Romam priuatus rediret, priuatúmque splendorem cum omnium beneuolentia, quàm tyrannidem cum omnium odio mallet.

MANCIPATVM) veluti mancipium Cæsari addictum: ac si dicat, ea fecit quibus supplicio dignus erat, vt securi quemadmodum noxij & damnati ferirentur. LVMINARIBVS) principibus viris qui velut quædam lumina erant. QVOD in hostem rogatum decerni solitum est) nam interdictũ est ei Senatu, ex quo ignominiosè eiectus est: & vt in exilium abiret coactus: ac mox Reip. hostis iudicatus: id quod in Catilinam quoque adhuc rogatum seruatum est, vt ex Ciceronis orationibus intelligitur quæ in illum extant. Mos fuit maioribus interdicere Senatu primò, deinde vrbe, rogatis hostibus: mox abeuntes hostes iudicare. VENDITA) Cęsari. ADDICTA) destinata. ILLVD vulnus inflictũ) quòd hostis iudicatus es, tibiq; aqua & igni interdictum est: & permissum omnibus vt te impune occiderent. CAVSSAM BELLI) cum seruili indutus veste & meritoria vectus rheda te ei obtulisti: Senatum accusasti, & sua sponte ad tyrannidem accenso occasionem & prætextum arma sumendi, & milites adhonorandi præbuisti: id quod in Cęsaris & Põpeij vita scribit Plutarchus pluribus. CIRCVNSCRIPTVS) circunuentus & oppressus.

BEROALDVS. Vitrici tui) Lentulum significat Catilinæ coniurationis popularem. In te id decreuit Senatus) Senatus M. Antoniũ & Curionem atq; Quintum Cassium Tribunos plebis patrocinium absentis Cæsaris acerrime suscipientes è curia, deinde ex vrbe summa cum ignominia eiecit: qui in seruili veste rheda meritoria miserando habitu ad Cæsarem perfugerũt. M. Antonius clamitabat nullas in vrbe leges valere, potestatem Tribunitiam sublatam, omnibus qui bonum æquumq; defendant, periculum capitis imminere. Quæ res prætextum occasionemq; honestissimam Cęsari prębuit armorum ciuilium. De hac re Lucanus, Expulit ancipiti discordes vrbe Tribunos Victo iure minax iactatis curia Gracchis. Tua illa pestifera intercessio) Marcello Consule legiones Pompeio decernente intercessit Antonius, rogationem ferens vt præsentes copiæ militares in Syriam mitterẽtur aduersus Parthos. Deinde cũ Senatus epistolas Cæsaris legi prohiberet, ipse Tribunitia potestate, quæ sacrosancta est, subnixus recitauit, multorũq; mentes flexit: qui cum hanc rogationem promulgasset, placerẽt ne Cæsarem & Pompeium ab armis discedere, exercitusq; dimittere: eam summo studio vniuersi comprobauerunt: Antoniumq; laudantes hortabãtur vt eam legẽ perferret: quod Consules non permisere. Interceſſio autem propria est Tribunorum, qui antiquitus creati videntur non iuri dicendo, sed intercessionibus faciendis. Sylla cum Tribunitię potestatis vim comminuisset, subneruasset q;, intercessionem tamen liberã reliquit: vnde Cæsar merito cõquestus est apud milites potestatem Tribunitiam ab aduersarijs suis penitus infractam esse, & intercessione præter fas esse nudatam. Addicta sententia) mancipata vẽ-

Interceſſio

ditaq; Cæsari. Illud vulnus inflictum) eiectionem intelligi vult: quam expulsus eiectusq; à Senatu cum Curione, & Quinto Cassio ad Cæsarem confugit. Circũscriptus est Antonius) Circũuentus, oppressus, & in ordinẽ redactus. Circũscribere est insidiari, fraudare, circũuenire. Circũscriptores, vt inquit Seneca, dici solent qui aliquid sustulerunt. Circũscriptio semper crimen sub specie inuoluit: semper circũscriptio per ius ad iniuriam venit.

Circũscribere.

Omitto quàm hæc falsa, quàm leuia, præsertim cum omnino nulla caussa iusta cui quã esse possit, contra patriã arma capiendi. Sed nihil de Cæsare. Tibi certe cõfitendũ est, caussam pernicioſissimi belli in persona tua constitisse. O miserum te, si intelligis: miseriorem, si nõ intelligis, hoc literis mãdari, hoc memoriæ prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium seculorũ vnquã immemorem fore. Consules ex Italia expulsos: cũq; his Cn. Põpeium, qui imperii populiq; Ro. decus ac lumen fuit: omnes Consulares, qui per valetudinẽ exequi fugã illam, cladẽq; potuissent: Prætores, Prætorios, Tr. pl. magnam partem Senatus, omnẽ sobolem iuuẽtutis, vnoq; verbo Rẽp. expulsam atq; exterminatam suis sedibus. Vt igitur in seminibus caussa est arborum & stirpiũ, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. Doletis tres exercitus Po. Ro. interfectos: interfecit Antonius. Desideratis clarissimos ciues: eos quoq; eripuit vobis Antonius. Authoritas huius ordinis afflicta est: afflixit Antonius. Oía deniq;, quæ postea vidimus: qd aũt mali nõ vidimus? si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Vt Helena Troianis, sic iste huic Reip. caussa belli, caussa pestis, atq; exitii fuit. Reliquæ partes Tribunatus principio similes. Oía perfecit, quæ Senatus, salua

Rep. ne fieri possent, perfecerat. Cuius tamẽ scelus in scelere cognoscite. Restituebat multos calamitosos. In his patrui nulla mẽtio. Si seuerus, cur nõ in oẽs? Si misericors, cur nõ in suos? Sed omitto cæteros. Liciniũ Lẽti culam de alea condemnatum collusorẽ suum restituit. quasi vero ludere cum condemnato non liceret. sed vt quod í alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. Quã attulisti rationem populo Ro. cur eum restitui oporteret? Absentem credo in reos relatum, rem iudicta caussa iudicatam, nullum fuisse de alea lege iudiciu, vi oppressum & armis.

MATVR. OMITTO quàm hæc falsa) Nã re vera captus imperij cõsuetudine, quod ait Trãquil. pensitatisq; suis & inimicorum viribus, occasione rapiendæ dominationis vsus est quam ætate prima cõcupierat: quod existimasse videtur Cicero de Offic. lib. iij. dicens, semper Cæsarem habuisse in ore eos qui sũt in Phœnissis Euripidis versus. εἰ γὰρ χρὴ ἀδικεῖν τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. quod sic Cicero ipse cõuertit, Nam si violandum est ius, imperij gratia violandũ est ius: alijs rebus pietatem colas. CONSTITISSE) posita fuisse & hæsisse. CONSVLES) Marcellum & Lentulum. Veniente infestis signis ad vrbem Cæsare Põpeius vrbem est egressus, & Capuam ad exercitum profectus. Abeuntem Cõsules sunt prosecuti: postero die maior Senatus pars ad Pompeiũ discessit. OMNEM sobolem) omnem Iuniorum multitudinem, & quasi omnem fœtũ Romani populi: nam in adolescentibus spes est prolis sufficiẽdæ vt in grege videmus: & Virg. ait, modo nãq; gemellos Spem gregis ah silice in nuda cõnixa reliquit. EXTERMINATAM) extra patriæ terminos & fines positam. VT igitur in se.) pulcherrima similitudo. CAVSSA est arborum) quoniam ex semine nascuntur. SEMEN) caussa & origo: vocabulum autem retinuit similitudinis. TRES exercitus) in Pharsalia, Pompeij & Senatus: in Hispania, Petrei & Affranij: in Africa, Scipionis & Iubæ regis.

CLARISSIMOS ciues) Pompeium, Catonem, Scipionem, & plurimos quos Pharsalicum & Hispaniense bellum absumpsit. RATIOCINABIMVR) colligemus. VNI accepta referemus) vni Antonio imputabimus.

VT Helena Tro.) è curia pulsus Antonius mutata veste & meritoria ve-

Sobole.

ctus rheda quod prius sæpe diximus, Cæsarem ad arma contra patriam capienda accendit: & iccirco vt Helena Troianis, quoniã rapta à Paride bello quo Troianorũ opes corruere repetita est: sic populo Ro. Antonius omniũ malorum caussa fuit: id quod falsum esse Plutar. putat. Quoniam non ita, vt inquit, leuis Cæsar erat, neq; sic ira præceps ruebat: & alias fuisse caussas quę impulerunt: Antoniumq; Cæsari optanti accommodatissimam prębuisse occasionem. RATIOCINABIMVR) colligemus. OMNIA perfecit) quę Senatus fieri vetuerat, cum Resp. adhuc staret. SCELVS in scelere) ac si diceret, scelus maximum & inauditum: scelus fuit leges soluere, scelus patruum non restituere, cum alienos restitueret. PATRVI) C. Antonij. SI SEVERVS) quia occurrebat quoniam seuerus, ne patruum quidem restituere passus est, at qui Lenticulam colluſorem suum de alea condẽnatum restituit: iccirco, inquit, restituit, quia optabat cum eo ludere, & cũ condẽnato ludere nolebat. Iocatur autem Cicero. Perdiderat Lenticula, Et hac caussa restituisti, vt quod in alea perdiderat, beneficio legis â te de restitutione eius latæ dissolueret, quam perdiderat, vt ludens æs alienũ quod perdendo conflauerat, lucrando persolueret. ABSENTEM credo) hæc, inquit, potuerunt afferri â te rationes: quia absens condẽnatus est, quia indicta caussa, quia nulla lex de alea prius lata, quia vi & armis oppressus. Hæc enim ferme dici solent cũ iniuste quempiam condemnatum ostendimus, & restituẽdum asserimus. Sed nihil horum afferre in caussam potuit Antonius. Aleam ab inuentore dictã tradunt quidam. Est autem tabula lusoria quę & latruncularia & pyrgus & alueus & alueolus vocatur, rotunda illa tabella rotulæ instar, qua mouetur. hinc in prouerbio est, iacta alea est, cum sic incœpta est res vt desistere integrum non sit, quod Iulius traiecturus Rubiconem vsurpauit. pro euentu rei dubio ponitur. Lucanus: Placet alea fati Alterutrum mersura caput. De aleæ vsu & aleatoribus, titulus est lib. xi. digestorum. Senatusconsulto olim vetitum est in pecunia ludere præter q̃ si quis certet hasta vel pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, vel pugnando quod virtutis caussa fiat.

Alea.

BEROAL. Nulla caussa iusta contra patriã) Sententialiter cecinit Sillius, Succẽsere nefas patriæ. Interfecit Anto.) is mortem afferre dicitur, qui caussa mortis fuit. Plutar. cum huiusce Tullianæ sententiæ mentionem faceret, negat id sibi verum videri. Neq; enim, inquit, tam leuis erat Cæsar, neq; ita facile iræ impetu ferebatur, vt omnia perturbare cuperet, & bellũ patriæ inferre ob M. Antoniũ sordidatũ expulsum ad se confugientẽ. verũ illa magis Cæsarẽ impulerunt ad arma contra patriam capiẽda, quæ Alexandrum Magnũ, Cyrũq; olim extimulauerãt amor videlicet immoderat⁹ dominãdi & principatus furiosa cupiditas, quæ cũctis affectib⁹ flagrãtior est. Vt Helena Tro.) à simili ducit argumẽtũ, vt docet Martianus citãs hoc testimoniũ.

In his patrui nulla mentio) Caiũ Antoniũ significat, M. Tullij Collegã in Cõsulatu, q̃ post Cõsulatũ cõdẽnat⁹ & extorris factus in insula Cephalenia

diu vixit,totámque insulam perinde ac prædium subiectam habuit: mox ab exilio reuocatus,vita defunctus est.

TRAP. Omnem sobolem)omnem fœtum & quasi sementem Reipublicæ:nam in iuuenibus spes est sufficiendæ prolis,quemadmodum in agnis & inuencis videmus.Idcirco Virg.modo nãque gemellos Spẽ gregis. Dicitur autem soboles à Soboleſcẽdo id est crescendo,crescunt enim & succedunt parentum &seniorum ætati. Exterminatam) ἐξορισθῆσαν extra terminos & fines positam Afflixit)prostrauit. Ratiocinabimur)συλλογισόμεθα colligemus. Cuius tamen scelus in scelere cognoscite. Scelus fuit leges soluere:scelus patruum non restituere,alienos cum restitueret. Soboles.

Postremo quod de patruo dicebatur,pecunia iudiciũ esse corruptum.Nihil horum. At vir bonus & Republica dignus.nihil id quidem ad rem.Ego tamen, quoniam cõdemnatum esse pro nihilo vis,si ita esset, ignoscerem.Hominem vero omnium iam nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, vel lege quæ est de alea condemnatum,qui in integrũ restituit, nõ is apertissime studium suum ipse profitetur? In eodem vero Tribunatu,cum Cæsar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset, quæ fuit eius peragratio itinerum?lustratio municipiorum? Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari, eaq; quæ dico dicturúsque sum, notiora omnibus esse, qui in Italia tum fuere,quàm mihi,qui non fui. Notabo tamẽ singulas res, etsi nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestræ scientiæ. Etenim quod vnquam in terris tantum flagitium extitisse auditum est? tantam turpitudinem?tãtum dedecus? Vehebatur in essedo Tribunus pl. Lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur, quam ex oppidis mu-

nicipalibus homines honesti obuiam necessario prodeuntes, non *vero illo & mimico nomine, sed Volumniã salutabant. Sequebatur rheda cum lenonibus, comites nequissimi. reiecta mater amicam impuri filii tanquam nurum sequebatur. O miseræ mulieris fœcunditatem calamitosam. Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiã impressit. Reliquorũ factorũ eius, P.C. difficilis est sane reprehensio. Et lubrice versatus in bello est. saturauit se sanguine dissimilimorũ sui ciuiũ: fuit felix, si potest vlla esse in scelere felicitas. Sed quoniam veteranis cautum esse volumus, quanquam dissimilis est militum caussa & tua, illi secuti sunt, tu quæsiuisti ducem: tamen, ne apud illos me inuidiam voces, nihil de genere belli dicam. Victor Thessalia Brundusium cum legionibus reuertisti. ibi me non occidisti. magnum beneficum: *potuisti enim fateor. quanquam nemo erat eorum, qui tunc tecum fuerunt, qui mihi non censeret parci oportere.

*Noto.

*potuisse.

MATVR. QVOD de patruo) C. Antonius iniuste dicebatur damnatus, pecunia corruptis iudicibus. VIR deinde bonus & Rep. dignus ferebatur) Sed nihil apud Antonium efficiebatur, neque enim quicquam ad eum restituendum commouebatur, & tamen, inquit Cicero, ignoscerem ego patruo si ita res, vt dicitur, haberet: cum præsertim condemnatum esse pro nihilo sit: quoniam facile omnes quauis caussa condemnati, restituuntur ab Antonio. HOMINEM) Licinium Lenticulam. VEL) etiam. IN integrũ) in pristinum statum & locum. IN eodem Tribunatu) Pompeio ex Italia pulso cum optimatibus, cum prius quàm eum persequeretur in Hispaniam proficisci statuisset Cæsar, oppressurus vt ipse dixit exercitum sine duce & mox ad ducem rediturus sine exercitu (nam Petreius & Affranius qui Hispanienſi præerãt exercitui haud magnopere rei militaris periti erant) Lepido Prætori Vrbem, Antonio Tribuno Italiã custodiendam cum præsidijs

mãdauit. CONCVLCANDAM)nõ lustrãdã & custodiedã,sed vastandam potius. QVI non fuit) Erat enim in Pompeianis castris Cic. SCIENTIAE vestrę)cum plura vos memineritis Antonij flagitia quàm possem ipse meminisse. IN essedo)curru.Essedum vehiculi genus,apud Belgas Gallos primo repertũ.Vergilius. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Trib. pl.cum stomacho dictum est. APERTA) quod erat multo indignius ac minus ferendum:vehebatur enim etiam clausa,vt Iuuenalis ait: Nanque facit somnum clausa lectica fenestra.Legitur & in exhedra:sedem aut significat & locum ad sedendum constitutum,Græcum est. NECESSARIO) necessitate,quadam astrictione,iniquo animo ferret Anto. nisi ita fieret. RHEDA)vehiculi genus, & hoc Gallicum,vt ait Fabi⁹ vocabulum, quo Cicero vtitur,sicut item petoritum quo Horatius. CVM lenonibus) comites nequissimi.Erat inter maxime familiares Sergius, & Citherius quidam ex eadem palæstra mulierculam amans:erant scorta & aleatores:& hoc comitatu Italiam peragrabat Anto.lectica delatus aureas pateras veluti in pompa circunferens.Ducebantur & lenones ad rhedam ligati. & quod maxime homines torquebat,honestissimæ domus scortis & mimis pro diuersorijs tradebantut:per lucos & amnium ripas prandia sumptuosissima parabantur.plerisque indigne ferẽtibus quod Cæsare periculosa gerente bella & labores maximos tolerãte:Antonius tam luxuriose Italiam calcaret.quare reuersus postea Cęsar & veniam Dolabellę dedit,qui Antonio erat inuisus & tertiũ Cõsul creatus,nõ Ant.sed Lepidũ sibi Collegã assumpsit. FOECVNDITATEM calamitosam)nam cũ Antoniũ peperit Iulia calamitates peperit plurimas. PRAEFECTVRAS) De municipijs & colonijs.A. Gellius, Præfectura vero prouincia est.Augustus in præfecturas xi. totã diuisit Italiam,quas alij regiones vocant,Græci ἐπαρχίας.Et præfecturæ quidem gubernandæ, hoc est in pluribus vnius regionis ciuitatibus ac locis,aut prætor,aut proconsul præficiebatur.LVBRICE) inconstanter & varie ac dubia fide.Lubric⁹ proprie locus est in quo nequeas insistere: & lubrica res,quam facile teneas,& quæ de manibus labitur vt anguilla. Hinc homo lubricus. Et Ciceroni legim⁹ lubricum fidei fuisse obiectum. DISSIMILLIMORVM sui)ac si diceret optimorum.Fuit felix)quando vicit & res ei pro voto successit. CAVTVM esse voluit) nam cautum veteranis volebat esse Senatus:quod in prima Philippica dictum est. SECVTI sunt) Cæsarẽ in patriam ruentem sub quo militabant. QVAE SI VISTI) vrbem egressus mutata veste,& rheda meritoria in Galliam vectus ad impellendum contra patriam Cæsarem. IN inuidiam)odium. IBI me non occidisti) hoc obiecerat Antonius:responderat quidem Cicero:sed sibi ipsi minime satisfecerat quare idem nunc repetit.

BEROAL. Cum Cæsar in Hispaniam) Cæsar profecturus in Hispaniam antequam Pompeium trans maria sequeretur,Læpido Prætori, Vrbẽ: Antonio Tribuno plebis Italiam præsidiáque commisit:qui in maxima licẽ-

Essedum.

Exhedra.

Rheda.

Lubricus locus.

tia peccandi cõstitutus multa libidinoſe contumelioſéque patrauit. Cæſar tamen ex Hiſpania victor reuerſus Antonij errata neglexit: gnarúſque illum virum fortem eſſe, & manu promptum eius opera deinceps in bello nõ fruſtra eſt vſus. Eſſedo) currus nomen eſt, vnde eſſedarij dicti, qui ex eſſedo depugnant: qui & alio nomine couinarij nominantur, à couino peculiari curru Britannorum, vt docet Cornelius Tacitus eo volumine quod condidit de vita Iulij Agricolæ ſoceri ſui. Homo vero illo & mimico nomine) Citheridem intelligi vult meretricem, de qua Gallus poeta libros condidit. verum Volumnia ex eo eſt appellata, quòd Volumnij ciuis Romani liberta fuerit: de hac mima Citheride dilecta Antonio ſic ſcribit Plinius noſter, Primus Romæ ad currum leones iunxit M. Antonius & quidem ciuili bello cũ dimicatum eſſet in Pharſalicis campis non ſine oſtento quodam tempore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire prodigio ſignificante, nam quod ita vectus eſt cum mima Citheride ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit.

Eſſedon. Citheris. Volumnia.

O miſeræ mulieris fœcunditatẽ calamitoſam) Cõſimile eſt illud Apuleianum ex apologia, O infelix vterum tuum Pudentula, O ſterilitas liberis potior, o infauſti decem mẽſes. Præfecturas) præfecturæ appellabãtur in Italia, in quibus & ius dicebatur & nundinæ agebantur, & erat quædam earũ Reſpublica neque tamen magiſtratus ſuos habebant: in quas Præfecti Romani mittebantur quotannis qui ius dicerent.

Prçfecturç

TRAP In Hiſpaniam proficiſcẽs) tum ſcilicet cum pulſo ex Italia Põpeio, ne quid hoſtium à tergo relinqueretur ad Afranium & Petreium Põpeij duces perſequendos profectus eſt: quo tempore vrbem Lepido commendauit. Antonio negocium dedit vt Italiam Luſtraret. Conculcandum) non luſtrãdum, eſſet enim leue verbum, nec tantæ importunitati conueniẽs Non fui) quippe qui in caſtris tum erat Pompeij. Exhedra) ſedes. Mima ſcilicet Citheris. In Rheda) In vehiculo.

Tanta enim eſt charitas patriæ, vt veſtris etiã legionibus ſanctus eſſem, quod eam à me ſeruatam eſſe meminiſſent. Sed fac te dediſſe mihi. quod non ademiſti, méque à te habere vitam, quia à te nõ ſit erepta. Liceat nunc mihi per tuas contumelias hoc beneficiũ ſic tueri, vt tuebar, præſertim cum te hæc auditurum videres. Veniſti Brunduſium in ſinum quidem & complexum tuæ mimulæ. Quid eſt? Num mẽtior? Quam miſerum eſt

est id negare non posse, quod sit turpissimum cõfiteri? Si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus? Quis enim miles fuit, qui Brũdusii illam nõ viderit? Quis, qui nescierit venisse eã tot dierũ tibi viã gratulatum? Quis qui non indoluerit tam sero se, quẽ hominem secutus esset, cognoscere? Italiæ rursus percursatio eadem comite mima: in oppida, militum crudelis & misera deductio: in vrbe auri & argenti maximéque vini fœda direptio. Accessit, vt Cæsare ignaro, cũ esset ille Alexandriæ, beneficio amicorũ eius magister equitum constitueretur. tum existimauit se suo iure cum Hippia viuere, & equos vectigales Sergio mimo tradere. Quid ergo* istius decreta? quid rapinas? quid hæreditatum possessiones datas? quid ereptas proferam? Cogebat egestas: quo se verteret non habebat. Nondum ei tanta à L. Rubrio, non à L. Tursecio hæreditas venerat. Nondum in Cn. Pompii locum, multorúmque aliorum qui aberant, repentinus hæres successerat. Erat ei viuendum latronum ritu, vti tantũ haberet, quantum rapere potuisset. Sed hæc, quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus. Loquamur potius de iniquissimo genere leuitatis.

*ego.

TRAP. Magister equitum) Nam Cæsar Dictator erat.

MATVR. SANCTVS) inuiolabilis. Præsertim &c.) nam cũ meã nosses in dicẽda sententia libertatẽ, & hæc mea in patriã charitas te lateret, illo ipso tempore quo me (vt ais) seruasti: videre & tibi persuadere potuisti hæc facturum & dicturũ quæ facio & dico. MIMVLAE) Volumnię. QVID est?) sic ait quasi id negare vellet Antonius. SI te) argumẽtum à maiori ad minus. MVNICIPIORVM) quæ cũ Mima lustrasti, vt pudere debuisset: nec exercitus quidem te puduit vbi maior multo licentia. TOT dierũ-

ab vrbe. QVEM hominem)fortem enim & continentem sequi crediderant,virum & imbecillem ac lasciuum cognouere. IN oppida)in alienas possessiones & eorum in primis qui Pompeij & bonorum partibus fauissent. MAGISTER equitum)Cęsar enim dictaturã iam inuaserat. SVO iure cum Hippia)Mimus hic erat & impurissimus quasi vero ad nomen alludit.nam ἵππος equũ significat,vnde hippias quasi fas esset magistro equitum cum eo suo iure viuere cui equi nomẽ esset. SERGIO mimo)de quo dictum prius. EQVOS)legitur & Aquinos,hoc est Aquini oppidi municipes:quod nõ placet:nam aquinates dicet inferius. Vectigales) qui ei vectigal penderent,& quos Sergius locaret,quibus vellet. Repentinus) subitarius,& nulla caussa.

Hippias.

BEROAL. Se suo iure cũ Hippia viuere)Ferunt M.Antonium in Hippiæ mimi nuptijs cœnatum,tantum vini per vniuersam noctem hausisse, vt sibi postridie necesse fuerit in propatulo vomere,quodam ex amicis togam obijciẽte.Hippias autem cum nomen sit quasi ab equo deriuatum,qui Græce dicitur hippos,cúmq; M.Antonius magister equitum Cæsaris Dictatoris foret,veluti alludens M.Tullius scite,inquit,M.Antonium suo iure viuere cũ Hippia,tanquam magistrum equitum cum equitario, id est, cum eo mimo, cuius nomen equum sonat. Vectigales) tributarios stipendiariósque,hoc est qui vectigal & lucrum Sergio mimo conficerent.De quo Plutarchus sic scribit,Erant inter maxime familiares Sergius mimus & Citherius quidam ex eadem palæstra mulierculam amans.

Vectigales

Tu istis faucibus,istis lateribus , ista gladiatoria totius corporis firmitate,tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras,vt tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem non modo visu fœdã, sed & auditu. Si inter cœnam, in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset,quis nõ turpe diceret?in cœtu vero populi Romani negocium publicum gerens, magister equitum,cui ructare turpe esset,is frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum, & totum tribunal impleuit.Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus.Veniamus ad splendida . Cæsar Alexandriam se recepit felix,vt sibi quidem videbatur: mea autem sen-

*vomens.

tentia, si quis Reipublicæ sit infelix, felix esse nõ potest: hasta posita pro æde Iouis Statoris, bona Cn. Pompeii (miserum me, consumptis enim illis lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor) bona inquam Cn. Pompeii Magni voci acerbissimæ subiecta preconis. Vna in illa re seruitutis oblita ciuitas ingemuit, seruientibúsque animis gemitus tamen Pop. Rom. liber fuit. Expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demẽs, tã diis hominibúsque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere: inuentus est nemo, præter Antonium: præsertim cum tot essent circum hastam illam, qui alia omnia auderent. Vnus inuentus est, qui id auderet, quod omnium fugisset & formidasset audacia. Tantus igitur te stupor oppressit? vel (vt verius dicam) tantus furor? vt primum, cum sector sis isto loco natus, deinde cum Pompeii sector, non te execrandum populo Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, oẽs homines & esse inimicos & futuros scias? At quam insolenter statim Heluo inuasit in eius viri fortunas, cuius virtute terribilior erat populus Romanus exteris gentibus, iustitia carior.

TRAP. Vallatus) munitus. Hasta) posita. Vnde subhastare dicitur cũ hasta posita eorum bona venduntur, qui hasta hoc est bello vincuntur. Subhastare

MATVR. TVistis facibus) Est hic per ratiocinationẽ amplificatio vt ad id quod extolli voluit Cic. ratio adduceretur. obiecturus enim Antonio merũ & vomitũ sic ait, Fauces vero de latere ad ebrietatẽ minime sunt ociosæ: nam respicientes ad hæc possumus existimare quantũ ille vini in Hippiæ nuptijs exhauserit: quod ferre & coquere nõ posset sine gladiatoria corporis firmitate. POSTRIDIE vomeret) quodã ex amicis, vt Plutar. tradit, togã subijciẽte, IMMANIBVS) ingẽtib⁹, & hic quod idẽ ait amplificatio est:

ſiquidē tāta vis fuit vini erūpētis vt nō caſū afferret aut volūtatē, ſed neceſſitatē vbi minime deceret euomēdi: & cibus nō recēs, vt accidere interim ſolet, redderet, ſed qui in poſterū diē redūdaret. HASTA poſita) cui ſubijciebāt ea quæ publice venundabant, & eorum bona qui haſta hoc eſt bello ſuperātur, quia ſignū prȩcipuū eſt haſta, Pō. Fe. Cicero in Officijs, Nec vero vnquā bellorū ciuiliū ſemen & cauſſa deerit, dum hoīes perditi haſtā illā cruētā & me minerint, & ſperabūt. IOVIS Statoris) quam Romulus bello Sabino vouit, ſuis fugiētib⁹. & ītra veterē Palatij portā cōpulſis, illicq; ædificauit. Stator autē vocat⁹ eſt Iupiter, quod orātē Romulū, vt fugā ſuorū ſiſteret audiuit. Liui⁹ author lib. primo ab Vrb. cōd. TAM demēs) viuebant enim Pompeij filij, & redire in patriā, ac ſua recuperare bona poſſe credebant. SECTIONIS) vēditionis. HASTAM illā) Cȩſaris, ſub qua ciuiū qui cōtrariæ fuerāt factionis, bona vēdebātur. ALIA omnia præter Pōpeij bona. ISTO loco) iſta familia. SECTOR) emptor, nā vrtūq; ſignificat & ēptorē & vēditorē. HELVO) ab eluēdo dict⁹ eſt heluo, is q bona ſua immoderate cōſumit: qđ aſpirat vt auiditas magis cōprobet: fit enim vox incitatior per aſpirationē. Pōpei⁹ Feſt⁹.

Haſta.

Stator Iupiter.

Sector.

Heluo.

BEROAL. Tu iſtis faucibus) Quintilianus in octauo de amplificatione ſcribēs quę fit per ratiocinationem ſic habet, Amplificatio alibi poſita eſt, alibi valet & vt aliud creſcat, aliud augeat, inde ad id quod extolli volum⁹, ratio deducit. Tu, inquit, iſtis faucibus, iſtis laterib⁹, iſta gladiatoria toti⁹ corporis firmitate. Quid fauces & latera ad ebrietatē? minime ſunt ocioſa: nā reſpiciētes ad hæc poſſumus exiſtimare quātū ille vini in Hippiæ nuptijs hauſerit, quod ferre & coquere nō poſſit, illa corporis gladiatoria firmitate. hactenus Quintilianus. Porti⁹ Latro declamator egregius & Naſonis poetæ magiſter, hæc verba Ciceronis decēter vſurpans, inquit, Videbis illas fauces, per quas Cn. Pompeij bona tranſierunt, illa latera, illā totius corporis declamatoriā firmitatē, videbis illā pro tribunali, quē locū magiſter equitū vomitu fœdauerat. In cœtu vero populi) Quītilian⁹, Creſcit oratio min⁹ aperte. ſed neſcio an hęc ipſo efficati⁹, cū citra diſtinctionē in cōtextu & curſu ſēper aliquid priore magis inſequit, vt de vomitu in Ant. Cicero, In cœtu vero populi Rom. negociū publicū gerēs, magiſter equitū. Singula incrementū habent: per ſe deforme vel nō in cœtu vomere, in cœtu etiā, nō populi, populi etiā nō Rom. vel ſi nullū negociū ageret, vel ſi nō publicū, vel ſi nō magiſter equitum. quod autem vomitor eſſet Antonius ſignat Epigrāmatiſta illo verſu, quod vomis Antoni, quod luxuriaris Apici. Plini⁹ quoq; taxans ebrietatem, ſcribit hæc digna memoratu, M. Ant. auidiſſime apprehenderat, hanc palmā edito etiā volumine de ſua ebrietate, quo patrocinari ſibi auſ⁹ approbauit, plane vt equidē arbitror, quāta per temulentiā mala terrarū orbi intuliſſet, exiguo tpe ante prælīū Actiacū illud volumē euomuit. Quo facile intelligebat ebrius iā ſanguine ciuiū & tāto magis vt eum ſitiens. Haſta poſita) ſubhaſtationē auctionēq; bonorum Pōpeij à Cæſare factā eſſe dolēter oſtēdit, De haſta quā poſuit Sylla vēdens bona ciuiū Marianorum. De haſta

Porti⁹ latro

Subhaſtatio.

Cæsaris pluribus in locis fit mentio, & est à nobis in commentarijs frequẽter annotatum. Sector sis) id est emptor bonorum Pompeianorũ. de sectore paulò antè dictum est. Plutarchus in hanc sententiam, Bona Cn. Põpeij sub hasta vendita mercatus est Antonius, sed exigi â se precium molestè ferebat. aitq; se ipse hanc ob caussam in bello Africo non fuisse, quòd parum sibi videretur in ijs quæ prius gesserat gratiæ consecutus. Heluo) vorator & gurges. Heluonem veteres dixere bona sua immoderate consumentẽ: & heluari patrimonium comesse, & gulę indulgere. M. Tullius Catonẽ librotum heluonem decenter appellat. In Oratione pro Sestio, Vtrũ ego tibi patrimoniũ eripui Gell. an tu comedisti, quod tu meo periculo gurges ac voraigo patrimonij, heluabare? Au. Gell. Plericq; in patrimonijs amplis heluarent. Heluari.

In eius igitur copias cum se subito ingurgitauisset, exultabat gaudio persona de mimo, modo egens, repẽte diues. Sed vt est apud poetã, nescio quem, Male parta, male dilabuntur: incredibile ac simile portenti est, quonam modo illa tam multa quàm paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argẽti, precioſa vestis, multa & lauta supellex & magnifica multis locis: non illa quidem luxurioſi hominis, sed tamen abundantis. Horum paucis diebus nihil erat. Quæ charybdis tã vorax? Charybdim dico? quæ si fuit, fuit animal viuum: oceanus mediusſidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis posita, tam cito absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum. Apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. Alia mimi rapiebant, alia mimæ: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur, atq; id locis pluribus. Suggerebantur etiam sæpe, non enim semper iste felix, damna aleatoria. Con-

chyliatis Cn. Pompeii peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Quamobrem desinite mirari hæc tam celeriter esse consumpta. Non modo vnius patrimonium, q̃uis amplissimum, vt illud fuit, sed vrbes, & regna celeriter tanta nequitia deuorare potuisset. At eiusdem ædes etiã & hortos. O audaciam immanẽ: tu ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimũ limẽ intrare? tu illarum ædium diis penatibus os importunissimum ostendere? Quam domum aliquandiu nemo aspicere poterat, nemo sine lachrymis præterire: hac te in domo tam diu diuersari non pudet? In qua quãuis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse iucundũ. An tu illa vestibula, rostra, spolia, cum aspexisti, domum tuam te introire putas? fieri non potest, q̃uis enim sine mente, sine sensu sis, vt es: tamen & te & tua & tuos nosti. Nec vero te vnquam, neq; vigilantem, neque in somnis credo mente posse consistere.

TRAPEZVNTIVS. Copias) facultates, diuitias. Ingurgitauisset) id est tanquam gurges quidam & vorago immisisset. Apothecæ) repositoria. ἀποθῆκαι. Totos dies potabatur: Suggerebantur) subministrabãtur, subijciebantur: interdum enim in alea multorum nummorum perdebatur.

Importunissimum) impurissimum, improbissimum. Importunum illud dicitur in quo nullum est auxilium, velut solet esse potius nauigantibus. Diuersari) ad tempus habitare, vnde diuersoria dicuntur quo ex itinere diuertere solemus, καταλύσεις καὶ καταλύειν graece. Vestibulum vel à ve quæ est particula diminutiua, & stando, quia ibi non stetur: vel à vestiendo, vt quidã volunt. Rostra) quæ à Pompeio foribus suspensa sunt, cum de piratis victoriam reportasset. Spolia) quæ ex alijs victoribus & terrestribus bellis superatis hostibus domum retulit.

MATVR. COPIAS) maximas diuitias. INGVRGITASSET) tanquã gurges quidam & vorago: & cum felle hoc ait, simul & magnitudinẽ diuitiatum hoc verbo significans Pompeij: & nimiam Antonij ac importu-

nam auiditatẽ. PERSONA de mimo) veluti de persona aliquo Mimo & histrione assumpta, qui modo reges agat, modo priuatos: modo dominũ, modo seruum: nunc lætum aliquem, nunc tristem alium. Varia erat Antonij persona, & pro fortunę conditione, nunc tristis vultus cum egeret: nunc lætus cum abundaret. NVMERVS) mensura, quæ numerum & mensuram significant inuicem pro se poni solent. QVAE charybdis) de Tropis præcipiens Fabius, Crescere nonnunquam hyperbolem, inquit, alia insuper addita, & hic sequitur oceanus mediusfidius. APOTHECAE) loca in quibus vinum, oleum, triticum, & alia id genus reponuntur, Latine horrea & repositoria possumus dicere. De apothecis vini Plin. loquitur. Hypotheca pignus est. CONCHYLIATIS) laudat hanc amplificationem Fabius, & Ciceronem inquit tantum de M. Antonij luxuria fingere non potuisse quantũ dicendo ostendit conchyliatis peristromatis Cn. Pompeij lectos in seruorum cellis fuisse stratos. Nam cum hoc ita esset, aliquid amplius in ipso domino, necesse erat cogitare. Conchylia, in genere sunt purpurarum, quarum succo, purpureus tingitur color: vnde conchyliata vestis. Et Iuuenalis ait cum stomacho de Græcis loquens, Horum ego non fugiam Conchylia? hoc est cõchyliatas & purpureas vestes, quibus sunt indignissimi. Peristroma gręca dictio strangulam vestem significat & aulęum: περὶ enim circum, στρωμνύω vero extendo, sterno: quòd circũsternuntur huiusmodi vestes, quæ etiam peripetasmata nominantur. datiuus & ablatiuus numeri multitudinis in his nominibus in bus exeunt, & in is, vt poematibus, & poematis. Plaut. Lectũ, inquit, est in poematis. AEDES) Pompeij. HORTOS) Pompeianos. TV INGREDI) Repetitio est aptissima contentioni & inuectioni: habet enim acrimoniæ plurimum. ROSTRA NAVIVM) quæ pro foribus erãt affixa maritimarum victoriarum monimenta, quas Pompe. de piratis adeptus fuerat. Postibus hęc affigendi Romanis mos fuit, quem Virg. ad Regem Latinum transtulit, dicẽs, Multaq; præterea sacris in postibus arma Captiui pẽdent currus, curuæq; secures, Et cristæ capitum & portarum ingentia claustra, Spiculaq;, clipeiq;, ereptaq; rostra carinis. ET TE) Pompeio dissimillimum & illa domo indignissimum. TVA) Tenuissima. TVOS) Nulla in re cum Pompeio conferendos. CONSISTERE) Quiescere, quin agiteris & perturberis.

Apotheca.

Hypotheca.

Cõchylia.

Peristroma.

Rostra.

TRAP. Illam suam suas res habere iussit) quod ab his fiebat qui diuortium faciebant: nam vxoribus vt dotem suam retinere iubebant.

BEROALDVS. Persona de Mimo) Personæ histrionicę mutabiles sunt & variæ: modo enim histrio agit opulentum & Regem, modo egenum & humilem. Talem fuisse Antonium significat: qui repente ex diuite factus sit egens ob heluationes popinationesq; & luxuriam exuperantissimam. Apud priscos vecticularia vita eorum dicebatur, qui repente largiter haberent, repente nihil. Apud poetam nescio quem) Næuium significat, quod Festus

Personæ.

Vecticularia vita.

Partus. Parta bene

Põpeius euidenter oſtendit ſic ſcribens, Partus ponitur pro parato. Neuius, Male parta male dilabuntur. Cõſimilis eſt illa Plautina ſententia, Male partum male diſperit. Metellus inter decem res quas optimas habuit, gloriatus eſt ſe pecuniam magnam bono modo partã habuiſſe, Plato in Gorgia cãtilenam conuiualem celebrat, in qua cãtabatur optimum eſſe bene valere: ſecundo loco formoſum eſſe: Tertio, habere diuitias bene partas: tanquã optãda non ſint nec pro diuitijs habenda quę male parta ſunt. At nunc videre eſt inſitam eſſe mortalibus inexhauſtam atq; inexplebilem habendi cupiditatẽ: qui non curant, minimeq; in hoc ſolliciti ſunt vt honeſte rem faciant, vt bene parta poſſideant: Sed per rapinas, per furta, per vſuras rem conduplicare & in infinitum augere contendunt. Dies noctesq; huic diuitiarum cumulãdarum ſtudio ſitienter impendũt. Quibus maior eſt marſupij cura quàm vitæ: quibus nihil eſt ſatis ſcilicet improbæ creſcunt diuitiæ: tamen curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. Verum multiplicent patrimonia, horrea habeant gazis refertiſſima, aurum calcent & argentum: tamen non tam diuitias habẽt, quàm â diuitijs habentur: ſic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrẽ cum illa nos habeat.

Charybdis

Charybdis tam vorax) cum tranſlatis verbis magis delectentur veteres quàm proprijs. ſyrtim patrimonij dicebant & charybdim bonorum eos qui bona vorauerant, & patrimoniũ prodegerãt, Quintilianus in octauo, Creſcit interdum, inquit, hyperbole alia inſuper addita. vt Cicero in Antonium, Quæ charybdis tam vorax? vtiturq; hoc toto Ciceronis exemplo ad hyperbolen explicandam. Tricarius declamator in ſuaſoria qua deliberat Cicero, an Antonium deprecetur, hoc totum eleganter vſurpat, cum ſic ait, Quæ charybdis eſt tam vorax, charybdim dixi, quæ ſi fuit animal, vnum fuit: vix mediuſſidius oceanus tot res tamq; diuerſas vno tẽpore abſorbere potuiſſet. huic tu fæuienti putas Ciceronem poſſe ſubduci?

Periſtromata.

Conchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis) Quintilianus, Quid M. Tullius de Antonij luxuria tantum pingere ſaltem potuiſſet quantum oſtendit dicendo Cõchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis ſtratos lectos videres. Cõchyliata periſtromata & Cn. Pompeij de ſeruis & cellis, nihil dici poteſt vltra, & neceſſe eſt tamen infinito plus in domino cogitare. Sunt autem periſtromata aulæa & ſtragula veſtimenta, quæ & peripetaſmata nominantur. Cõchyliata accipe pro purpurea & purpurarum infectu precioſo colorata. De conchylijs apud Plin. in nono. De conchyliata veſte apud Suetonium in primo cõmentario. De periſtromatis ſiue periſtromatibus vbiq; librorum meorum crebra eſt mentio. Eſt autem periſtromatis hoc in loco ſeptimus caſus vt poematis epigrammatis pro epigrammatibus & poematibus: frequenter vtuntur. ſexcenta præſto ſunt exempla, & ratio grãmaticæ. huiuſmodi nomina videntur apud priſcos ſecundi ordinis fuiſſe, vt hoc periſtromatum, hoc emblematum: quod & Priſcianus Martianuſq; notificant.

Tãta nequitia) Nequitiam hoc in loco intelligit luxum vitę pro-

digum, effuſamq; prodigalitatem, quam Græci ἀσωτίαν vocant. Conſimiliter dixit Claudius in primo Annalium, Luxuria & nequitia pecuniam magnam cõſumpſerat: & omnia mala, vt dicere ſolebat Publius Africanus, probra & flagitia quæ homines faciunt in duabus rebus, ſunt malitia atq; nequitia. Roſtra) ſpolia cum aſpexiſti. Signa pro veſtibulo Pompeianæ domus affixa fuiſſe ſpolia hoſtilia, & nauium roſtra. quæ ex bellis piraticis Põpeius reportauerat. hæc hoſtium ſpolia affixa in foribus & circa limina, vt inquit eleganter Plinius, erant animorum ingentiũ imagines: quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant, eratq; hæc ſtimulatio ſumma & ingens, exprobrantibus tectis quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.

Roſtrorũ fixorũ iure & cauſſæ.

Neceſſe eſt: q̃uis ſis, vt es, *vinolentus & furens, cum tibi obiecta ſit ſpecies ſingularis viri, perterritũ de ſomno excitari, furere etiam ſæpe vigilantem. Me quidem miſeret parietum ipſorum atq; tectorum. Quid enim vnquam domus illa viderat, niſi pudicum? niſi ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina? Fuit enim ille vir P. C. ſicut ſcitis, cum foris clarus, tum domi admirandus: neq; rebus exteris magis laudãdus, quàm inſtitutis domeſticis. Huius in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro triclíniis popinæ ſunt: et ſi iam negat. Nolite, nolite quærere. frugi factus eſt. Illã ſuã ſuas res ſibi habere iuſſit. Ex. xii. tabulis *claueis ademit, exegit. quàm porrò ſpectatus ciuis? q̃ probatus? cuius ex omni vita nihil eſt honeſtius, quàm quòd cum Mima fecit diuortium. At q̃ crebrò vſurpat & Conſul & Antonius? hoc eſt dicere & Conſul & impudiciſſimus: & Conſul & homo nequiſſimus. Quid enim eſt aliud Antonius? nã ſi dignitas ſignificaretur in nomine, dixiſſet aliquando, credo, auus tuus ſe & Conſulem & Antonium. nũquam di-

* violẽtus.

*cauſſam addidit,

xit. dixisset etiam Collega meus, patruus tuus: nisi solus esses Antonius. Sed omitto ea peccata, quæ nõ sunt earum partium propria, quibus tu Rẽp. vexauisti. Ad ipsas tuas partes redeo, id est ad ciuile bellum: quod natũ, conflatum, susceptum opera tua est. Cur ei bello *tandẽ propter timiditatem tuam & propter libidines defuisti? Gustaras ciuilem sanguinem, vel potius exorbueras: fueras in acie Pharsalica antesignanus: * C. Domitiũ nobilissimum & clarissimum virum occideras: multos, qui de prælio effugerant, quorum Cæsar nonnullos fortasse seruasset, crudelissime persecutus trucidaras. Quibus rebus tantis, talibus, gestis, quid fuit caussæ, cur in Africam Cæsarem non sequerere? cum præsertim belli pars tanta restaret.

*tum

*L.

TRAP. Pro triclinijs) Triclinium locus est vbi discumbitur, id est cœnaculum. Popinæ) sunt loca guloſorum, vbi coquũtur res ad gulam pertinentes. Causſam) scilicet repudij. Ei bello) quod in Africa gestum est cum Scipione & Iuba, & reliquis Pompeianis.

Popinæ.

ASCEN. In Victori. est: vrbes & regna celeriter &c. quæ vltima particula videtur non superuacanea. Est etiam aliquanto pòst. Ex. xij. tabulis claueis ademit: quod videtur mihi multò lautius, quàm quod vulgo etiam à cõmentarijs legitur causſam addidit.

MATVRANTIVS. STABVLA) Veluti stabula quædam & diuersoria in quibus impuri ac nefarij pernoctãt. nam stabula diuersoria etiam in quibus diuersari, hoc est ad tempus habitare & ex itinere possunt homines. Iureconsulti de cauponibus loquuntur & stabularijs. TRICLINIIS) Qui est locus discumbendi, à tribus toris seu mensis dictus, ibi enim comedebant præcipue in conuiuium accepti: cui apparando qui prẽerat, architriclinus vocabatur. POPINAE) sunt in quibus cocti quippiam venditur, vbi qui versarentur gulæ indulgentes, popinones sunt appellati: quod Marcellus ait. Tyberius Cæsar quod inquit Tranquillus, ædilibus negocium dedit popinas ganeásque vsq; eo inhibendi, vt ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. FRVGI) modestus ac temperans, & iocatur. ILLAM

Stabula.

Triclinia.

Popinæ.

SVAM)Volumniam Mimam,Suas res sibi habere iussit, ac si dicat,fecit cum illa diuortium:nam quod ait Paulꝰ,titulo de diuortijs: In his & repudijs his vtebatur verbis,Tuas res tibi habeto.Item tuas res tibi agito. EX. XII. TABVLIS)ex lege.xij.tabularum,quę vult ex caussa fieri diuortium:& nisi adiecta caussa(sunt autem plures)ratum non esse . nullum autem diuortiũ ratum erat,nisi septem ciuibus Romanis puberibus adhibitis. EXEGIT) expulit:hinc dicuntur exacti reges. SPECTATVS)ipse interpretatur subiungens & probatus.Virgil.Et rebus spectata iuuentus. AT QVAM cre- bro vsurpat & Consul & Antonius)frequenter hoc vsurpabat Antonius, & Consul & Antonius iubet,vel edicit non Consul Antonius,quasi empha sis quædam,& vis atque authoritas suo inesset nomini proprio. Sed insolen ter & superbe nimis,quod reprehendit & insectatur Cic. AVVS TVVS) M.Antonius orator,qui Consul fuit,dixisset se & Consulem & Antonium. COLLEGA meus)in Consulatu C.Antonius. SOLVS esset Antoni) hoc est impudicissimus & nequissimus. EARVM partium propria) ac si diceret earum actionum. OPERA TVA)per te & tua caussa. NATVM) ordo naturalis nascitur quippiam,coalescit & augetur , in vsum inde deducitur. ET BELLO) Africanum intelligit, quod cum Scipione & Iuba ac reliquis Pompeianis in Africa gestum est. ANTESIGNANVS) custodiendis signis & vexillis præpositus.

Res suas si bi habere.

Diuortij caussæ.

Spectatus.

Antesigna nus.

BEROAL. Pro triclinijs)popinæ sunt . Popina est locus in quo escu lentiora cibaria concinnantur,& scite concinnata venduntur . diuersoriumq; est nequitiæ & gulæ.Inde popinones dicti ganeones & gulosi:quorũ Deus popina est.hinc & popinatio nuncupatur heluatio & voratrina,quam græco vocabulo ἀσωτίαν appellant.Horatius,Fornix tibi & vncta popina Incutiunt vrbis desiderium. Frugi factus est) temperatus,abstinens,moderatus.De frugalitate copiose scripsi in commentarijs Tusculanarum: Frugalitati aduersatrix est luxuria,id est prodigentia.Quintilianus,Est argumentorum locus ex commentarijs,si frugalitas bonum,luxuria malum. Suas res sibi habere iussit) intelligi vult inter Antoniũ & Mimam Citheridem factũ esse diuortium:nãq; in repudijs,id est in renunciationibus comprobata sunt hæc verba.Res tuas habeto.Item res tuas tibi agito . hinc ait matrona Plautina à marito diuortens.Valeas,tibi habeas res tuas,reddas meas. Si dignitas in nomine)Ex nomine proprio interdum argumenta ducuntur: sic apud Euripidem nomen Polynicis,vt argumentum morum frater incessit,sic Cic. in Verris nomen locatus dicit ius Verrinum nequam, & quòd Siculorũ bona conuerteret. Cæsar fortasse seruasset)clementiã Cæsar in victoria belli ciuilis admirabilẽ exhibuit.In acie Pharsalica proclamauit, vt ciuibus parceretur.Deincepsq; cuilibet suorum vnum quem vellet partis aduersæ seruare concessit, nec vlli fere periisse nisi in prælio reperiuntur,laudatur vox Cæsaris illa plena clementiæ,neminem nisi armatus occidi.

Popina.

Frugi.

Noĩe de ducta argumenta.

Cęsaris clementia.

Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? cuius tu Imperatoris Quæstor fueras, Dictatoris magister equitū, belli princeps, crudelitatis author, prædæ socius, testamenti, vt ipse dicebas, filius, es appellatus de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Primo respondisti plane ferociter: & ne omnia videar cōtra te, propemodum æqua & iusta dicebas. A me C. Cæsar pecuniam? cur potius quàm ego ab illo? an ille sine me vicit? an ne potuit quidem? Ego ad illum belli ciuilis causſam attuli: ego leges pernicioſas rogaui: ego arma contra Consules Imperatoréſque Pop. Ro. cōtra Senatum Pop. q; Ro. contra deos patrios, aráſque & focos, cōtra patriam tuli. Num ſibi ſoli vicit? quorum facinus commune, cur non ſit eorum præda communis? Ius poſtulabas. Sed quid ad rem? plus ille poterat. Itaq; exclusis tuis vocibus, & ad te, & ad prædas tuas milites miſit: cum repente à te præclara illa tabula prolata, qui riſus hominum de te erat? tantam eſſe tabulam, tam varias, tam multas poſſeſſiones: ex quibus præter partem Miſeni, nihil erat, quod is, qui auctionaretur, poſſet ſuū dicere. Auctionis vero miſerabilis aſpectus, veſtis Pōpeii num multa, eaq; maculoſa: eiuſdem quædam argentea vaſa colliſa, ſordidata māncipia: vt doleremus quicquam eſſe ex illis reliquiis, quod videre poſſemus.

ASCEN. Excluſis tuis vocibus) Victori. habet excuſſis. Et vbi legitur, ad prędas tuas: ad pediſſequos tuos: Et aliquanto pòſt, vbi eſt, Tu vero quis? habet, Tu vero quid cenſes?

TRAP. Numero)gradu honoris.Rogaui, cum tribunus plebis esset. vnde dicuntur rogationes. Auctionaretur)auctionãtur qui bona sua per præconem vendunt.hoc interest inter subhastare & auctionari. Subhastare est bona hostium & inimicorum proponere.Auctionari priuatorũ. Collisa)fracta Mancipia) quicquid manu capi potest.

MATVR. QVEM locum obtinuisti)ac si dicat,vilem locum & conditionem.Ant.hanc sibi dicebat caussam fuisse cur bello Africano non interesset,quòd parum gratiæ in his quæ prius gesserat videretur consecutus, cum domus Pompeianæ preciũ ab eo exegisset Cęs.qui reuersus ex Africa quasi parum æquus Anton. Dolabellæ enim inimico eius veniam dedit & tertium Consulfactus Lepidum non Ant.Collegam voluit. QVO numero) quo ordine & honoris gradu. PRO domo)Põpeiana. PROSECTIONE) Emptione bonorum Pompeij. A MEC.Cæsar pecuniam)scilicet postulat & sunt Antonij verba. NE potuit quidem)sine me vincere. ROGAVI)cum Trib. pleb. essem, rogando tuli leges in populo libero vt Romæ quondã iniussu populi latæ,nõ ratę erãt: & quoniam rogari hoc est interrogari populus solebat,rogationes dicebãtur.Acteius Capito legem definiuit, generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu. IVS postulabas) num quod ius erat & æquũ petebas Antoni? PRAECLARA illa tabula)in qua bona quæ tua esse asseuerabas & diuendebas,descripta erant,sic inquit deridendo. PRAETER partem Miseni)prædia ad Misenum (quod dictum est) obtinebat Antonius cum socijs. AVCTIONARETVR)venderet:nam bona Pompeij à Cęsare empta non persoluto precio rursus vendere coactus est Antonius. AVCTIO) venditio quædam est in loco celebri:hinc auctionari publicæ & sub hasta aliorum bona vendere.Deferre præcium in auctione licitari est:qui vero defert licitator dicitur. & quoniam in huiusmodi venditione alius alio maius precium pollicetur,auctio nominatur. MACVLOSA)varia, vt in auleis videmus maculas & colorum varietates.Virgilius:Aut maculosæ tegmine lyncis. Aut fœdata,nã seruorum & impurissimorum lectos ea sterni & ornari passus erat Antonius.L.Rubrij:cuius hæreditatem dolo & calliditate(quod prius dictũ est)inuasit Antonius,quare veri hæredes fieri hanc auctionem prohibebant, decretum Cæsaris interponẽtes,quod scilicet ipsis si qua essent Antonij bona deberentur,à quo Rubrij hæreditate essent priuati.

Auctio.

Licitari.

BEROAL. Appellatus est de pecunia) Verbum est propriũ creditorũ, qui debitores de pecunia significanter appellant. Quintilianus, Pauper eras & maxime à creditoribus appellabaris. Item non debui tibi pecuniam:nunquã me appellasti.fœnerator Alphi⁹ dicere solebat,vt inquit Columella,Bona nomina fieri mala, si nunquam appelles. Pro sectione) Emptionem Pompeij bonorum significat.De sectione & sectoribus supra abunde dictũ est. A me Cæsar) sermocinatio est oratoria,quæ fit cum alicui personę sertio.

Appellatus de pecunia.

Sermocinatio.

Cõformatio. mo tribuitur, & is exponitur cum rarione dignitatis. Conformatio vero est, cum res muta fit eloquẽs. & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata. Sicuti Cicero Rempublicam facit loquentem, græco vocabulo prosopopeiam vocant. Leges rogaui) Tribunus Antoni⁹ dum morẽ gerit Cæsari, multas leges pernicioſas tulit. Legis autẽ caput ipſum & origo & quaſi fons rogatio eſt, cum ſcilicet magiſtratus rogat populum. Velitis iubeatis ne Quirites hoc & illud fieri? Niſi autem populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iuſſum fieri poteſt, hinc leges appellauerunt rogationes.

Prosopopeia.

Lex quid.

Hanc tamen auctionem hæredes L. Rubrii decreto Cæſaris prohibuerunt. Hærebat nebulo: quo ſe verteret, non habebat. Quippe in is ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus deprehenſus dicebatur eſſe cum ſica. de quo Cæſar in Senatu aperte in te inuehens, queſtus eſt. Proficiſcitur in Hiſpaniam Cæſar, paucis tibi ad ſoluendum propter inopiam tuam, prorogatis diebus. Ne tum quidem ſequeris, tam bonus gladiator? rudem tam cito accepiſti? Hunc igitur quiſquam, qui in ſuis partibus, id eſt in ſuis fortunis tam timidus fuerit, pertimeſcat? Profectus eſt tamen aliquando in Hiſpaniam, ſed tuto, vt ait, peruenire non potuit. Quonam modo igitur Dolabella peruenit? Aut non ſuſcipienda fuit iſta cauſſa Antoni, aut cum ſuſcepiſſes, defendenda vſque ad extremum. Ter depugnauit Cæſar cum ciuibus, in Theſſalia, Africa, Hiſpania. Omnibus affuit his pugnis Dolabella. In Hiſpanienſi etiam vulnus accepit. Si de meo iudicio quæris, nollem: ſed tamen conſilium à principio reprehendendum, laudãda conſtantia. Tu vero *quid cenſes? Cn. Pompeii liberi primum patriam *petebãt. Eſto, fuerit partiũ hæc cauſſa communis. Repetebant præterea deos penates pa-

*quis es?

*repetebãt

trios,aras,focos,larem ſuum familiarem,in quæ tu inuaſeras.Hæc cum peterent armis ii quorum erant legibus,etſi in rebus iniquiſſimis quid poteſt eſſe æqui? Tamen erat æquiſſimum contra Cn. Pompeii liberos, Cn.Pompeii pugnare ſectorẽ. An tu Narbonæ in mẽſas hoſpitum cum vomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? Qui vero Narbona reditus? & tamen quærebat,cur ergo ex ipſo curſu tã ſubito reuertiſſem. Expoſui nuper P.C.cauſſam reditus mei. Volui etiam ſi poſſem ante Kalendas Ianuarii prodeſſe Reipublicæ. Nam quod quærebas, quo modo rediiſſem? Primum luce,non tenebris. Deinde cum calceis & toga: nullis nec gallicis nec lacerna.At etiã aſpicis me& quidem,vt videris,iratus.Ne tu mecũ iã in gratiã redeas,ſi ſcias,quã me pudeat nequitiæ tuæ,cuius teipſum non pudet. Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui,quàm quod qui magiſter equitum fuiſſe tibi viderere, in proximum annum Conſulatum peteres, vel potius rogares. Is per municipia, coloniáſque Galliæ,à qua Conſulatus noſter petebatur, non rogabatur.Petere Conſulatum ſolebamus.Cum *gallicis & lacerna cucurriſti.At videte leuitatem.

*caligis.

TRAP. Nebulo)epithetum nequam ſerui, quos comici idcirco appellant, quòd nebulas dominorum oculis offundũt.& eos decipiunt,aut quòd leues & futiles ſint quaſi nebulæ. Proficiſcitur in Hiſpaniam)ſecunda expeditione aduerſus Pompeij filios. Gladiator) gladiatorem appellat M. Anton.quòd gladios in ciues Romanos exercuerit. Rudem) rudis virga quædam ſiue baculus qui dabatur gladiatoribus emeritis, id eſt, quibus per ætatem artem finire licebat in ſignum virtutis. Qui vero Narbona reditus)Nam cum Romã nunciatum fuiſſet Gæſarem Pompeij filium ſuperaſſe,multi congratulatum vrbe obuiam exierant, inter quos cum eſſet Anto-

Nebulo.

Rudis.

nius,repentino sed falso nuncio allato de morte Cæsaris statim Romam reuertit. Lacerna) quod minor capitio est sic dicta. Lacina vero pars vestimenti.

Lacerna.

MATVR. HAEREBAT)dubitabat incertus animi. NEBVLO)Pompeius Fest. Nebulo inquit,est qui non pluris est quàm nebula,aut qui nõ facile perspici potest qualis sit, nequam & nugator,scio aliter & Donatum & Marcellum dicere. SICA.)Sicarios per abusionem vocam⁹ qui cædem telo quocũque commiserint,inquit Fab. TAM bonus gladiator)veluti gladiator qui Cæsarem quocunque ibat comitabatur , & ad id allusit quod in ciues Romanos Antonius sæpe gladios strinxerat. RVDEM) vacationẽ & cessationem ab arte gladiatoria:nã rudis fœminino genere virga est qua donati gladiatores emeriti erant,& cogi ad certamen & pugnam amplius non poterant:Iuuenalis , Hic Sergius olim acccepta rude cepisset Veiento videri. Hinc Horatius de se per similitudinem ait, Spectatum satis & donatum iam rude quæris Mœcenas iterum antiquo me includere ludo . Et Oui. Me quoque donari iam rude tempus erat. ALIQVANDO)sero, scilicet.

Nebulo.

Sicarij.

Rudis.

VT ait)prætendit enim hanc caussam ignauiæ. ISTA caussa) Cæsaris.

TER depugnauit Cæsar)in Thessalia,cum Pompeio : in Africa cum Scipione & Iuba:in Hispania,cum Pompeij liberis. IN Hispaniẽ) quæ ad Cordubam & Mundam pugnata est, tanto Cæsaris periculo vt desperatis rebus,etiã de cõsciscẽda sibi morte cogitauerit:graue tunc Dolabella vulnus accepit. SI de meo iudicio quæris) affuisse omnibus pugnis Dolabellam. principia sæpe possunt reprehendi,& tamen constãtia ac perseuerantia laudat,id quod in te desiderat Antoni. TV vero quis es?)si de te , inquit,quæramus qualis es. CN. Pompeij liberi)Cn.& Sextus. HAEC)patria . nam vtrique partium Pompeianis & Cęsarianis communis erat patria: ac si diceret,nõ quòd cum alijs commune illis erat,repetebant:tãtum sed priuata etiã quæ tenebas tu. DE OS penates patrios) Qui fuerint dij penates & Macrobius & Dionysius inuestigant. FOCOS)vbi sacra fiunt. LAREM suum familiarem)quem singulę venerabantur familiæ,& cui ad focum rem diuinam faciebant. Plaut⁹ in Aululari a:Ego sum lar familiaris . Qui sint lares docet Ouidius in Fastis. HI)Põpeij liberi. Tamẽ erat æquissimũ) putabatur non iniquum pro rebus pugnare quas tibi vendicasses ne eriperentur.

Lar.

SECTOREM)in auctione vendentem, quæ à Cæsare redemeras Pompeij bona. QVI vero Narbona reditus)inhonestus scilicet qualẽ infra describit. nam digreditur interim Antonio respondens:quæsierat enim cur tam subito ex ipso cursu,cum in Græciam nauigaret,redijsset : id quod in prima Philippica dictum est. suum cum illius comparat habitũ,quo in reditu vterq; vsus est,dicens,Cum nunciatum Romæ esset, Cæsarem ex Hispania victorem aduẽtare,ciuitatis primores fere omnes obuiam prodiere . Cunque Antonius etiam quàm longissime processisset,& exortus rumor esset Cæsarem occisum



occiſum eſſe,hoſtéſque in Italiam properare,illico in vrbem Antoni⁹ rediit, famuli veſte indutus,noctu domũm venit,& ſeſe Fuluiæ vxori talem exhibuit,qualem Cicero per notationem deſcribit. NON tenebris) vt tu Narbona rediſti. CVM calceis & toga)Qui ciuilis habitus. CALIGIS)quæ ſunt militares & caſtrenſes: vnde C.Cæſar Caligulæ cognomen traxit,quia paruulus manipulario habitu inter milites educatus eſt, quod ait Tranquil. vnde caligati, armati ea parte corporis quæ tibialibus munitur. NEC lacerna)quæ & ipſa militatis eſt veſtis,minor capitio,vt ait Feſt⁹: quod ſic dicitur,quoniam pectus capit & induſium operit id quod intra omnes veſtes corpori adhæret.Var.autho.Quicquid intra capitium & togam,hoc eſt veſtem exteriorem,ſumebant,fere ſubuculam dixere. NAE tu mecum) certe aut valde. EX omnium)Ea gratia in Galliam profectus erat Antonius cũ aduentare Cæſar nunciaretur, vt Conſulatum ab eo,fauore municipiorum & coloniarum Galliæ rogaret.erat enim initurus quartum Cõſulatum Cæſar,& dignum ſe conſulatu iudicabat Antonius,quòd magiſter equitum extitiſſet.Municipia vero & coloniæ ius habebant ciuitatis Romanæ,& dandi ſuffragij comitijs Conſularibus.Ad quæ caligatus & lacernatus cucurrerat Antonius,rogaturus vt pro ſe ad Cæſarem intercederent, quod vehementer reprehendit Cicero:nam neque ſic eundum fuerat, neque rogandus Cõſulatus,ſed petendus:& olim,inquit,cum petebatur Conſulat⁹,per virtutem & bonas artes,non autem vnus Cæſar rogabatur, petere ſolebamus Conſulatum.quaſi tunc eum rogauit Antonius:ideóque non peteretur,quod vn⁹ rogandus eſſet.Antonium Iulius in quarto de quo diximus Cõſulatu,Collegam ſibi aſſumpſit.

Caligæ.

Lacerna.

Capitium.

BEROAL. Nullis nec caligis nec lacerna)Vt exiſtimem legendum eſſe gallicis,facit Aulus Gellius,qui gallicas docet eſſe ſoleas & calciamẽta effœminatorum, quibus calciatos viros ingredi nequaquam decorum ſit.ſic & paulò infra legendum,cum gallicis & lacerna cucurriſti. hoc enim eſt illud turpe crimen:quod apud Gellium Caſtricius rhetor à M.Tullio obiectatum eſſe M.Antonio ſeuere differit:autumat Aulus Gellius verbum id eſſe nouũ, nec diu ante ætatẽ M.Ciceronis vſurpari cœptũ. Videntur Gallicæ tam fuiſſe viris indecoræ quàm Sycionij calcei. De quibus dixit ad Lyſiam Socrates,Si mihi,inquit,calceos Sycionios attuliſſes,non vterer, quãuis eſſent habiles & apti ad pedem,quia non eſſent viriles. Lucilius,Sycionia id calceamenti genus neutraliter protulit illo verſu, Et Pedib⁹ læua Sycionia demit honeſta. At videte hominis leuitatem)Aulus Gelli⁹ citat hoc Ciceronis teſtimonium docens leues à veteribus dictos eſſe viles & nullo honore dignos.& leuitatem,quaſi vilitatem,tanquam hoc vocabulo iſta in Antonio dedecora notentur:quòd in caupona deliteſceret,quòd ad veſperam perpotaret,quòd ore inuoluto iter faceret ne cognoſceretur.

Gallicæ.

Sycioni calcei.

Leues.

ASCEN. Nullis nec caligis nec lacerna)lego cum Beroaldo,nullis vel



non istis, nec gallicis nec lacerna: istis scilicet tuis, quia mox sequitur, Cũ gallicis & lacerna cucurristi. Item. Inde cisio celeriter ad vrbem vect⁹, vbi legitur Cassia. Item paulò antè, Is per municipia: vbi vulgo legitur ídque. Habet etiam Victorinus codex, inde cisio: & is per municipia. Illud autem sic intelligo, Ianitor pulsatis foribus dixit, Quis tu? & Antoni⁹ respõdit, A. Marco. scilicet Antonio sup. sum missus: & apertis foribus tabellarius deducitur â ianitore ad Fuluiam &c.

Cum hora diei fere. x. ad Saxa Rubra venisset, delituit in quadam Cauponula: atque ibi se occultans, perpotauit ad vesperum. inde cisio celeriter ad vrbem aduectus, domum venit capite inuoluto. Ianitor, quis tu? à Marco tabellarius. Confestim ad eam, cuius caussa venerat, deducitur, eique epistolam tradidit: quam cum illa legeret flens, erat enim amatorie scripta, caput autem literarum, sibi cum illa mima post hac nihil futurum: omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse. Cum mulier fleret vberius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collũ inuasit. O hominem nequam? Quid enim aliud dicã? magis proprie nihil aliud possum dicere. Ergo vt te catamitum neque opinato cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, iccirco vrbẽ terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? Et domi quidem caussam *amoris habuisti, foris etiam turpio- turpiorem. ne L. Plancus *prædes tuos venderet. Productus autem in concionem à Trib. pleb. cum respondisses te rei tuæ caussa venisse, populũ in te dicacẽ etiã reddidisti. Sed nimis multa de nugis. ad maiora veniamus. Cæsari ex Hispania redeunti obuiam longissime

*amoris habuit.
*pędes.

processisti . celeriter isti, & redisti, vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum . factus ei rursus nescio quomodo familiaris. Habebat hoc omnino Cæsar, quem plane perditum ære alieno, egentémque, si eundem nequam hominem, audacémq; cognouerat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. His igitur rebus plæclare commendatus, iussus est renunciari Consul.

TRAP. Delituit) aut timens quoniam hostes occupasse vrbem dicebãtur, aut certe vt liberi⁹ perpotaret. Cassia via) qua iter erat Roma in Galliam per Tusciam: Dicta cassia quia à Cassio erat strata. Catamitum) pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. Dicacem) Dicaces dicuntur faceti & mordaces & σκομματικοί ἄνθρ. Cæsari ex Hispania redeunti) quo tempore Cæsar per Italiam lectica veheretur, secum semper in lectica habuit Antonium. & Romam reuersus, & quintum Consul declaratus, Antonium in Collegam sibi adiunxit. Cassia. Dicax.

MATVR. FERE decimo) circa meridiem: nam diei initium Romanis à media nocte est, vt Aulus Gellius & Macrobius docent. Meridie cibum sumebãt hora decima. Martialis, Hora libellorum decima est Epheme meorum, Temperat Ambrosias cum tua cura dapes . AD Saxa Rubra) locus in via Cassia inter vrbem & Veios, quorum Liuius meminit libro secundo ab Vrbe condita dicens, Ita fusi retro ad Saxa rubra, vbi castra habebãt. Illic perierũt Fabij illi trecenti. Cassia vero via erat quę in Liguriã per Thusciam ducebat, à L. Cassio Longino strata, qui Tri. pleb. C. Mario & C. Flacco Cõsulibus plures leges ad minuendã nobilitatis potentiã tulit. Cõsul postea à Tigurinis Gallis in finibus Allobrogum cũ exercitu cæsus est. DELITVIT) vt cognosceret reuera tãtisper quid in vrbe ageretur. nũciatũ enim Cæsarem interfectum vt velle videtur Cicero, quo se componeret, & veluti Tabellarius ab Antonio missus vxori se exhiberet. IANITOR, quis tu?) Scilicet, es, inquit. A MARCO) scilicet Antonio. AD eam) Fuluiam. CAPVT autẽ literarũ) initium literarum hoc cõtinebat. ILLINC) à mima Volumnia. HANC) Fuluiam. NEQVAM) qui ne tanti quidẽ est, quã ei quod habetur minimi, quasi nequicquã. VT catamitum) mollem & effœminatum. Catamitũ, inquit Põp. Fest. pro Ganymede dixerũt, qui fuit Iouis cõcubin⁹, & nos sic vocamus scorta mascula. TERRORE nocturno) Rumor enim falsus de Cæsaris cæde exortus erat, & Antonius noctu vrbẽ ingressus trepidationẽ auxerat. MVLTORVM dierũ metu) creditũ enim est Cęsarẽ occisum, quod Antoni⁹ ex medio itinere retro erat cõuersus. DO- Saxa Rubra. Cassia via. Nequam. Catamitus.

MI) apud vxorẽ, L. PLANCVS) C. Munatij Plãci frater, & Ciceroni amiciſſimus. PRAEDES tuos) cum L. Plancus Trib. pleb. quia multa Antonius debebat pro Repub. ab eo empta, & ſoluendi tẽpus erat tranſactum, prædes, hoc eſt res pro Antonio in ſponſione obligatas, venditurum ſe minaretur, productus in concionem Antonius: ideo ſe inquit redijſſe vt rem ſuam ageret, inuehi in eum ilico cœpit populus, quippe qui nouerat alia cauſſa redijſſe: rumore illo de Cæſaris cæde exorto. Præs autem eſt qui populo ſe obligat, interrogatúrque à magiſtratu, ſi præs ſit, ille reſpondet, præs. Feſtus & Varro idem. Prędes autem hic accipias non ſponſores, ſed rem ſponſione à prędibus obligatam. DICACEM) conuinciantem. dicax enim mordax eſt. CAESARI ex Hiſpania redeunti) quo tempore omnes ciuitatis primores obuiam Cęſari prodiere, & Antonius quã longiſſime ſed celeriter, & iuit & rediit, exorto quod prius dictũ eſt de Cæſare interfecto rumore. RVRSVS inde proceſſit obuiam) tanti à Cæſare factus, vt in eodem curru veheretur. STRENVVM) Diligentem, & rei gerendæ auidũ. RVRSVS neſcio quo modo) infenſus enim prius ei viſus fuerat Cæſar. HABEBAT) erat hac natura & moribus. QVEM plane perditum) ſciebat enim nihil non auſurum eum qui ære alieno eſſet oppreſſus. cupiunt nanq; huiuſmodi homines res nouas ſemper. HIS rebus) ironicos quod perditus & egens.

Præs.

BEROAL. Inde Caſſia ad vrbẽ aduectus) In libro Annotationum copioſe nec minus diligenter annotauimus legendum eſſe hoc in loco nõ caſſia, ſed ciſio. Eſt autem Ciſium vehiculi genus, quo M. Antonium celeriter ad vrbem aduectum eſſe intelligi vult. Ciſij meminit Auſonius illo verſiculo. Vel ciſio trijugi ſi placet inſilias. Idem M. Tullius in oratione pro Roſcio Amerino, Decem, inquit, horis nocturnis ſex & quinquaginta milia paſſuũ ciſijs peruolauit. A ciſio ciſiarius dictus ipſe rhedarius, hoc eſt ipſius ciſij auriga & moderator. Iuriſconſultus titulo, Legati, Ciſiarius dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit & ſeruum quaſſauit vel occidit, puto ex locato eſſe in eum actionem. Non me fallit caſſiam viam eſſe Italiæ celebriorem quę diſcriminat Ethuriam, à Caſſio qui eam ſtrauit nominatum, & commentatores ſimpliciter exponere tanquam per viam Caſſiam ſignificet Marcum Antonium domum reueniſſe: ſed verior, purior, eruditior lectio eſt quam tradidimus, & authorum teſtimonio comprobata. O hominem nequam) veteres hominem nequam dixerunt nihili, neq; rei neque frugis bonæ, quod genus Græci fere ἄσωτον ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακόηθον appellant. Hoc nomine probra ludibriosa & turpia, quæ ingerũtur in Antonium continentur. Catamitũ) Catamitũ pro Ganymede dixerũt, qui fuit Iouis cõcubinus. Inde pueri meritorij & maſcula ſcorta catamiti nominantur. Prædes) Vades in re capitali ſponſores appellantur. Qui in re numaria dati prædes dicũtur. Auſonius, Qui cum lis fuerit numaria quis dabitur præs, Pædianus prædes fideiuſſores interpretatur, ſic ſcribens: Præ-

Ciſium.

Nequam.

Catamitũ.

Prædes.

dia sunt res ipsæ:Prædes homines,id est fideiussores:quorum res,bona prædia non vno nomine dicuntur. Consul)¦Cæsar quartum creatus Consul Antonium sibi asciuit Collegam:instituerat autem se magistratu abdicare & in suum locum Dolabellam substituere:qua de re etiã ad Senatum verba fecerat.Sed indignatus Antonius inimicum sibi in Consulatu Collegam adiũgi vehementer est inuectus in Dolabellam.Itaque infecta re,Senatus dimissus est:deinde cum Cæsar in sententia perseueraret, & Consulem Dolabellam renunciari iussisset,obiecit auguria Antonius, effecitq; vt Cæsar tunc ab incœpto desisteret.Erat sane in Dolabella non minus nequitię atq; improbitatis,quàm in ipso Antonio:feruntq; aliquando cum quis Antonium Dolabellamq; apud Cæsarem accusaret,diceretq; illos tãquam insidiatores & rerum nouarum molitores esse cauendos,respondisse Cæsarem, se non vereri eiusmodi nitidos & comatos homines,sed graciles illos & palliẽtes, Cassium scilicet & Brutum designantem.

ASCEN. Lego cum veris exemplaribus, Domi quidem caussam amoris habuisti,foris etiam turpiorem,quia caussam de prædibus.Et rectius mihi habere videtur Victori.Equidem cum ipso nihil queror de Dolabella, q̃ vt commentarij legunt,quæro. Habet etiam pedes tuos, vbi malim legere prædes,nisi pueros quibus abutebatur notet.Habet etiam Dolabella:vt sit à dolabra deductum agnomen.

*Equidem cum ipso.nihil*queror de Dolabella,qui tũ est impulsus,elusus,inductus.Qua in re,quanta fuerit vtriusque vestrum perfidia in Dolabellã, quis ignorat?Ille induxit vt peteret, promissum & receptum interuertit,ad seq; trãstulit. Tu eius perfidiæ voluntatem tuam ascripsisti.Veniunt Kal.Ian.cogimur in Senatum: inuectus est copiosius multo in istum & paratius Dolabella,quàm nunc ego.Hic autem iratus, quæ dixit dii boni?Primùm cũ Cæsar ostendisset se prius quàm proficisceretur,Dolabellam Consulem esse iussurum: quẽ negant Regem,qui & faceret semper eiusmodi aliquid & diceret.sed cum Cæsar ita dixisset,tũ hic bonus Augur,eo sacerdotio præditum esse dixit,vt comitia auspi-

*& quidẽ
*quæro

ciis vel impedire, vel vitiare posset. idque se facturũ esse asseuerauit. In quo primùm incredibilem *cupiditatem hominis cognoscite.

*stupiditatem.

MATVR. CVM IPSO) Cæsare. NIHIL QVAERO) ac si dicat nihil dico. IMPVLSVS) à Cæsare ad petendum Consulatum. ILLE) Cæsar. INTERVERTIT) fraude abstulit, & per translationem locutus est: nam interuertere est rem commodatam aut depositam aut creditam callide doloq; ne domino restituatur efficere. ASCRIPSISTI) addidisti. IN ISTVM) Antonium. HIC) Antonius. CVM PRIMVM) hoc in prima Philippica dictum est, Cæsarem quartum Consulem cum Antonio, se magistratu abdicare constituisse, & in suum locum Dolabellam, inuito Antonio, cui erat inimicus, renunciari Cõsulem iussisse: Antonium vero Augurem obieciisse auguria. Tunc in Antonium est inuectus Dolabella acerbissime, nec pauciora ab eo audiuit. Senatus autem re infecta est dimissus. Occiso postea Cæsare, insignia Consulatus Dolabella suo iure accepit, & se Consulẽ gessit. Antonius vero Collegam sibi esse depositis inimicitijs passus est. PROFICISCERETVR) in Parthos Getasq;, contra quos expeditionem apparabat: Getis, vt insultantibus: Parthis, vt Crassi vlcisceretur iniuriam, illaturus bellũ. instructo iã exercitu sex & decem legionum peditũ, equitum decẽ milium, & Ionium transmittere iusso, quod scribit Appianus. QVEM negãt Regem) scilicet Cæsarem, & tamen reuera Rex erat cum faceret semper pro iure suo omnia & diceret. EO SACERDOTIO) Auguratu. COMITIA) Dolabellæ creandi Consulis. AVSPICIIS) iure auspiciorum per Fusiam & Heliam leges, quas Fusius & Helius Tribuni tulere, ne agi cum populo liceret, nisi de cœlo prius seruatum esset, hoc est nisi captatis prius auspicijs.

Interuertit.

Agere cum populo.

Agere vero cum populo, est rogare populũ, vt suis suffragijs iubeat aliquid aut veter. quòd si aues non admittebant, obnunciabant Augures, hoc est non esse agendum quippiam significabant. Et sicut intercessio Tribunorum est, hoc est impedimentum rei agendæ, quod à Tribuno magistratui affertur, ita obnunciatio Augurum. VEL impedire) antequam haberentur. VEL vitiare) postquam habita sint, vitio factum Consulem ostendere, quod seruatum de cœlo non sit, & aut tonuerit, aut pluerit.

Obnũciare.

Gogi.

BEROALDVS. Coginur in Senatum) Congregamur, coimus. Senatus est coactus, dicitur historica eloquutione.

TRAPEZVNTIVS. Interuerti) dolo auferre. Dicitur autem hæreditas interuerti, & patrimonium, & pecuniam. Vel impedire) antequam deligeretur. Vel vitiare) postquam electus fuisset. Asseuerauit) affirmauit.

Quid enim? istud, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si Augur non esses & Consul esses, minus facere potuisses? vide etiam ne facilius. Nos enim nũciationem solum habemus: Consules, & reliqui magistratus etiam inspectionẽ. Esto hoc imperite (nec enim est ab homine nunquam sobrio postulanda prudentia) sed videte impudentiam. Multis antè mensibus in Senatu dixit se Dolabellæ comitia aut prohibiturũ auspiciis, aut id facturum esse, quod fecit. Quisquam ne diuinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit: nisi qui de cœlo seruare constituit? quod neq; licet comitiis per leges: & si quis seruauit, non habitis comitiis, sed priusquam habeantur, debet nũciare. verum implicata inscitia, impudentia est: si nescit, quod Augurẽ, nec facit quod pudentem decet. Atq; *illo die recordamini eius vsque ad Idus Martias Cõsulatum. Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus? Nihil ipse poterat, omnia rogabat, caput in aduersam lecticam inferens beneficia, quæ venderet, â Collega petebat. Ecce Dolabellæ comitiorũ dies, sortitio prærogatiuæ, quiescit. renũciatur, tacet: prima classis vocatur, renunciatur: deinde (vt assolet) suffragia. tum secunda classis vocatur, quæ omnia citius sunt facta, quàm dixi. Confecto negocio bonus Augur, Lælium diceres, alio die inquit. O impudentiam singularẽ. quid videras? quid senseras? quid audiueras? nec enim te de cœlo seruasse dixisti, neq; hodie dicis.

* ab

TRAP. Aut id factum esse quod fecit) si vt diceret auspicia vitiosa fuisse, & Dolabellam creatũ fuisse. Seruare de cœlo) est nunciare aut pluisse

Seruare de cælo.

aut intonuisse. Ioue enim tonãte cum populo agere non licebat. Verum implicata insciti a, imprudentia est) Imprudentia in eo fuit quòd de futuris diuinaturum se dixit. Insciti a) in eo quòd morem ac ritum religionis ignorat: cum nesciat vitio creari posse neminem, nisi eum qui pluente aut tonante Ioue delectus sit.

MATVR. MINVS facere potuisses) ac si dicat multo plus impedire Consul comitia potuisses. VIDE ne facilius) hoc est multo facere potuisses facilius. NOS) Augures. NVNCIATIONEM) vt mox docebit.

ETIAM inspectionem) ius inspiciendi, & præsentiam exhibendi auspicijs.

NVNQVAM sobrio) sic distinguendum. IMPVDENTIAM) temeritatem. Est autẽ impudentia huiusmodi dixisse in Senatu multis mensibus antè se Dolabellæ aut prohibiturum comitia auspicijs, aut impediturũ, id quod fecit. Quisquam ne impediri comitia, antequam auspicia capiantur, non possunt, quoniam quòd vitij in auspicijs futurum sit, diuinari non potest, nec nisi vitium acciderit, prohiberi ipsa possunt comitia. DE cœlo seruare) auspicia cælum obseruando captare. Quod neq; licet comitijs per leges Heliam & Fusiam, comitijs seruare de cœlo non licebat, donec scilicet cum populo agebatur, antè fieri id conueniebat. NON habitis) nõ completis comitijs.

Seruare de cælo.

NVNCIARE) quid acciderit, aut pluisse, aut tonuisse. Nam Ioue tonante agere cum populo non licebat, nisi id per sudum hoc est sereno cœlo fieret. Hinc ait Virg. Lætum significans augurium. Cœli de parte serena Intonuit læuum. VERVM implicat) ipse declarat quoniam de auspicijs loquẽs ritum ignorat auspiciorum, nec scit prohiberi per Augurem comitia nõ posse, cuius tantum nunciare sit aut pluisse aut tonuisse, & vitio creatum ostendere, si aut tale aliquid acciderit, aut seruatum de cœlo priusquã comitia haberentur non fuerit. Impudentia vero in eo est, quòd ea impediturum minabatur, quæ impedire nisi causa adesset, nõ poterat: & sic de futuris, ac si explorata ea haberet loquebatur. APPARITOR) minister, apparere præsto esse magistratui & Regi, significat ad quandam dignitatem ac veram ostentationem. Virg. Hæ Iouis ad solitum sæuiq; ad limina Regis Apparẽt. ROGABAT) Cæsarem. IN aduersam lecticam) Cæsaris, qua ille vehebatur.

Apparitor

INFERENS) immittens dum illi supplicat. BENEFICIA) gratias, vt vulgus dicit. A COLLEGA) Cæsaræ. ECCE Dolabellæ) cum abdicare se magistratu Cæsar vellet, & Dolabellam Consulem renunciari iussisset.

Beneficia.

SORTITIO prærogatiuæ) creandis Consulibus comitia habebantur Cẽturiata, populus in classes erat diuisus, Classes vero in Cẽturias, quæ per magistratum ad danda suffragia conuocabantur. Prærogatiua vero suffragiorum erat cum tribus aut Centuriæ obtinebant sed sorte, vt primæ suffragiũ ferrent. Nam quod ex Liuio & alijs scriptoribus licet cognoscere, nomina tribuum in vrnam conijciebantur, & cuius nomen eductus prius fuisset, illã prærogatiuam habebat, hoc est prius de candidatis iudicium ferebat, & suã

Prærogatiua.

aperiebat

aperiebat ſententiam, & aut dignos magiſtratu quem petebat, aut indignos renunciabat. Eratq; veluti ſcrutinium quod cæteræ fere ſemper ſequebantur. Prærogatiua enim quod ex Pædiano licet colligere, duo ſignificat, & cum quiſpiam qui bene facturus nobis eſt, adhuc integro beneficio aut dicto, aut facto aliquid præſignificat, de ſua in nos voluntate & ſtudio, & ſunt tribuũ prærogatiuæ, quo primæ ſuffragium ferũt, antè iure vocatas: iuris enim fuerat quo facilius in conuicijs concordia populi firmaretur bina de ijſdem cãdidatis comitia fieri, quorum tribus primæ prærogatiuę dicebant, quos vellent magiſtratus fieri. Secundæ iure vocatæ, quòd in his ſequente populo, vt ſæpe contigit, prærogatiuarum voluntatem iure omnia complerentur. Ergo præibant iudicio & ſententia quæ per ſortem habuerant prærogatiuam, ſequebantur reliquæ, & fere ſemper ille obtinebat magiſtratum in quem tribus primæ prærogatiuę inclinaſſent. QVIESCIT) Antonius. RENVNCIATVR) Dolabella à Centurijs, quæ primam nactæ erant prærogatiuam. Iure vocatæ.

TACET) Antonius. PRIMA claſſis) Centuriæ primæ claſſis iure vocatæ. poſt voluntatem & iudicium tribuum habentium prærogatiuã, in claſſes populum diuiſit Ser. Tullus: quod tradit Liuius libro primo ab vrbe condita. SVFFRAGIA) omnium Centuriarum vt fieri ſolet creandis Conſulibus. CONFECTO negocio) cum renunciatus Conſul eſſet ſuffragio omnium Dolabella. BONVS Augur) ironice. LAELIVM diceres) eam præ ſe ferens grauitatem, qua Lælium quondam fuiſſe legimus. ALIO inquit die) hoc eſt non licet hodie Cõſulem renunciare Dolabellam, quòd vitio electus eſt, nec conſentiunt auſpicia. Lælij duo fuere illuſtres, eodem C. prænomine: alter Scipionis ſuperioris, alter poſterioris amicus: ſed is in primis eloquens fuit, ſapientis adeptus nomen, de quo plura Cicero de claris Oratoribus ad Brutum. libro de Amicitia, ſic ad eum Fannia gener loquitur, Vnum te ſapientem & appellant, & exiſtimãt. Et paulò pòſt, Te autem alio quodam modo non ſolum natura & moribus, verum etiã ſtudio & doctrina eſſe ſapientem. QVID videras?) præpetes aues aut oſcines. QVID ſenſeras?) vt pluuias. QVID audiueras?) vt tonitrua. NEC enim) nihil profecto aut videras, aut ſenſeras, aut audiueras. NEC de cœlo te ſeruaſſe dixiſti?) ſed tantum non hoc die. NEQVE hodie dicis) te de cœlo ſeruaſſe, cum quippiam fieri prohibes, ſed tantum pro iure tuo, & inſolenter ac impotenter loqueris dicens, non hodie. Lælij.

BEROALDVS. Etiam inſpectionem) Augurale verbum eſt ſpectio: ponituꝛq; pro inſpectione: apud priſcos ſcriptores lego dũtaxat ſpectionem fuiſſe datam Auguribus ſine nunciatione, vt eo conſilio rem gererent magiſtratus, nec alios impedirent nunciando: ſed hoc in loco ſecus ſentire videtur M. Tullius, qui nunciationem ſolam aſſignat Auguribus: cæteris vero inſpectionem. De cœlo ſeruare) de cœlo ſeruare is dicitur, qui captat auguria, qui tonitrua, fulmina, tempeſtateſ obſeruat, quibus vitioſi magiſtratus crea- Spectio & inſpectio. Seauare de cælo.

bantur. Lucanus, Nec cœlo seruare licet, tonat Augure surdo. Ioue tonante, fulgurante, nefas erat habere populi comitia. vitium enim comitiorũ est fulmen, quod alijs in rebus optimum auspicium habebatur, si sinistrum fuisset.

Fulmen.

Prærogatiuæ

Sortitio prærogatiuæ) Tribuum Romanarum, quæ suffragium ferũt, duo sunt genera. Alteræ prærogatiuæ dicuntur, alteræ iure vocatæ prærogatiuæ sunt, quæ primæ suffragium ferunt: secundo vero loco iure vocatæ, quæ ex magna parte prærogatiuarum voluntatem in creandis magistratibus sequebantur. Prima classis) de classibus in quas distributus erat Romanus populus lege Liuium & Dionysium. Primæ classis homines, Classici nominantur, qui cæteris erant opulentiores: cæteri infra classem.

Id igitur obuenit vitium, quod tu iam Kal. Ian. futurum esse præuideras, & tanto antè prædixeras. Ergo hercule magna (vt spero) tua potius, quàm Reipub. calamitate ementius es auspicia: obstrinxisti pop. Ro. religione: Augur Auguri, Consul Cõsuli *nunciasti. Nolo plura, ne acta Dolabellæ videar conuellere, quæ necesse est aliquando ad nostrum collegium deferantur. sed arrogantiam hominis, insolentiámque cognoscite. Quãdiu tu voles, vitiosus Consul Dolabella: rursus, cum voles, saluis auspiciis creatus. Si nihil est, cum Augur his verbis nunciat, quibus nunciasti: confitere te, cum alio die dixeris, sobrium non fuisse. sin est aliqua vis in istis verbis, ea quæ sit Augur à Collega requiro. Sed ne forte ex multis rebus gestis M. Antonii rem vnam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. Nõ dissimulat P. C. apparet esse cõmotum, sudat, pallet, quidlibet, modo ne nauseet, faciat, quod in porticu Numitia fecit. Quæ potest esse turpitudinis tanta defensio? cupio audire: vt videam vbi rhetoris tanta merces, vbi cãpus Leontinus appareat.

MATVR. ID igitur obuenit vitium) Cæsar, quod sæpe diximus, quartum Consul creatus, Antonium sibi Collegam assumpsit. Statuerat autē Cōsulatum simul atq; iniisset deponere, ita vt in eius locum Dolabella subrogaretur: cūq; renunciari à Classibus & Centurijs Consulem Calendis ipsis Ianuarij iussit, Antonius obiecit Auguria. Inuectus autem in Dolabellam, dixit Non posse illum sine magna Reip. calamitate, neglecta religione auspiciorum, Consulem fieri. Euenit, inquit Cicero, vitium, quòd tu præuidisti: sed illa â te prædicta calamitas in te potius quàm in Rēp. futura est. SPERO) credo. EMENTITA auspicia) quæ ementitus tu es: nulla enim erant, quæ Dolabellæ comitia impedirent. POPVLVM) ferentem suffragia creando Consule Dolabella. OBSTRINXISTI) alligasti, impedisti. AVGVRI) Cæsari, qui & ipse Augur erat. NVNCIASTI) obiecisti auguria, & intercessisti. NE acta Dolabellæ videar conuellere) tanquam irrita esse dicere, quoniam tu vitio creatum nunciasti. AD nostrum collegium) vt decernat fuerit ne vitio creatus, an contrà, & sint eius acta stabilia & rata: nam postq; animaduersum fuerat etiam finito magistratu quempiam (vt apud Liuiū & alios historicos legimus) vitio fuisse creatum, & contra auspicia, acta eius omnia irrita habebātur & rescindebantur. Neq; enim verus magistratus fuerat, non rite creatus. Neq; constituere ea poterat, quæ ad eiusmodi magistratus ius & potestatem spectabant. QVANDIV tu voles) viuo Cęsare Dolabellam Consulem fieri passus non est: eo mortuo, Collegam sibi esse vltro voluit, id quod in prima Philippica est dictum. SED si nihil est) caussa enim aliqua adijcienda fuerat. CONFITERE te &c.) ideo dixisse, non hoc die, quoniam sobrius tunc nō esses, & in alium differri diem velles quo sobrius esses. AVGVR ego à Collega te) erant enim in eodem Augurum collegio Ant. & Cicero. PVLCHERRIMAM) ironice, ac si dicat flagitiosissimam. AD Lupercalia) De origine, appellatione, ac cursu Lupercorū, multa Plutarchus in Romuli vita: multa item Ouidius Fastorum libro secundo. Historia vero hoc habet: Cęsar triumphali amictus veste Lupercaliorum die pro rostris sedens currentes spectabat. Erant autem adolescentes nobiles nudi at vncti, loris albis obuios cædentes, inter quos Antonius & Cōsul & Lupercus. Is propius ad Cæsarem accedens, diadema capiti eius imposuit, quod detorquens caput semel ille & secundo reiecit: non sine maxima totius Romani populi lætitia & plausu: quippe qui regium nomen & habitum ferre non poterat: Cūq; idem diadema Cæsaris statuæ imposuisset Antonius, Cæsithius & Merillus Tribuni pl. abstulere, suntq; à populo collaudati. â Cæsare vero ob id duntaxat nō multò pòst magistratu priuati. quæ caussa Bruto & Cassio, cæteriscq; coniuratis maturandi de Cæsaris nece consilium extitit, author Plutarchus. Hoc Antonij factum Cicero insectatur acerbissime. Lupercalia

SVDAT) quod accidit his, quibus id obijcitur crimen, quod graue est & dissimulari non potest, Iuuenalis, Rubet auditor cui frigida mens est Crimi-

nibus:tacita ſudãt præcordia culpa. Et ſudat quidẽ verecũdia & pallet reprehẽſionis timore. Ariſtoteles,cur & pudore erubeſcimus, & timore palleſcimus,quęrit in ꝓblematis:vtrũq; eodẽ, pro vario animi affectu fere cõtingit tẽpore. NE nauſeã faciat)ne euomat:quod facere ſolẽt hi quib⁹ ſentinæ nauis fœtor ſtomachũ mouit. Iuuen. Illa maritũ nauſeat. Inde nautea herba granis nigris qua Coriarij vtũtur. t,in ſ,mutato,vt Feſto placet. In porticu Numicia)quã Numicus extruxit,in quã viri principes cõuenire nõnũq; ſolebãt: illic aliquãdo Ant. nauſeã fecit. Rhetoris)Sexti Clodij. Collega tu⁹) Iuli⁹.

BEROAL. Vitioſus Cõſul)vitioſi dicũtur magiſtratus vitio creati. Tales fere ſemper magiſtratu abdicabãtur. A Collega requiro)ego Augur à Collega Antonio qui & ipſe in collegio Augurũ eſt cooptatus id requiro.

Ad Lupercalia)In Epiſt. Cic. olim ita ſcripſit,Data Lupercalibus,quo die Ant. Cæſari. q̃uis huic clauſulæ nihil addiderit obticueritq;,tamẽ nihil hic aliud intelligi poterat q̃ hoc diadema impoſuit:author Quintil. Cãpus Leõtinus)in cãpo Leõtino qui Sicilię vberrim⁹ eſt cãp⁹, duo milia iugerũ Sexto Clodio rhetori aſſignauerat M. Ant. vt ꝓ tãta mercede nihil ſapere doceret.

TRAPEZVNTIVS. Obſtrinxit populum Ro. religione)vt piaculum fieri oporteat. Vitioſus)vitio creatus. Lupercalia) feſta Panis πανὸς dicta à lupis arcẽdis. diſcurrebãt iuuenes nudi per laſciuiã pellib⁹ obuiã occurrẽtes diuerberãdo. Nauſeet)qđ Gręci dicũt ναυπάω à naue quę nauſeã facit.

Sedebat in roſtris Collega tuus, amictus toga purpurea,in ſella aurea coronatus:aſcendis,ad ſellã accedis:itaque eras Lupercus,vt te eſſe Cõſulẽ meminiſſe deberes. Diadema oſtẽdis. gemitus toto foro. Vnde diadema? nõ enĩ abiectũ ſuſtuleras, ſed attuleras domo meditatũ & cogitatũ ſcelus. Tu diadema imponebas cum plãgore populi:ille cum plauſu reiiciebat. Tu ergo vnus ſcelerate inuentus es,qui cum author regni inuentus eſſes, eum quẽ Collegam regni habebas,dominum habere velles: & idem tẽtares, quid populus Ro. ferre & pati poſſet. At etiã miſericordiã captabas,ſupplex te ad pedes abiiciebas:quid petens? vt ſeruires? Tibi vni peteres,qui ita à puero vixeras,vt omnia paterere, vt facile ſeruires. A nobis,pop. q; Ro. mandatum id certe non habebas.

MATVR. CORONATVS laurea)aliud enim corona, aliud diadema. Corona datur priuatis:Diadema vero est insigne regium. Fascia quę circunligatur coronæ,aut capiti regis,διαδέω circunligo est. VT te esse consulē) nam quod Lupercum decebat,hoc est nudum & currentem,Consulem non decebat. COLLEGAM)quem parem haberes,querebas habere superiorem. TENTARES)experireris:neque enim populꝰ id pati poterat. AD pedes Cæsaris)tibi vni peteres,ac si dicat tollerabile id fuisse, si tibi vni petijsses seruire. HAEC cruentat oratio)stimulos habet & pungit ipsa. IN fastis)in quibus festorum dierum ac totius anni fit descriptio.

TRAP. Amictus)indutus.Toga purpurea τῇ πορφυρίδι. Coronatus) στεφανωθεὶς coronatus.Differt autem corona à diademate:nam corona etiam ciuium priuatorū est siue magistratum gerentium honoris caussa delata:διάδημα insigne regum est. Est autem Fascia quæ capiti relegatur. Plangor) Plangor luctus & doloris. Plausu) Plausus lętitiæ.

BER OAL. Et nudus concionatus)Luperci nudi subligaculis tantum succincti in Lupercalibus discurrebant,res notissima, Itaquæ cum Antonius esset Lupercus,merito nudus.

O præclaram illam elequentiam tuam, cum es nudus concionatus. Quid hoc turpius?quid fœdius? quid suppliciis omnibus dignius? Num expectas dum te stimulis fodiam? Hæc te,si vllam partem habes sensus, lacerat,hæc cruentat oratio. Vereor ne imminuam virorum summorum gloriam:dicam tamen dolore commotus. Quid indignius? quàm viuere eum, qui imposuerit diadema,cum omnes fateantur iure interfectum esse,qui abiecerit? At etiam inscribi iussit in Fastis, Ad lupercalia? C. Cæsari Dictatori perpetuo Marcum Antonium Consulem populi iussu regnum detulisse:Cæsarem vti noluisse. Iam iam minime miror, te ocium perturbare:nō modo vrbē odisse,sed etiam lucem:cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem viuere. Vbi enim tu in pace consistes? Qui locus tibi in legibus & iudiciis esse potest, quæ tu, quantum

in te fuit, dominatu regio sustuliſti? Ideo ne L. Tarquinius regno exactus? Sp. Cossius, Sp. Melius, M. Manlius necati? vt multis pòst seculis, à M. Antonio, quod fas nõ est, Rex Romæ constitueretur? Sed ad auspicia redeamus. de quibus rebus Idibus Martiis fuit in Senatu Cæsar acturus. Quæro tum tu quid egisses? Audiebam quidem te paratum veniſse, quod me de mentitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum. Sustulit illum diem fortuna populi Romani, tum etiam tuum de auspiciis iudicium, interitus Cæsaris sustulit? Sed incidi in id tempus, quod iis de rebus, in quas ingressa erat oratio, prætereundum nõ sit. Quæ tua fuga? quæ formido illa die? quæ propter conscientiam scelerum desperatio vitæ? cum ex illa fuga beneficio eorum, qui te, si sanus esses, saluum esse voluerũt, clam te domum recepisti? O mea semper frustra verissima auguria rerum. Dicebam illis in Capitolio liberatoribus nostris, cum me ad te ire vellent, vt ad defendendam Remp. te adhortarer: quoad metueres, omnia te promissurum: simulac timere desiisses, similem te futurum tui. Itaque cum cæteri Consulares irent & redirent, in sententia mansi: neque te illo die neque postero vidi: neque vllam societatem optimis ciuibus cum importunissimo hoste fœdere vllo confirmari posse credidi. Post tertium diem veni in ædem Telluris, equidẽ inuitus, cum omnes aditus armati obsiderent. Qui tibi ille dies M. Antoni fuit? quanquam mihi subito inimicus extitisti, tamen me tui miseret, quòd tibi inuideris.

Qui tu vir(dij immortales) & quantus fuisses, si illius diei mentē seruare potuisses? Pacē haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum nobilem M. Antonii filiū, M. Bambalionis nepotem. quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni magister officii: improbum facit ea, quæ, dum timor abest, à te non discessit, audacia. etsi tū, cū optimū te putabant, me quidē dissentiente, funeri tyranni illius sceleratissime præfuisti. Tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua* exhortatio. Tu, tu illas faces incēdisti: & eas, quibus semiustum latus illius est: & eas quibus incensa L. Bellieni domus deflagrauit. Tu illos impetus perditorum hominum, & ex maxima parte seruorum, quos nos vi manúque repulimus, in nostras * domus immisisti.

*cohortatio.

*domos.

MAT. DE die) in luce versari. IN diē) præsentis diei habere rationē, de crastino nihil cogitare: qđ corruptissimi & imprudētissimi faciūt. QVAE tu) quæ tū sic legēdū. NE ideo) de his oībus nota historia, Quid egisses) nā contra te dicturus Cæsar erat. PARATVM) ad respondendum mihi, quem audieras contra te dicturum, & ementita â te auspicia, quibus tamen parendum â nobis fuerat, vellemus nollemus. INCIDI) nollens & præter consilium. QVAE tua fuga?) nam occiso Cæsare abiectis Consulatus insignibus, & mutata veste, delituit Antonius ac mox prodijt cum nihil hostile fieri audisset, & se in Capitolium recepisse coniuratos, ad quos filium pro obside misit vt descenderent hortatus, quæ prius sunt à nobis dicta. EORVM) coniuratorum: sed in primis Bruti, qui Antonium occidi vetuit. SIMILEM tui) ad naturam & mores rediturum. IN ædem Telluris) Vbi habitus est Senatus de præsenti rerum statu, ac Repub. componenda. ACTVM.) præsentibus interfectoribus, qui missis in Capitolium obsidibus descenderāt. SVBITO) quia Rempublicam & libertatem defendebat Cicero. QVOD tibi inuideris) fuisses enim in Republica cum omnium gratia princeps, nisi ad Tyrannidem animum coniecisses, & sempiternam laudem tibi vindicasses. MENTEM) consilium & voluntatem. PER obsidem puerum nobilem) per filiū. M. ANTONII) & si Lepidi quoque filiū

in Capitolium pro obſide miſſum legimus & nobilem,inquit Cicero,ironice:ſequitur enim Bambalionis nepotem. NON diuturni magiſter officij) quia timor facit nos in officio eſſe,ſed non diuturno. DVM timor abeſt) quę ſemper comes eſt,niſi cum times. TVA illa pulchra laudatio)ironice, quam in Ceſaris funere habuit Antonius:qualis autem fuerit,apud Appianũ licet cognoſcere,Cum Cæſarem laudaſſet Antonius,eiúſq; indignam mortem deploraſſet,acerbe in interfectores inuectus ſtudium vero populi in celebrando funere laudaſſet,ac iuſiurandum recitaſſet quo Cæſari fidelitatem erant polliciti,vehementer circunfuſam multitudinem commouere viſus eſt. Cum autem imaginem Cæſaris quæ machina quadam circunagebatur, ex cæra facta,ad caput iacentis poſita,& vulnera illa,quibus eſt confoſſus præ ſe ferens quidam ſuſtuliſſet,ſeſe continere vulgus vlterius non valuit. cadauer in rogum cremandum reliquit,ad interfectorum ædes cucurrit.Cinnam quendam Tribunum nominis ſimilitudine deceptum, & Cinnam illum eſſe ratum,qui Prætor in occiſum Cæſarem fuerat inuectus trucidauit. Domum L.Bellieni Senatoris combuſſit. à Dolabella altero Conſule ægre repulſa. Fugere ex vrbe percuſſores ac in prouincias plerique abiere, à Cæſare viuo decretas. Illa miſeratio)cum veſtẽ â pectore diſcidit, & in lachrymas cõuerſus Cæſaris corpus nudum protulit,& eius vulnerib⁹ proſciſſam ac ſanguine fœdatam veſtem. SEMIVSTVM latus) accẽſa Antonij oratione & actione diſcurrere cœpit ad percuſſorum domos multitudo, ſic vt ſemiuſtũ cadauer relinqueretur.

In diẽ viuere,

PEROAL. In diem viuere)in ſecũdo de Oratore,Barbarorum,inquit, eſt in diem viuere:noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent. In diem viuere eſt nihil cogitare de craſtino.& vt inquit Horatius,Quid ſit futurum cras noli inquirere:ſicut olim Hebręi dictitabant,Edamus & bibam⁹, cras enim moriemur.De Megarẽſibus dictum eſt,Aedificant tanquam ſemper victuri,edunt & bibunt,tanquã cras morituri. Tu in noſtras domos immiſiſti)In hac funebri oratione,& nænia, M. Antonius prætextam Caij Cæſaris interfecti cruentam præferri iuſſit in funere, quæ in furorem egit populum Romanum.ſciebatur interfectum eum. corpus denique ipſum impoſitum lecto erat:at veſtis tamen illa ſanguine madens pilo ſuffixa laceratáq; vulneribus ita repreſentauit imaginem ſceleris,vt non occiſus eſſe Cæſar,ſed tum maxime occidi videretur.

TRAP. In faſtis)Faſti libri ſunt in quos referebantur acta Conſulum. Multis pòſt ſeculis)Seculum,ad tempus centum annorum extendi exiſtimabant. Beneficio eorum) Marci Bruti potiſſimum conſilio & ſuaſu. Tua miſeratio)quam omnibus mouit Antonius cum veſtem Cæſaris ſanguine reſperſam pro concione oſtendebat. Semiuſtum)nam ne totum cadauer combureretur Dollabella prohibuit expulſis foro improbis & ſeruis.

Idem

Idē tamē quasi fuligine abstersa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti: ne qua post Idus Martias immunitatis tabula, néve cuiusquam beneficii figeretur. Meministi ipse, de exulibus: scis de immunitate quid dixeris. Optimum vero, quod Dictaturæ nomen in perpetuum de Repub. sustulisti. Quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur, vt eius omnem propter proximum Dictatorem metum tolleres. Constituta Respub. videbatur aliis, mihi vero nullo modo, qui omnia te gubernante naufragia metuebam. Non me igitur fefellit? aut num diutius sui potuit esse dissimilis? Inspectantibus vobis toto Capitolio tabulæ figebantur. Neque solum singulis veniebant immunitates, sed etiam populis vniuersis, Ciuitas non tum singulatim, sed prouinciis totis dabatur. Itaque si hæc manēt, quæ stante Repubica manere non possunt, prouincias vniuersas, P. C. perdidistis. Neque vectigalia solum, sed etiam imperium Populi Rom. huius domesticis nundinis diminutum est. Vbi est septies millies sestertiū, quod in tabulis, quæ sunt ad ædem Opis, patebat? funestæ quidē illius quidē pecuniæ: sed tamē, si his quorum erat, non redderetur, quæ nos à tributis posset vindicare. Tu autem sestertium quadringenties, quod Idibus Martiis debuisti, quonam modo ante Kalendas Aprilis debere desiisti? Quid ego de commentariis infinitis? Quid de innumerabilibus chirographis loquar? Sunt ea quidem innumerabilia, quæ à diuersis emebantur nō insciente te. Sed vnum egregium

*singillatim,

de Rege Deiotaro populo Rom. amiciſſimo decretũ in Capitolio fixum: quo propoſito, nemo erat, qui in ipſo dolore riſum poſſet continere. Quis enim cuiquã inimicior, quàm Deiotaro Cæſar? æque atque huic ordini, vt equeſtri, vt Maſſiliẽſibus, vt omnibus quibus Rẽpublicam populi Romani charam eſſe ſentiebat. Is igitur, à quo viuo nec præſens, nec abſens quicquam æqui boníve impetrauit, apud mortuum factus eſt gratus. compellarat hoſpitem præſens, computarat, pecuniam imperarat.* Mediæ tetrarchiã ex Græcis comitibus ſuis collocarat. Armeniam abſtulerat à Senatu datam.

*in eius tetr.

TRAP. Fuligine) fauilla. Vænibant) vendebantur. A tributis) Tributa ſunt quæ à priuatis, in publicum tribuuntur.

MATVR. Fuligine abſterſa) qua denigratus fuerat in Cęſaris cremando cadauere, vt dolorem tuum populo indicares. PRAECLARA) ſcilicet cõſulta feciſti, hęc oĩa ſunt prius dicta. VAENIBANT) vendebãtur.

SI hæc manent) ac ſi diceret, ſi durant diutius quæ facit Antonius. DOMESTICIS nundinis) mercatu ac foro quod domi agit, in quo omnia vendit. VBI eſt) hanc pecuniam interceperat Atonius, vt eſt iam dictũ. FVNESTAE) ex bonis interfectorum & proſcriptorum redactæ. ATRIBVTIS) Quæ viritim pendimus. VINDICARE) vt immunes à tributis eſſemus. NON inſciente te) ac ſi diceret, te conſcio & volente. SED VNUM egregium) Deiotarus Tetrarcha Gallogræciæ & Paphlagoniæ, Senatui populóque Romano amiciſſimꝰ, & rex à Cicerone Senatꝰ populiqꝫ Romani nomine adiecta Armenia appellatus, in partibus fuit Pompeianis cum auxilijs in Pharſaliam venit. Victo poſtea Pompeio Cæſari ſatiſſecit. equites quos imperauit & pecuniam miſit, diuertentem apud ſe in Luceio caſtello, cum aduerſus Pharnacẽ proficiſceretur, hoſpitio ſuſcepit, rurſũmque poſtulatam pecuniam Cęſari numerauit. Accuſatus deinde eſt à Philippo quodam medico ſeruo ſuo, Caſtore nepote ſubornante, & aliorum criminum, & quod diuertentem apud ſe C. Cęſarem occidere cogitauerat. Cicero pręclara illa oratione, quæ eſt in manibus defendit. Cæſar indignatus, Deiotarũ ad veterem Tetrarchiam redegit, adempta Media & quibuſdam Græcis qui comitati in bellis eum fuerant tradita, acitem Armenia ablata, quam Sena-

Deiotarus.

tus concesserat. Cæsare mortuo, quicquid ereptum fuerat ilico recepit: Sed Antonius cum Legatis eius qui Romæ erant, inscio tamen Rege & Regis hospitib⁹, quorũ vn⁹ erat Cicero, dissuadẽtibus, pact⁹ est si certã pecuniã acciperet à Deiotaro, edictum se prolaturum, quo adempta ex Cęsaris voluntate restituerentur. Insectatur hoc & irridet Cice. Et meditere, inquit Antoni de syngrapha, hoc est de cautione, per tuam & contrahentium tecum Legatorum scripturam facta: nam quæ amiserat Deiotarus ea recepit, & sine vllis Cęsaris commentarijs tenet, & iure quidem tenet, quod ostendit Cicero.

PROPOSITO) in pariete vt ab hominibus legi posset. HVIC ordini) Senatorio. MASSILIENSIBVS) quos vehementissime odit Cæsar, quòd in partibus Senatus, & Pompeij fuissent, quòd obsidionem, & extrema omnia passi essent, id quod & Luca. scribit, & legitur in Cæsaris commentaris. Hinc postea triumphans Cæsar, portari in triumphi pompa etiam Massiliam voluit, & si minus licebat, quòd socia semper fuerat populi Romani. Hinc illa Ciceronis in Officiorum libris lamentatio, Itaque vexatis & perditis exteris nationib⁹, ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam vidimus: & ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Plura de Massilia quæ Narbonensis prouinciæ metropolis quondam fuit commentario quarto Stra. scribit. TETRARCHIAM) Gens quæ vnius esset linguæ, diuisa olim in parteis quatuor, in totidem scissa dicebatur Tetrarchias: quarum singulæ suũ habebant Tetrarchiam, & iudicem, & ephorum Tetrarchæ ipsi subiectos. Author Strabo. Tetrarchia

Hæc viuus eripuit, reddidit mortuus. At quibus verbis? modo æquum sibi videri, modo non iniquum. mira verborum complexio. At ille nunquam (semper enĩ absenti adfui Deiotaro) quicquã sibi, quod nos pro illo postularemus, æquũ dixit videri. Syngrapha sestertii centies per Legatos viros bonos, sed timidos & imperitos, sine sua, sine reliquorum hospitum Regis sententia, facta in gynæceo. quo in loco plurimæ res væniere & væneunt: qua ex syngrapha quid* sit acturus, meditere censeo. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, simul atque audiuit eius interitum, *sis.

suo Marte res suas recuperauit. Sciebat homo sapiens ius semper hoc fuisse, & quæ tyranni eripuissent, ea tyrannis interfectis ii, quibus erepta essent, recuperarent. Nemo igitur iureconsultus, ne iste quidem, qui tibi vni est, iureconsultus, per quem hæc agis ex ista syngrapha deberi dicit pro his rebus, quæ erant ante Syngrapham recuperatæ. Non enim à te emit, sed priusquam tu suum sibi venderes, ipse possedit. Ille vir fuit, nos quidem contemnendi, qui authorem odimus, acta defendimus. Quid *ergo de cõmentariis infinitis? Quid de innumerabilibus chirographis loquar? Quorum etiam imitatores sunt, qui ea, tanquam gladiatorũ libellos, palã vẽditent. Itaq; tanti acerui nũmorũ apud istum constituuntur, vt iam appendantur, non numerẽtur pecuniæ. At quàm cæca auaritia est? Nuper fixa tabula est, qua ciuitates locupletissimæ Crætensium vectigalibus liberantur: statuitúrque ne post M. Brutum Proconsulem, sit Creta prouincia. Tu mentis es compos? Tu non constringendus? An Cæsaris decreto Creta post Marci Bruti decessum potuit liberari? cum Creta nihil ad Brutum, Cæsare viuo pertineret? Ad huius venditione decreti, ne nihil actum putetis, prouinciam Cretam perdidistis. Omnino vllius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic veditor. Et de exulibus legem quam fixisti, Cæsar tulit?

MATVRANTIVS. HAEC viuus eripuit) si viuus eripuit, nunquam reddidit mortuus. QVIBVS VERBIS?) frequens erat in decreto, quod Antonius fixerat ex commentarijs, vt dicebat, Cæsaris, æquum est restitui Deiotaro Armeniam, non iniquum Mediæ Tetrarchiam reddi & similia: quam verborum compexionem, hoc est implicatio-

nem deridet Cicero, APPVI) semper defendi. AEQVVM DIXIT) Quoniam etsi defendebat crimen Deiotarus, deprecatione tamen vtebatur: & fateor, dicebat peccasse, nec æquum quicquam postulare à Cæsare: & tamen vt ignoscat postulo, & quę peto pro sua summa humanitate concedat. SESTERTIIS centies) sic pactus cũ Deiotari Legatis fuerat Antonius vt centies daret sestertium. REGIS hospitum) quos plures Romæ habebat: Cicero enim & Pompeius hospites fuere Deiotari. IN Gynæceo) locus domi est vbi solæ versantur mulieres, sicuti Andronitis vbi viri, γυνὴ mulier est. VAENIERE) venditæ sunt, & quotidie venduntur. Gynęceum Andronitis

SVO Marte) sua authoritate & robore, in prouerbio est. NEMO iureconsultus) nemo à te de iure interrogatus: duæ hic partes, iure consultus.

NE iste quidem) Sex. Clodium (vt opinor) intelligit dictatorem, cuius cõsilio hæc faciebat. AVTHOREM) Cæsarẽ. QVORVM imitatores) nõnulli ex Antonij sectatoribus chirographa ab eo proposita in multorũ beneficium imitabantur. nam & ipsi scribebant, & venalia proponebant in publico, vt qui vellent hoc vel illud beneficium emerent: non aliter quàm gladiatorum libelli proponi solent, in quibus nomina continentur eorũ, & patriæ atq; ætas, cuius item sint, vt sciant qui emere aut conducere volunt. nam ædiles & Prætores munus edebant gladiatorium: & Aedilis Cæsar ludis & reliquæ munificentiæ adiecit gladiatorium munus aliquanto paucioribus q̃ destinauerat paribus, nam cum multiplici vndiq; familia comparata aduersarios exterruisset, cautum est de numero gladiatorũ, quo ne maiorem cuiquam Romæ habere liceret, vt Trãquil. ait. VEL libellos gladiatorum cõpositiones) Cicero in Epistolis ad Cælium, Quid enim me hoc tibi mandasse existimas, vt gladiatorum compositiones? Nam libellus etiam duorum pluriúmve significat pactionem. Ouid. Dum loquitur tangitq; manum, poscitq; libellum. Possumus etiam eos accipere libellos, in quibus pugnæ gladiatorũ erant descriptę, quibus legendis vulgus oblectabatur. Venales autem ab his qui inde lucrum querebant, circunferebantur. APPENDANTVR) quod fieri solet quoties maximus numerus est. prisci cum signata adhuc pecunia non esset, pendebant æs, non numerabant: hoc graue vocabatur, sicut quod numerabatur, signatum. vnde pendere tributa, & pendere pœnas. Libellus.



Aes pendi solitum.

POST M. Brutum) qui Proconsul Cretam obtinebat. NE prouincia) vt desineret tributum pendere, & libera esset: nec amplius prouincia, & vectigalis haberetur. CONSTRINGENDVS) arguendus & cõuincẽdus hoc decreto quod tu dicis Cæsaris esse. Dicebat enim Antonius Cæsarẽ hoc decreuisse. Et dic mihi, inquit, Antoni, Creta non potuit liberari viuo Cæsare, si hæc Cæsaris voluntas fuisset (nam ad Brutum quidem tunc nihil pertinebat) cur statim postquam illinc discederet Brutus, liberam esse voluisti? Certe apparet neq; cogitasse, neq; voluisse hoc Cæsarẽ. Sed id igitur P.C. vt hoc decreto Antonius à Cretensibus pro immunitate pecuniam accipiat, Respublica Cretam prouinciam amittat. OMNINO) nihil quisquam voluit emere:

quod hic non fuerit paratus vendere. DE exulibus) Legem proposuerat qua exulibus sub certa pecuniæ pactione reditus liber esset in patriam. Cicero nõ dolere se dicit quẽquam restitui in patriam: sed id ferre permoleste & reprehendere, quòd idem pari conditione omnibus reditus patet, cum dispar caussa exilij fuerit.

Pẽdere pœnas. TRAP. Appendantur) de more antiquo: nam cum pecunia nõdum signata esset, ære penso non numerato soluebãt. Vnde pendere pœnas etiam dicimus, ab eo quòd ære graui cum vterentur Romani eo penso non numerato soluebant. vnde etiam pensiones dictæ, & pendere tributum.

Nullius infector calamitatem. tantum queror, primùm eorum reditus inquinatos, quoru causſam dissimilẽ Cæsar iudicauerit. Deinde nescio cur reliquis idẽ non tribuas. neq; enim plus quàm tres, aut quatuor reliqui sunt, qui simili in calamitate *fuerũt. Cur tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti. quem etiam ad Censurã petendam impulisti, eamq; petitionẽ comparasti, quæ & risus hominum, & querelas moueret. Cur autem ea comitia non habuisti? an quia Tribunus pleb. fulmen sinistrum nũciabat? tua quid interest? nulla auspicia tuorum sunt, cum sis religiosus. Quid? eundem in Septemuiratu nonne destituisti? interuenit enim. Quid metuisti? credo ne saluo capite negare non posses. omnibus eũ contumeliis oneraſti, quẽ patris loco, si vlla pietas in te esset, colere debebas. filiã eius sororẽ tuã eiecisti, alia conditione quæsita, & antè perspecta. Non est satis, probri insimulasti pudicissimã fœminã. Quid est quod addi possit? Contentus eo non fuisti, frequentissimo Senatu Kal. Ian. sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella odii causſam ausus es dicere,

*fuerint

quòd ab eo ſorori & vxori tuæ ſtuprum oblatum eſſe comperiſſes.

TRAP. Inquinatos)mixtos,turpes,fœdos. Deſtituiſti)reliquiſti,deſeruiſti. Sororem tuam)ſcilicet patruelem.ergo non Germanam. Inſimulaſti)falſo accuſaſti. Soror patruelis.

MATVRANTIVS. ET INQVINATOS) confuſos,commixtos ac velut fœdatos,tanquam par omnium fuerit cauſſa SIMILI)in qua reliqui reſtituti. LOCO patrui)C.Antonij qui fuit in partibus Pompeianis,& iccirco exul à Cæſare factus,de cuius reditu ferre diſtulit Antonius,cum de alijs Cæſare occiſo,referret.eundem reſtitutum poſtea Antonius ad Cenſurę petitionem impulit,ſubornatis viliſſimis & indigniſſimis quibuſdam qui Competitores fierent:id quod & riſus hominum mouit. eiuſmodi perſonas cenſuræ candidatos fieri: & querelas,quòd vir clariſſimus & Conſularis honeſtiſſimus,ſic ludibrio eſſet Antonio,& tamen haberi ea comitia poſtea non eſt paſſus. COMPARASTI)conſtituiſti dedita opera. FVLMEN ſiniſtrum)fulminibus quid aut faciendum eſſet aut cauendum,moneri ſe à Ioue putabant homines.Siniſtrum fulmen vitium erat comitijs.Cicero lib.ij.de Diuinatione,Comitiorum ſolum vitium eſt fulmẽ, quod idẽ omnibus rebus optimũ auſpicium habemus ſi ſiniſtrum fuerit. CVM ſis religioſus) Quoniam Augur tu es & religioſus, tuos auſpicijs ſubeſſe non exiſtimas, & te ac tuos extra omnia auſpicia poſitos eſſe tibi perſuades: ironice autẽ loquit. Fulminum portenta.

IN ſeptẽuiratu)petierat C.Antonius Septẽuiratũ,M. Antonio ad petitionem impellente,ab eodem repente deſtitutus eſt. Septẽuiri epulones dicebantur.ſeptem enim erant Collegæ in hoc magiſtratu quod ad ſacra pertinebat. Datũ autẽ ijs eſt nomen,quoniã indicendi Ioui,cęteriſq; dijs epulas poteſtatem haberent.author Põpeius Feſtus.Eorum filiæ à Veſte ſacerdotio excuſationẽ merebantur,quod A. Gell.tradit. INTERVENIT) tanquam ad rem certam affuit. CREDO)id ne metuiſti, ne non poſſes negare ſaluo capite,id eſt viuus,ac ſi diceret ne non poſſes negare quando velles. quoniam quando voluiſſes negare omnino potuiſſes.vel ſaluo capite,ſalua & integra fama C.Antonij,quem iccirco adeſſe voluiſti vt maiore afficeretur dedecore,cum negare Septẽuiratũ ei integra poſſes fama. SOROREM)Patruelem. ALIA conditione) Alia vxore Calphurnia. PROBRI) Adulterij cum Dolabella. INSIMVLASTI)accuſaſti. Septẽuiri.

BEROAL. Probri inſimulaſti) Veteres probrũ pro ſtupro poſuerunt. Infimulare probri eſt accuſare de ſtupro & adulterio.quod verbũ fere ſemper genitiuo iũgitur. Sorori & vxori tuæ)Signat M.Antoniũ vxorẽ duxiſſe Caij Antonij patrui filiã.Tales ſorores patrueles appellãtur, ſicut fratres patrueles ex duob⁹ fratrib⁹ nati.hinc illud Naſo.Frater erat,fraterna peto. Probrum. Inſimulo. Soror patruelis.

Quis interpretari potest impudentior ne, qui in Senatu? an improbior, qui in Dolabellã? an impurior, qui patre audiente? an crudelior, qui in illam miseram tam spurce, tã impie dixeris? Sed ad chirographa redeamus, quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis caussa cõ firmata sunt à Senatu, quæ quidem Cæsar egisset, nõ ea, quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. Vnde ista erũpunt? quo authore proferuntur? si sunt falsa, cur approbantur? si vera, cur væneunt? At sic placuerat, vt ex Kal. Iunii de Cæsaris actis cũ consilio cognosceretis. Quod fuit consilium? quem vnquam aduocasti? quas Kal. Iunias expectasti? An eas ad quas te peragratis veteranoru coloniis stipatum armis retulisti? O præclaram illã percursationem tuam mense Aprili atq; Maio: tum, cũ etiã Capuã deducere conatus es. quemadmodum illã adieris, vel potius pene nõ adieris, scimus. Scimus enim cui tu vrbi minitaris. vtinã conere, vt aliquando illud pene tollatur. At q̃ nobilis est illa tua peregrinatio? Quid prãdiorum apparatus? Quid furiosam vinolẽtiã tuã proferã? Tua ista detrimẽta sunt, illa nostra. Agrũ Cãpanum, qui cũ de vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur tamẽ infligi magnũ Reip. vulnus putabamus: hunc tu cõprãsoribus tuis, & colluſoribus diuidebas: mimos di co, & mimas in agro P. C. Campano collocatos. Quid iã querar de agro Leontino? quandoquidem hæ quõdam arationes Cãpani & Leõtini in populi Ro. patrimonio *grandi fœnore & fructuosæ ferebantur. Medico tria milia iugerum, quasi sanum te fecisset: Rhetori duo,

*glãdiferæ

quasi

quasi disertum facere potuisset. Sed ad iter, Italiamq; redeamus. Deduxisti coloniã Casilinum, quo Cæsar antè deduxerat. Consuluisti me per literas de Capua tu quidem, sed idem de Casilino respondissem: possés ne vbi colonia esset, eo coloniam nouam iure deducere? Negaui in eam coloniã, quæ esset auspicato deducta, dũ esset incolumis, coloniam nouã iure deduci: colonos nouos ascribi posse, rescripsi. Tu autem insolentia elatus, omni auspiciorum iure turbato, Casilinum coloniã deduxisti, qũo erat paucis annis antè deducta: vt vexillum videres & aratrum circũduceres: cuius quidem vomere portam Capuæ pene perstrinxisti, vt florentis coloniæ territorium minueretur. Ab hac religionum perturbatione aduolas in M. Varronis sanctissimi atq; integerrimi viri fundum Cassinatẽ. Quo iure? quo ore? eodem inquies, quo in hæredum L. Rubrii: quo in hæredũ L. Turscecii prædia: quo in reliquas innumerabiles possessiones. & si ab hasta, valeant tabulæ, modo Cæsaris, non tuæ: quibus debuisti, non quibus tu te liberauisti.

MATVR. TVA COGNITIO) Quæ tu solus notasti & nouisti. PACIS caussa) id quod in prima Philippica est dictum. SI sunt falsa) Dianœa. CVM consilio) alijs adhibitis. PERCVRSATIONEM) cum mortuo Cæsare veteranorum colonias lustrasti, vt eorum studia tibi conciliares: id quod fecisset Antonius, nisi Octauius impedisset. CAPVAM deducere) scilicet coloniam. voluit illuc coloniam deducere, sed Campani prohibuere: & parum abfuit quin occideretur. non ergo adijt, sed pene adijt. hoc est parum abfuit quin adiret. Vel Capua deducere, veteranos scilicet & secum ducere. ILLVD pene) vt adeas & pereas, nõ pene adeas. Simile est illud Propertij, Quod quæris quare non habet vllus amans. CVI vrbi) Quali, & quàm contra te iratæ Capuæ. TVA ista) ac si diceret, in te ipsum hæc admittis, & dedecus priuatum tuũ. QVI cum de vectigalibus) semper enim

publicus fuit,& vectigal populo Ro.pepẽdit. GLANDIFERAE)ipſe in-
Caſſilinum terpretatur & fructuoſæ ſubiungẽs. CASSILINVM)Cãpaniæ oppidum ad flumen Vulturnũ ſitum,in quo Prænestini milites quingenti &.xl.& vnâ nõnulli Perusini ſic obſtinate Annibalis obſidionẽ pertulere, vt fame vexati lora ac pelles ſcutis detractas,& mures item æſſent,nucibus quoq; à Romanis per Vulturnum amnẽ miſſis vixere.author Liu.lib.xxiij. ab Vrbe cõdita.

CONSVLVISTI me de Capua &c.) Poſſes ne Capuã coloniã deducere? ego,inquit,idem reſpõdi,quod de Caſſilino reſpõderã. De Capua negaui poſſe illuc coloniã nouã deduci, quo auſpicato & rite deducta antea eſſet,& incolumis maneret.dixiſſem quod de Caſſilino dixerã addi nouos colonos veteribus extinctis poſſe:hoc enim ſignificat aſcribi alijs,addi, & adiungi. VT vexillũ videres) ideo nouã coloniã Caſſilinũ deduxiſti, vt inter veteres & nouos colonos ortis diſcordijs & bellis ciuitas vaſtaretur & deſolaretur,vel poti⁹ vt tu hoſtiliter inuaderes oppidũ,& euerteres.Sicuti aratro cõdentes vrbes priſci deſignabãt: vnde ait Virg. Interim Aeneas vrbem deſignat aratro:ſic delentes vbi muri fuerãt,aratrum circũducebãt, authores Porphyrio & Acron.Horat.lib.i.carminũ, Iræ altis vrbibus vltimæ ſtetere cauſſę cur perirent funditus:Imprimeretq; muris hoſtile aratrũ exercitus inſolens. PENE perſtrinxiſti)quia parũ abfuit quin Capuã ipſam euerteret,
*Territorium. eius imminuto territoriq,quod eſt circũiectus vrbi cuipiã ager. PERTVRBATVRVM)cũ ſpreta auſpiciorũ religione illuc nouã duceres coloniã,quo antea auſpicato ducta eſt. M. VARRONIS)Qui fuit Togatorũ literatiſſimus,& quo nemo vnq; doctior,ne apud Græcos quidem fuit,vt ait Lactãtius.decẽ ante Ciceronẽ annis natus eſt,cui ſcriptos de latina lingua dedicauit libros:in partibus fuit Põpeianis:eo mortuo, Antonius fundũ eius Caſſinatẽ occupauit,veniſſe ſibi à Cæſare dicens, quod factũ negat Cicero. ET SI ab haſta)Eſto,inquit,tabulę emptionis ſub haſta factæ valeãt nũc:hoc eſt vim & robur obtineãt,quia reuera nõ obtinent:& tabulæ inq; non tuæ, & à te factæ,ſed Cæſaris:& tabulæ illæ Cęſaris in quibus debitor tu apparebas, non hæ quas tu commentus es,& falſò Cæſaris eſſe aſſeris, quibus te liberaſti,& alienum æs diſſoluiſti.

ASCEN. In Victo.eſt At q; nobilitata illa &c.)itẽ vbi interpretes legunt grãdiferæ,aut glãdiferæ & fructuoſæ,in Victo.eſt,grãdi fœnore:quod non minus quadrat. Eſt etiã ſic,poſſẽt ne vbi colonia eſſet,eo colonia noua iure
Stipatores. deduci.Et,illis verbis cõſuluiſſe videt Ant.ſed quia parui refert,nõ mutaui.

TRAP. Stipatũ armis) Stipatores dicuntur cuſtodes cuiuſq; corporis,à ſtipe quã accipiebant mercedis nomine. Percurſationẽ tuã menſe Aprili) quo tẽpore mortuo Cæſare colonias veteranorũ luſtrauit,vt eorũ ſtudia ſibi adiungeret:quod & effeciſſet niſi Octauius magna ex parte impediſſet.

Vel pene nõ adieris)Parũ enim abfuit quin occideretur. Grãdiferę) grã dẽ numerũ frumẽti ferẽtes. Vexillum)à velo.Vexillum,ſicut à talo taxillus

Territorium) est quantitas agri vniuscuiusq; vrbis seu castelli, quantum eius iurisdictio extenditur. Sestertium) dicitur quarta pars denarij quo tẽpore is decussis valebat, id est dipõdius & semis. Fundum) fundus dicitur ager, quòd planus sit ad similitudinem fundi vasorum.

Territoriũ
Sestertium
Fundus.

Varronis quidẽ Cassinatẽ fundũ quis væniisse dicit? quis hastã istius venditionis vidit? quis vocem præconis audiuit? Mississe te dicis Alexandriã, qui emeret à Cæsare. ipsum enim expectare magnum fuit. Quis vero audiuit vnq̃ (nullius *enim salus curæ pluribus fuit) de fortunis Varronis rem vllam esse detractam? Quod si etiã scripsit ad te Cæsar, vt redderes: quid satis potest dici de tanta impudentia? Remoue gladios illos parũper, quos videmus: iã intelliges aliam caussam esse hastæ Cæsaris: aliã confidentiæ & temeritatis tuæ. Nõ enim te dominus modo illis sedibus, sed quiuis amicus, vicinus, hospes, procurator arcebit. At q̃ multos dies í ea villa turpissime es perbacchatus? Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipsa misera, q̃ dispari domino: quã q̃ quomodo iste dominus? sed tamen q̃ à dispari tenebantur. Studiorũ enim suorũ M. Varro voluit esse illud, non libidinũ diuersoriũ. Quæ in illa villa antè dicebantur? quæ cogitabãtur? quæ literis mandabantur? Iura Po. Ro. monumẽta maiorũ, omnis sapientiæ ratio, omnisq; doctrina. *Atenim te íquilino (nõ enim domino) personabant omnia vocibus ebriorũ: natabant paui mẽta vino: madebãt parietes: ingenui pueri cũ meritoriis, scorta inter matressamilias versabantur. Cassilino salutatũ veniebant, Aquino, Interamna, admissus est nemo. iure id quidẽ. in homine enim turpissimo obsole-

*autem

*At vero

scebãt dignitatis insignia. Cũ inde Romã proficiscẽs ad Aquinũ accederet, obuiã ei processit (vt est frequẽs municipiũ) magna sane multitudo. At iste operta lectica latus est per oppidũ, vt mortuus. Stultè Aquinates, sed tamẽ in via habitabãt. Quid Anagnini? qui cũ essent deuii, obuiã ei descenderunt, vt istum, tanq̃ si esset Cõsul salutarẽt. Incredibile dictu. sed tum nimis inter omnes constabat, neminẽ esse resalutatũ: præsertim cum duos *Laconem secum Anagninos haberet Mustelã & *Leonẽ: quorũ alter gladiatorum est princeps, alter poculorum.

MATVR. Varronis tamẽ Cassinatẽ fundũ vẽnijsse sub hasta à Cæsare nemo dicit. NVLLIVS) q̃ Varronis scilicet. REM vllã esse detractã) scilicet dicis. QVID) scilicet dices. nã scripsit ad te Cæsar vt redderes Cassinatẽ fundũ, quẽ interceperas. DOMINVS) Varro. AB hora tertia) statim post mediã noctẽ. QVAM dispari domino) Cic. lib. i. Offic. Odiosum, inquit, est, cũ â prætereũtib⁹ dicitur, O domus antiqua, heu q̃ dispari domino dominaris. quod his tẽporibus de multis licet dicere. INQVILINO) Dominus in suo habitat, Inquilinus in alieno priuato, & proprie in cõducto, siue in vrbe, siue ruri. Sallusti⁹ enim M. Tul. Romæ inquilinũ dixit. CVM meritorijs) nõ liberis scilicet masculis scortis: nã illa tẽpestate pueros nõ liberos mãgones, aut vẽdebãt, aut cõmodare etiã precio abutẽdos solebãt, siue etiã ipsi pueri, permissu dominorũ, siue suo iure prostabãt meritorij vocabantur.

Inquilinus.

Meritorij.

SCORTA) meretrices. nõ autẽ sicut dicimus meritoriũ puerũ, sic meritoriã puellã sed meretricẽ. INTERAMNA) ab Interãna, quod est Cãpaniæ oppidũ, nõ procul ab Aquino: sic dictũ, ꝙ inter duos amnes iacet in vnũ cõfluẽtes Melpim & Lirim, author Strabo. OBSOLEBANT) turpia & fœda erant. Obsoleo inquinor est, ex obs & oleo: est & obsolere, deficere. Cicero, Hoc vero â plerisq̃ eorũ desertũ obsoleuisse. vnde obsoleti, squalidi & sordidi. Horat. Caret obsoleti sordib⁹ tecti. STVLTE Aquinates) scilicet egere, qui obuiã ꝓcessere. ANAGNINI) insignis in Cãpania olim vrbs fuit Anagnia, qd ait Strab. de qua Maro, Quos diues Anagnia pascit. Deuñ) extra viã.

Interamna

Obsoleo.

Anagnia.

BEROALDVS. Fundum Cassinatem) Ad victum optima fert ager Campanus frumentum. Falernus vinum) Cassinas oleum. Tusculanus ficum, mel Tarentinus, piscem Tyberis. Quãm dispari domino tenebantur) Ampla dom⁹ dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo, & maxime

si aliquando alio domino solita est frequẽtari: odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur. O domus antiqua quàm dispari domino dominaris, ornanda est dignitas domo non tota ex domo quærenda, nec domo dominus: sed domino domus honestanda est, sicuti in fundo Cassinate villa Varroniana domino honestabatur: quo nemo vnquã homo doctior fuit: de quo celeberrim⁹ est ille versiculus, Vir doctissimus vndecunque Varro. SED cum) M. Antoni⁹ fundum villámque Varronianam inuasisset merito à prætereuntibus dici poterat. O domus quàm dispari domino dominaris.

TRAP. Quàm multos) quot. O testa) tritum est prouerbiũ. O domus antiqua quàm dispar dominare domino. in eos dictum qui ipsi nequã bonos habuerunt parentes ac maiores suos.

Varro.

Quid ego illas istius minas, contumeliásque commemorem, quibus inuectus est in Sidicinos? Vexauit Puteolanos, quod C. Cassium, quod Brutos patronos adoptassent, magno quidem iudicio, studio, beneuolentia, charitate: non vt te, vt Basillũ, vi & armis, & alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modo esse illorũ cliens. Interea dum tu abes, qui dies ille collegæ tui? cũ illud quod tu venerari solebas, bustũ in foro *euertit? Qua re tibi nũciata, vt cõstabat iter eos qui vnà fuerunt, concidisti. quid euenerit postea, nescio. metum credo valuisse & arma. Collegam quidem de cœlo detraxisti, effecistique non tu quidem etiam nunc, vt sit similis tui, sed certe vt dissimilis esset sui. Qui vero reditus inde Romam? Quæ perturbatio totius Vrbis? Memineramus Cinnam nimis potentem, Syllam postea dominantem, Cæsarem regnantem videramus, erant fortasse gladii, sed tamen abscõditi, nec ita multi. Ista vero quæ & quanta barbaria est? Agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati Milites. Lecticas portari videmus: atque his quidem iam inueteratis, P. C.

*euertet.

consuetudine obduruimus. Kal. Iun. cum in Senatum (vt erat constitutum) venire vellemus, metu perterriti repente diffugimus. At iste, qui Senatu non egeret, neque desiderauit quēquam, *vt potius dicessu nostro lætatus est: statímque illa mirabilia facinora effecit: qui chirographa Cæsaris defendisset lucri sui caussa, is leges Cæsaris, eásque præclaras, vt Rempublicam concutere posset, euertit. numerum annorum prouinciis prorogauit. Idémque cum actorum Cæsaris defensor esse deberet, & in publicis & in priuatis rebus acta Cæsaris rescidit. In publicis actis, nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est testamentum. Leges alias sine promulgatione sustulit: alias vt tolleret promulgauit testamentum irritum fecit. quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est. Signa, tabulas, quas populo Cæsar vnà cum hortis legauit, eas hic partim in hortos Pōpeii deportauit, partim in villam Scipionis. Et tu in Cæsaris memoria diliges? tu illū, tu illū amas mortuū? Quē is maiorem honorem consecutus erat, quàm vt haberet puluinar, simulachrum, fastigium, flaminem? Est ergo flamen vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, sic diuo Iulio Marc. Antonius.

MATVR. SIDICINIS) ciuitas Oscorum in Campania Theanum est, Sidicinum vocatum, author Strabo. PVTEOLOS) in Campania maritimum oppidum est: Puteoli Cumanorum olim emporium: in supercilio quodam constructum, Dicæarchia prius vocatum. Romani frequentes Annibale Italiam bello uexante habitauere, & à Puteorum frequentia Puteolos appellauere. Sunt qui ab aquarum putore quæ sulphuratæ & male olentes per totum illum & Baiarum & Cumarum sunt tractum dictos malint.

VT Basillum)Fuit hic in partibus Cæsarianis,& postea Antonianis,cuius & Lucanus meminit. DVM tu abes)Aberat Antonius vt colonias circuiret veteranorum & eos sibi conciliaret,quod est prius dictum. COLLEGAE tui)Dolabellæ METVM & arma)hoc est territum à te Dolabellam mutasse voluntatem. DE cœlo)de summa laude qua in cœlum vsque perueniebat. ERANT gladij) Cinnæ,Syllæ,& Cæsaris dominatus. AGMINE quadrato)Helian⁹ quadratis acieb⁹ Persas & Siculos vsos tradit, & maiorem fere Græcorum partem:confisos eas & posse cõponi facilius,& equitandi societatem,expeditionisque vsum seruare multis in rebus præstantius. Onosander qui ad Anastasiam Cæsarem pulcherrima de re militari scripsit commentaria,contradictione quadratóq; agmine mouere exercitum quàm alio modo satius & tutius putat. LECTICAS) quibus gestabatur Antonius cum sui similibus LEGES Cæsaris)de quibus dictum Philippica prima. ANNORVM numerum: vt prætoriæ plusquam annum , Consulares plus biennium tenerentur. SINE promulgatione) priuata authoritate , re ad populũ munime relata. VT tolleret)latas illas à Cęsare. PROMVLGAVIT)contrarias. TESTAMENTVM) Cæsaris. SIGNA. tabulas) Signa statuæ sunt & sculptorum artificium. Tabulæ vero picturæ,& pictorum opera. IN villam Scipionis)quæ erat in Tiburtino. IS) Cæsar. PVLVINAR)hæc omnia tribuebantur deorum immortalium honor , puluinari,simulachrum,fastigium. Puluinaria lecticæ erant deorum & lectuli qui in templis sterni consuere:vnde puluinaria festa Horatius,Nunc Saliaribus ornare puluinar deorum.

Quadratũ agmen.

Onosander

Puluinar.

BEROAL Quod Brutos patronos adoptassent)Mos fuit iste Priscorum,vt singulæ nationes , atque adeò populi patronos Romæ peculiares haberent in quorum essent clientela. Sic Siculi patronos Marcellos habuerunt: Lacedemonij in Tutela Claudiorum extiterunt: Fabius Sanga patron⁹ fuit Allobrogûm:quinetiam municipes mei Bononiẽses fuere in tutela Antoniorum,secutique sunt partes Antonianas in bellis ciuilibus: vnde fit vt cum patroni clientibus parentum loco sint,nephas esse videatur Bononiensem quempiam Antoniorum nomen incessere, & Antonios stilo perstringere. Quod semper obtentum est)Plinius volumine Epistolarum quinto sic scribit,Mihi defuncti voluntas vereor quam in partem iuriscõsulti quod sum dicturus accipiant:antiquior ipso iure est. Quintilianus senior in Declamationibus,testamenta vltima rata sint. Testamentum est potentissima defuncti proxima voluntas:consignata iure legibúsque ciuitatis. Vt haberet Puluinar)Nomina sunt hæc honorum , qui dijs immoralibus tribuuntur. Suetonius de Cæsare Dictatore scribens ait,Ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est sedẽ auream in curia & pro tribunali: Thẽsam & ferculum,circensi pompa:templa,aras,simulachra,iuxta deos,puluinar,flaminem,lupercos,appellationem mensis ex nomine suo.

Patroni.

Testamẽtũ

Honorum nomina.

TRAP. Bustum)dicitur locus in quo mortuus est combustus & sepultus.dicitúrque bustum quasi bene vstum.Vbi vero combustus quis tantummodo,alibi vero est sepultus,is locus ab vrendo vstrina vocatur.Sed modo busta sepulchra vocamus. Obduruimus)callum obduximus. Irritum non ratum. Legauit)testamento reliquit.

Quid igitur cessas?cur non inaugurare? sume diem: vide qui te inauguret.Collegæ sumus: nemo negabit. O detestabilem hominem,siue quòd tyranni sacerdos, siue quòd mortui. Quæro deinceps, num hodiernus dies quis sit,ignores?nescis heri quartum in Circo diẽ ludorum Romanorum fuisse?te autem ipsum ad populum tulisse,vt quintus præterea dies Cæsari tribueretur?cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris tua lege datum deseri patimur? An supplicationes addendo diem contaminari passus es? Puluinaria nolusti? Aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conserua.Quæres placeát ne mihi puluinar esse, fastigium,flaminem?mihi vero nihil istorum placet.Sed tu, qui acta Cæsaris defendis, quid potes dicere,cur alia defendas,alia non cures? nisi forte vis fateri, te omnia quæstu tuo,non illius dignitate, metiri. Quid ad hæc tandem?expecto eloquentiam tuam.disertissimum cognoui auum tuum.at te etiam expertiorem in dicendo. Illẽ nunquam concionatus est nudus, tuum hominis simplicis pectus vidimus. Respondebis ne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione,cui te respõdere cõfidas?sed præterita omittamus.hunc vnum diem,hunc vnum inquam hodiernum diem,hoc punctum temporis,quo loquor,defende si

de si potes. Cur armatorum corona Senatus septus est? cur me tui satellites cum gladiis audiũt? cur valuæ Cõcordiæ nõ patent? cur homines omnium gentium, maxime barbaros Ithyreos cum sagittis deducis in forum? Præsidii sui causſa se facere dicit. Nõne igitur millies perire est melius, quã in sua ciuitate sine armatorũ præsidio non posse viuere? Sed nullum est, istuc.

MATVR. FASTIGIVM) templum & altius ædificium. EST flamen Cæsari Antonius) cum stomacho inquit: quoniam eius imitabatur tyrannidem, & velut minister erat illius consuetudinis: Inaugurare cur non per auguria consecraris, sacerdotio præfuturus. nam inaugurari hoc est augurio cõsecrari sacerdotes futuri solebãt, & itẽ loca quę numini dicabantur. Exaugurari vero contra cum extra sacrum & phanaticam causſam ponebãtur, & in prophanũ vsum reuocabantur. SVME diem) elige diem quo inaugureris. VIDE qui te inauguret) quia scilicet nullus futur⁹ est. QVAERO deinceps) cum mortuo Cæsari diuinos honores tribui vellet Antonius, tulerat ad populum, vt quinto die ludorum Romanorum Cæsari sacrificaretur, idque scitum fuerat, & tamen honorem Cæsari Antonij lege concessum nõ exequebantur. ideóque Cicero, cum ludi Ro. celebrarẽtur, quo tempore hãc habebat orationem & quintus esſet eorum dies, fortasse inquit ignoras heri diem quartum fuisse, hodiernum quintum esse, hoc est diem Cæsari lege tua decretum. CVR non sumus prætextati?) in prætexta ludos & sacrificia celebrant. Ludi Romani magnique varie appellati annui fuere. equi pugilésque certabant à Tarquinio prisco instituti, designato circo qui postea maximus est dictus. fiebant hi ludi mense Aprili: initium erat sexto Idus. AN supplicationes) Cæsari parentalia & supplicationes decreuerat Antonius, quibus postea diem addiderat inauspicato. quare piaculum commissum erat, id quod obijcit Cicero. PVLVINARIA voluisti) respuit cum concederetur. ACTA Cæsaris) cum acta cuiuspiam dicuntur non solum quæ ille egerit, sed quæ eius honori tributa fuerint etiã intelligamus. APERTIOREM) propter id quod nudato pectore concionatus est. VALVAE. Concordiæ) illic enim haberi Senatus solebat.

BEROAL. Fastigium) quæri solet quid intelligi velit nomine fastigij: num dignitatem fastigio humano celsiorem an templum fastigio inclytum.

An consecrationem) namque apud Herodianum in Seueri imperatoris apotheosi (sic enim dicitur consecratio, relatióque in numerum Deorum) le-

Fastigium.

inaugurari

Exaugurari.

Apotheosis.

gimus extructum fuisse suggestum lignis ingentibus, compactum specie quadrangula, æquis lateribus in fastigij formam. quod extrinsecus intextis auro stragulis atque eboreis signis varijsq; picturis exornatum: intrinsecus vero positum est minutum tabernaculum: tertiumque item & quartum semper superiore contractius: possis eius edificij formam comparare turribus his quæ in portubus extruuntur, naues nocturno igne dirigentes, quas vulgo pharos appellant. Flamen vt Ioui. M. Varro de flaminibus hæc prodidit, Flamines, quod in Latio capite velato essent semper, ac caput cinctum habebant filo flamines dicti: horum singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt, vt Martialis, Vulcanalis, Dialis, qui à Ioue est.

Phari.

Flamines.

TRAP. Ludi Romani) Ludi magni dicebantur siue Circenses, siue Consualia. Prætextati) Prætexta vestis erat nobilium puerorum.

(mihi crede) præsidium. charitate & beneuolentia ciuium septum oportet esse, non armis. Eripiet, extorquebit tibi ista Populus Romanus, vtinam saluis nobis. Sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis consiliis vteris, non potes esse (crede mihi) diuturnus. Etenim ista tua minime auara coniunx, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam. Habet populus Romanus ad quos gubernacula Reipublicæ deferat: qui vbicunque terrarum sunt, ibi est omne Reipublicæ præsidium, vel potius ipsa Respublica: quæ se adhuc tantummodo vlta est, nondum recuperauit. Habet quidem certe Respublica adolescentes nobilissimos, paratos defensores: quam volent illi cedant ocio consulentes, tamen à Republica reuocabuntur. Et nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris. Sed inter pacem & seruitutem plurimum interest. Pax est tranquilla libertas: seruitus postremum malorum omnium, non modo

bello, sed morte etiam repellendum. Quod si seipsos illi nostri liberatores è conspectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. Illi quod nemo fecerat, fecerunt. Tarquinium Brutus bello est persecutus, qui *tum Rex fuit, cũ esse Romæ Regem liceret. SP. Cassius, SP. Melius, Marcus Manlius propter suspitionem regni appetendi sunt necati. Hi primi cum gladiis, non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt. Quod cum ipsum factum per se præclarum atq; diuinum est, tum expositum ad imitandum: præsertim cum illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cælo capi posse videatur. Et si enim satis in ipsa cõscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamẽ mortali immortalitatem non arbitror contemnendam. Recordare igitur illum Marci Antonii diem, quo dictaturam sustulisti. Pone ante oculos lætitiam Senatus, populíque Romani. Confer cum nummatione tua tuorũmque: tum intelliges quantũ inter laudem & lucrum interfit. Sed nimirum, vt quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi; veræ laudis gustum non habent. Sed si te laus allicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem à fœdissimis factis *poterit auocare? Iudicia non metuis. si propter innocentiam, laudo: si propter vim, non intelligis ei, qui isto modo iudicia non timeat, quid timendum sit. Quod si non metuis viros fortes, egregiósque ciues, quod à corpore tuo prohibentur

*tamen.

*potest.

armis: tui te, crede mihi, diutius non ferent.

MATVRANTIVS. DESCRIBO) designo. Etenim duos prius habuerat maritos Fuluia, Publium Clodium, & C. Curionem filium, quod antea diximus, ambo perierant. alter à Milone occisus, alter cum exercitu in Africa circunuentus: vterque Reipublicæ infestus, quoniam vterque hostis. tertia pensio dicebatur Marcus Antonius vt periret. Habet popu. Rom.) Octauium significat. Exemplum facti requirunt, vt quod egerunt ipsi, alij imitentur & te occidant. Hi primi) Brutus & Cassius. Confer) compara. Cum nummatione) cum copia nummorum & lucro. SI propter innocentiam) scilicet non metuis, innocens enim iudicia non timet. NISI maioribus) quod non est ita. QVID timendum sit) vt occidatur. Quid est autem multos &c. ac si dicat periculosissimum est diu suis timeri. A quibus est interfectus: nam & Decius Brutus & Cassius, C. Trebonius, Tullius Cimber Cæsari fuere amicissimi, pluribûsque ab eo affecti beneficijs.

TRAP. Describo) designo interdum lacero, carpo, noto. Tertiam pensionem) Nam duobus iam nupserat qui propter seditionem fuerant interfecti. de Clodio memini, de altero non item. Confer) compara. Iudicia) ipsa litigatio disceptãtium, iudicatio, pœna, locus vbi agitur caussa, ipsi etiam iudices: quemadmodũ δίκη σημαίνει καὶ τὸ πρᾶγμα, ὁῦ πρόκεινται ὁ δικάζων, καὶ ἡ ἀμφιβήτησις, καὶ ἡ τιμωρία.

BEROAL. Debet diu pensionem tertiam) Allegoricos intelligi vult Fuluiam tanquam vxorem fatalem atque pestiferã. Iam pridem duos priores maritos Clodium scilicet & Curionem peremisse. Tertium supereſſe Antonium, quem perinde ac tertiam pensionem satis debeat atque persoluat. Ex his à quibus est interfectus) Cæsarem Dictatorem plures amici confecerunt, vt inquit Seneca quàm inimici, quorum non expleuerat spes inexplebiles. In testamento plures percussorum in tutoribus filijs, si sibi qui nascerentur, nominauit: Decium Brutum etiam in secundis hæredibus. M. Brutus princeps coniuratorum Cæsaris filio creditus est, hinc Cęsar cũ in se irruentem animaduertisset, græce dixit, καὶ σὺ τέκνον ἐκτείνωγε, & tu ô fili illorũ es.

*Quid est autẽ multos.

*Quæ est autem vita multos dies & noctes timeri à suis? Nisi vero maioribus habes beneficiis obligatos, q̃ ille quosdam habuit ex his, à quibus est interfectus. An tu es vlla re cum eo comparandus? Fuit in illo inge-

nium,ratio,memoria,literatura,cogitatio, diligentia:res bello gesserat,quãuis Reip.calamitosas,attamẽ magnas. Non multos annos regnare est meditatus:magno labore,*multis periculis quod cogitauerat effecerat:muneribus,monimentis,congiariis,epulis, multitudinem imperitam lenierat:suos præmiis, aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Quid multa?attulerat iam liberæ ciuitati partim metu,partim patientia,consuetudinẽ seruiendi.Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum:cæteris vero rebus nullo modo es comparãdus.Sed ex plurimis malis,quæ ab illo Reipub.sunt inusta,hoc tantũ boni est, quòd didicit iam populus Ro. quantũ cuique crederet,quibus se committeret, à quibus caueret.Hæc igitur non cogitas? nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse,quàm sit pulchrum beneficio gratum, fama glorioſum Tyrannum occidere? *At cum illum homines non tulerint, te ferent ? certatim posthac(mihi crede)ad hoc opus curretur , nec occasionis tarditas expectabitur.Respice quæso aliquando Rẽpublicam M.Antoni:quibus ortus sis,non quibuscũ viuas,cõsidera.mecum vt voles,*redi in gratiam.sed de te tu ipse videris.ego de me ipso profitebor : defendi Rẽpublicam adolescens,non deseram senex : contẽpsi Catilinæ gladios,non pertimescam tuos . quin etiam corpus libẽter obtulerim, si representari morte mea libertas ciuitatis potest. Vtinã aliquando dolor populi Romani pariat, quod iam parturit . Etenim si abhinc an-

*magnis

*An

*cũ Rep.

nos propè viginti hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturã esse Consulari, quantò verius nunc negabo seni? mihi vero P.C. iam etiã optãda mors est perfuncto rebus *eis, quas adeptus sum, quasq; gessi. Duo modo hæc opto. vnum, vt moriens, populum Romanũ liberum relinquam: hoc mihi maius à diis immortalibus dari nihil potest: alterum, vt ita cuique eueniat, vt de Republica quisq; mereatur.

TRAPEZVNTIVS. Literatura) scientia literarum: scripsit enim ad Ciceronem librum de Lingua Latina. Non multos regnare meditatus est annos) hoc est non se exercuit multos annos vt regnaret. Congiarijs) Cõgiarium dabant Imperatores militibus, aut domini siue tyranni, cum pecuniam viritim gratis dabant. Repræsentari) impræsentiarum restitui. Immaturam) acerbam. Perfuncto) qui perfunctus sum & obij honores.

Cõgiariũ.

Repræsentari.

Alterum) vt ita cuiq; eueniat vt de Repub. quisq; mereatur.

MATVRANTIVS. CVM ILLO) Cæsare. LITERATVRA) scientia literarum atq; eruditio varia, quæ in Cæsare fuit. NON multis annis regnare) meditatus quidẽ est regnare, sed non multos annos, quia nõ ea egit quibus durare in regno, & ferri posset diu. MONIMENTIS) ædificijs.

Cõgiariũ.

CONGIARIIS) mensuræ genus congius, est chus item dictus, sex capit sextarios: quicquid liberalitatis erogabant, veteres congiarium prius dixere. Tenuit inde consuetudo vt pecuniam significaret, quam Imperatores militibus, principes viritim gratuitam distribuebant. Tranquillus in Iulio, Ex reliquo quoque ordinum genere vel inuitatos, vel spõte ad se cõmeantes vberrimo congiario prosequebatur. Idem in Octauio, Congiaria populo frequẽter dedit. Sed diuersæ fere summæ, modo quadragenos, modo tricenos, nõnunquam ducenos quinquagenosq; nummos. Macrobius, Augustus cum ab eo Pacuuius Taurus congiarium peteret, diceretque iam homines vulgo loqui, non paruam sibi ab illo pecuniam datam: sed tu, inquit, noli credere.

Repræsentari.

INVSTA) inflicta, impressa. PROFITEOR) aperte eloquor quid facturus sim. REPRAESENTARI) renouari & restitui in præsens tempus possit. QVOD iam parturijt) parere est in lucem edere, & enixam esse: parturire vero, desiderare eniti & parere. AB HINC annos. xx.) cum de coniuratis actum est. CONSVLARI) mihi. VT ita &c.) bene merentibus recte, male merentibus, vt Antonio, male.

BEROALDVS. Literatura) modo eruditio, aliâs grammatica significatur. Quintilianus, Grammaticæ quam in latinum transferentes literaturam vocauerunt, fines suos norit. Martianus, γραμματικὴ dicor in Græcia, Romulus literaturæ nomen ascripsit, quãuis infantem me literationẽ voluerit nũcupari. Assector grammaticæ nunc literatus dicitur: literator antè vocabatur. hinc illud Catullianum, Manus dat tibi Sylla literator. apud Græcos grammatodidascalos vocitatur. Congiarijs) In commentarijs Tranquilli annotauimus congiarium & donatiuum ita disparari discriminarique, vt congiarium ponatur pro munere Imperatorio quod populo datur: Donatiuum vero pro eo, quod militibus erogatur. Congiariũ. Donatiuũ.

Pariat quod iam parturit) Consimile est illud Liuianum, Proinde omitte Sagunti atque Hiberi mentionẽ facere, & quod diu parturit animus vester aliquando pariat. Grammatici autumant verba hæc quæ desinunt in rio meditationem significare, & nominari meditatiua: mihi non tam meditatiua videntur quam desideratiua, quod & diuus Augustinus affirmat. hinc illud Epigrammatici poetæ, Cœnaturit Vacerra non cacaturit. Itidem à Sidonio dictum est, Incitatus semel animus necdum scripturire desineret. M. Varro empturientem vocat emendi cupidũ, & emacem. sed super verbis id genus aliubi plura. M. Tullius dixit, Philosophi morturiunt, id est mori desiderant. Parere. Parturire. Verba in rio

Mortem immaturam Consulari) Cum inueheretur in Catilinam viginti annis antè, quo tempore detecta oppressaque coniuratio est, dixit hæc verba in Senatu, Deinde si quid obtigerit æquo animo paratoq; moriar. neq; enim turpis mors forti viro potest accidere. neq; immatura Consulari, nec misera sapienti. Varius Geminus declamator dans consilium Ciceroni vt roget Antonium ait, Spero me Ciceroni meo persuasurum vt velit viuere. Quod grandia loquitur, & dicit, Mors nec immatura Consulari, nec misera sapienti, non mouet me. Idiotam petit, ego belle mores hominis noui, faciet, rogabit. nam quod ad seruitutem pertinet non recusabit, iam collum tritum habet: & Pompeius illum & Cæsar subiecerunt: veteranum mancipium videtis. Complura alia in Ciceronem scurrilia dixit, vt illi mos erat. Morturi. Mors matura.

Finis Secundæ Philippicæ.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM PHILIPPICA TERTIA, AD SENATVM SEV P.C.



ERIVS omnino P.C. q̃ tempus Reip. postulauit, aliquando tamen conuocati sumus: quod flagitabã equidem quotidie. quippe cum bellum nefarium contra aras & focos, contra vitã, fortunasq; nostras, ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri iam viderem. Expectãtur Kal. Ianuariæ, quas non expectat Antonius. qui in prouinciã D. Bruti summi & singularis viri, cum exercitu impetum facere conatur: ex qua se instructum & paratum ad Vrbem vẽturũ esse minitatur. Quæ est igi tur expectatio? aut quæ vel minima dilatio temporis? quanquam enim adsunt Kal. Ianuariæ, tamen breue tẽ pus longum est imparatis. Dies enim affert & hora potius, nisi prouisum est, magnas sæpe clades. Certus autẽ dies non vt sacrificii, sic consilii expectari solet. Quòd

si aut Calẽdæ Ianuariæ fuissent eo die, quo primùm ex vrbe fugit Antonius: aut hæ non essent expectatæ: bellum iam nullum haberemus. Authoritate enim Senatus consensúque populi Ro. facile hominis amentis fregissemus audaciam. quod confido equidem Consules designatos, simulac magistratum inierint, esse facturos. sunt enim optimo animo, summo consilio, singulari cõ cordia. Mea autem festinatio non victoriæ solum auida est, sed etiam celeritatis. Quousq; enim tãtum bellum, tam crudele, tam nefarium, priuatis consiliis propulsabitur? cur nõ q̃ primum publica accedit authoritas? C. Cæsar adolescens, pene potius puer incredibili ac diuina quadam mente atq; virtute tum, cum maxime furor arderet Antonii: cũq; à Brũdusio crudelis & pestifer reditus timeretur: nec postulantibus, nec cogitãtibus, nec opinantibus quidem nobis, quia fieri posse non videbatur, firmissimum exercitum inuicto genere veteranorum militum comparauit, patrimoniúmque suum effudit. quanq̃ non sumus vsi eo verbo, quo decuit.

GEORG. TRAPEZVNTIVS.



ERIVS) Quo tempore Cęsar est occisus, Octauius ex filia nepos qui Apoloniæ literis operam dabat, Romam reuersus vt hæreditatem adiret, ab Antonio quæ de bonis Cæsaris (multa enim ad eum peruenerant) habuisset, reposcere instituit: Antonius ætatem pueri contẽnens, atq; opibus suis fretus non modo puerum eludebat, sed libertatẽ populo eripere conabatur: quod vt facilius efficeret, statim post mortem Cæsaris colonias militum veteranorum omnis adierat, maximisq; congiarijs ac muneribus militum animos sibi deuinciebat. Cicero igitur quãtum Reip. periculum impenderet prospiciens, intelligensq; nullũ nisi in armis ac vi præsidium libertati esse, puerum eo animo atq; consilio aduersus Antoniũ

adiuuandum ſuſcepit,vt eius auxilio,quem propter memoriam Cæſaris nõ parum apud milites veteranos beneuolentia & authoritate valiturum cẽſebat,Remp.defenderet.Igitur eo reuerſo cum multæ legiones eũ ſecutæ fuiſſent,Antonius pueri vires timens & populi conſenſum, Vrbe exceſſit, & in Galliam cum exercitu tranſiens Brutũ Mutinæ obſidere inſtituit. Cicero igitur ſuadet vt Octauius puer authoritate ornetur:cuius beneficia in pop.Ro. cõmemorat ac laudat:& Antoniũ è cõtrario vituperãs,hoſtẽ cẽſet iudicãdũ. Ab homine profligato)perdito,cõfecto,vnde & ,pfligata quęſtio,cõfecta.

MATVR. CVM expeditionem Cæſar Dictator in Dacos, & inde in Parthos deſtinaret,C.Octauiũ Actia Iuliæ ſororis filia,& Cn. Octauio natum,quem in familiam nomenq; adoptauerat,Apolloniam præmiſit. vbi cũ Cæſar occiſus eſt,ſtudijs vacabat adoleſcens.Poſtquam vero rem accepit,ac hæredem ſe relictum comperit,vrbem repetijt,& hæreditatem adijt: multis quidẽ dehortantibus,& Antonio,ad quem paternum amicum primũ rediẽs ſe contulerat,deſipere affirmante, quòd tam oneroſam adiret hæreditatem, & non potius abſtineret.Petente autem Octauio tãtum ex Cęſaris pecunijs, omnes enim interceperat Antonius & tenebat, quantũ ad diſſoluendos tricenos ſeſtertios ſatis eſſet,quos publice & priuatim Cæſar legauerat,& negante Antonio,graues inter eos inimicitiæ ortæ ſunt. ſed rediere tamen non multò pòſt in gratiam,actumq; eſt per cõmunes amicos vt in Capitolio cõgrederentur:multa vltro citroq; habita verba,acriterq; ab vtroq; expoſtulatum eſt:nec multò pòſt hoſtes rurſus facti, varijſq; ab Antonio contumelijs Octauius affectus. Erant in Macedonia legiones quinque illuc à Cæſare ad Parthicam expeditionem præmiſſæ: Antonius vero Macedoniam ſortitus & in eam Getæ excurſuri nunciabantur:& illis Præfectus legionibus vt tamen in Italiam traduceret meditatus eſt, & per L. fratrem Brunduſium euocatas ſibi adiungere conatus:Galliam autem quæ cis Alpes eſt,& D. Bruto à Cęſare decreta,& poſtea à Senatu confirmata tenebatur, tradi ſibi Macedoniæ loco poſtulauit:meminerat enim redeuntem à Gallia Cæſarem Pompeiũ ſuperaſſe.res à Senatu negata eſt, publice priuatimq; ad Decium miſſi, qui & prouinciam retinere,& alium parare exercitũ hortarentur.Tantiſper Octauius videns non modo ſe vt puerum ab Antonio contemni, ſed etiam Pop. Ro.libertatẽ eripi,omnes militũ veteranorũ colonias luſtrauit: quibuſcũq; rebus ac muneribus potuit & milites & plebem ſibi concilians,ſe ad Senatus, & Ciceronis qui princeps in Rep.tunc erat,authoritatẽ contulit. Cũq; poſtea Ant.cũ quatuor legionibus veteranorum & alijs militibus in Galliã proficiſceretur, Octauius ſuadente & hortante Cic. quia alia via obſiſti facilius Antonio poſſe non videbat,honorificis decretis eſt ornatus, & Proprætor cum nouis Cõſulibus Mutinam intra quã Decius ab Antonio obſidebatur, ire iuſſus.Antonius victus fugatuſq; eſt:Decius obſidione liberatus.Cũ ergo deſignati Cõſules Panſa & Hirtius Cal.Iañ.Conſulatũ inituri eſſent, & ha-

bendus tunc demum Senatus, nõ expectatis ipsis Cal. id egit Cic. vt Senatores cogerentur, & hanc habuit orationẽ, quæ & ipsa in deliberatiuo genere est. omnes in M. Antoniũ accendit: & vt hostis patriæ quandoquidẽ D. Bruto eripere prouinciam volebat, iudicetur, suadet Senatui. C. Cæsarem adolescentem laudat: aliqua eius in ordinem illum merita cõmemorat, ornandũq; authoritate aliqua hortatur: in odium adducit Antonium, cũ Tarquino superbo collatum multo crudeliorem immaniorẽq; esse ostendit, qui locus cõparationis est pulcherrimus. Galliam prouinciam laudat, & Deciũ extollit verbis. obiectam ab Ant. C. Octauio generis obscuritatem purgat. de turpissima prouinciarũ sortitione & pluribus Antonij sceleribus verba facit, suãq; de tota re in fine orationis profert sententiã. SERIVS) cum excessissent vrbe Antonius & Octauius, per Italiam discurrerent, coloniam lustrarent, veteranos præmijs allicerent, legionesq; sollicitarent: neq; multis diebus habitus Senatus esset, neq; conuocari, q; aberant Consules Antonius & Dolabella, posset. expectarenturq; Kal. Iañ. quibus inituri magistratum noui erãt Consules. Cicero tamẽ id egit vt ante Iañ. Kal. Senatus cogeretur, & ne vlterius differretur quin de summa Rep. referretur & statueretur, effecit. Exorditur vero per metum quem inijcit â periculo expectationis & dilationis dicens, non vt sacrificij, sic consilij & rei agendæ in qua valet occasio, tempus certũ esse. TEMPVS) occasio rei gerendæ. PROFLIGATO & perdito) Pædianus perditum dicit esse quod inueniri non potest: ptofligatũ quod potest. vtrũq; ad corruptissimos mores refertur. dicimus enim profligatũ & perditum adolescentẽ, qui sic vitijs fertur præceps, vt nullus speretur ad virtutem reditus. Verbum vero profligo quid significet, Aulus Gell. docet libro xiiij. cap. v. EXPECTANTVR) Cum dolore hoc inquit & stomacho.

Perditum.
Profligatũ.

BREVE tempus) nocuit semper differre paratis. FVGIT) non re vera fugerat, sed C. Cæsaris metu â quo strui sibi insidias palâm videbat, ad veteranos sollicitandos, & legiones accesserat. PRIVATIS) C. Cæsaris. PESTIFER reditus) si legiones illas quæ ex Macedonia Brundusium redierãt sibi conciliasset, & obsequentes habuisset.

BEROAL. Affert & hora potius) Liuius libro tertio ab origine Vrbis, Quid quęq; nox aut dies ferat incertum est: puncto sæpe temporis maximarum rerum momenta verti. Item libro. xxv. Si in occasionis momẽto cuius pręteruolat opportunitas, cunctatus paulũm fueris, ne quicq; mox omissam queraris. Prętera, vt author est Apuleius, Res anceps & periculosa moram non sustinet: sed meliora consilia præuertitur.

*Reipub. Non enim effudit, sed in salutẽ *Ro. Pop. collocauit: cui quanq; gratia referri tãta nõ potest quanta debetur: habenda tamẽ est, quantã maximã animi nostri capere

possunt. Quis enim est tam ignarus rerum? tam nihil de Republica cogitãs? qui hoc non iutelligat, si M. Antonius à Brundusio cum his copiis, quas se habiturum putauerat, Romam, vt minabatur, venire potuisset, nullum genus crudelitatis eum prætermissurum fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundusii fortissimos viros, ciues optimos, iugulari iussit: quorum ante pedes eius morientium sanguine os vxoris respersum esse constabat. Hac ille crudelitate imbutus, cum multo bonis omnibus veniret iratior, quam illis fuerat, quos trucidarat: cui tandem vestrum, aut cui omnino bono pepercisset? qua peste rempublicam priuato cõsilio (nec enim fieri potuit aliter) Cæsar liberauit. qui nisi in hac Republica natus esset, Rempublicam scelere Antonii nullam haberemus. Sic enim perspicio, sic iudico: nisi vnus adolescens illius furentis impetus, crudelissimósque conatus cohibuisset, Rempublicam funditus interituram fuisse.

*prætericturum.

MATVRANTIVS. NON enim effudit) cum effundere inaniter & inutiliter sit proijcere. In hospitis tectis) vbi hospitij reuerentia abstinere à tali crudelitate debuisset. de his paulò pòst dicturus est Cicero. OS VXORIS) Volumniæ Mimæ, quam quocunque ibat, secum ducebat Antonius: & si etiam Fuluiam possumus accipere. Magna vero Antonij exprimitur crudelitas, qui in vxoris conspectu ciues Romanos sic iusserit iugulari. Cicero Philippica viij. Brundusij in sinu non modo auarissimæ, sed etiam crudelissimæ vxoris delectos Martię legionis Centuriones trucidauit. PRIVATO consilio) cum certior factus esset Octauius Antonium Brundusium profectum esse, veritus ne cum quatuor illis rediret legionibus, & se præsidio destitutum opprimeret, in Campaniã abijt ad colonias à patre missas & deductas, & vt secũ militarẽt solicitauit, singulis qui se sequerẽtur drahmas pollicitus quingentas, decem milia hominum contraxit. Explorata eius volun-

tate, Senatus quòd Antonij hostis veniret, ingredi vrbem permisit. in templo Castoris constitit, reliquis dimissis, tria milia retinuit. Interim exercitus contumax cœpit esse, qui intelligens quæ ab Octauio & Romæ & in colonijs fierent reliquum exercitum properare Ariminum iussit, ipse vna tantum cohorte assumpta Romam venit, vbi legiones Nartiam & Quartam ex his quæ Bruduſij erant Octauio se adiunxisse, & Martiam quidem Albæ esse accepit. qua re vehementer commotus, & si de his quæ egerat Cæsar & agebat, venerat verba facturus. Senatus enim iam coactus erat: tamen pauca locutus de prouincijs, & supplicatione M. Lepido decernenda omnino intactum linquens Octauium abijt ad portas & vrbem egressus Albam contendit, vt Martiam legionem si posset à proposito abduceret, ac sibi reconciliaret. Sed ab Albanis muris repulsus est, ab eadem legione quam nunc laudat Cicero, inde Tybur, nec multò pòst Ariminum vbi Gallicæ prouinciæ initiũ olim fuit, profectus est, bellum contra Decium qui prouinciam non deponebat, gesturus. Legionibus vero imponi ab Imperatoribus nomina solebãt vel ab ordine vt prima, secunda & deinceps, vel à robore, vt Martia, vel ab alia quauis causſa.

Legionum nomina.

TRAP. Respersum) madefactum balneatum. Imbutus) tinctus, infectus. Imbutum autem est quod cuiuspiam rei succum dat: vnde infantibus an velint bibere dicentes, bum, syllaba contenti sumus.

Cui quidem hodierno die P. C. nunc enim primum ita conuenimus, vt de illius beneficio possemus quæ sentiremus, libere dicere: tribuenda est authoritas, vt Rempublicam non modo à se susceptam, sed etiam à nobis commendatam possit defendere. Nec vero de legione Martia (quoniam longo interuallo loqui nobis de Republica licet) sileri potest. Quis enim vnquam fortior, quis amicior vnquam Reipublicæ fuit, quàm legio Martia vniuersa? quæ cum hostem populi Romani M. Ant. vindicasset, comes eius esse amentiæ noluit. Reliquit Consulem: quod profecto non feciſſet, si eum Consulē iudicauisset: quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cædem ciuium atque interitum ciuitatis vide-

*iudicasset

ret. Atque ea legio consedit Albæ. Quam potuit vrbem eligere, aut oportuniorem ad res gerẽdas? aut fideliorem? aut fortiorum virorum? aut amiciorum *populo Romano ciuium? Huiusce legionis virtutem imitata quarta legio, duce L. Egnatuleio quæstore ciue optimo & fortissimo, Cæsaris authoritatem atque exercitum persecuta est. Faciendum est igitur nobis P. C. vt ea quæ sua sponte clarissimus adolescens atque omniũ præstantissimus gessit & gerit, hæc authoritate nostra comprobentur, veteranorúmque fortissimorum virorum, tum legionis Martiæ, quartæque mirabilis consensus ad Rempublicam recuperandam *laude & testimonio nostro confirmetur: eorúmque commoda, honores, præmia, cum Consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore hodierno die spondeamus. Atque ea quidem quæ dixi de Cæsare, déque eius exercitu, iam diu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Cæsaris, constantiáque militum veteranorum, legionúmque earum optimo iudicio, quæ authoritatem nostram, libertatémque populi Romani, virtutem C. Cæsaris secutæ sunt, à ceruicibus nostris est depulsus Antonius, sed vt dixi, hæc superiora. Hoc vero recens edictum D. Bruti, quod paulò antè propositum est, certe silentio non potest præteriri. pollicetur enim se prouinciam Galliam retenturum in Senatus, populíque Romani *potestatem. O ciuem natum Reipublicæ memorem sui nominis, imitatorémque maiorũ. Neque enim Tarquinio *repulso maioribus nostris tam fuit optata

*Reip.

*laudetur.

*potestate.

*expulso.

libertas,quã est repulso Antonio retinẽda nobis. Illi Regibus parere iam à cõdita Vrbe didicerãt: nos post Reges exactos seruitutis obliuio ceperat. Atque ille Tarquinius, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus habitus est & dictus. Quod nos vitium in priuatis sæpe tulimus, id maiores nostri ne in Rege quidem ferre potuerunt. Iu. Brutus Regem superbum non tulit: D. Brutus sceleratum atq; impium regnare patietur Antonium?

MATVR. Longo interuallo) nam Senatus â Calen. Iun. vsque ad. xiij. Cal. Ianu. haberi libere non potuerat. OPPORTVNIOREM) quoniam in loco natura munitissimo sita est, in excelso saxo & prope in Vrbis conspectu. CAESARIS) Octauij. EDICTVM Decij Bruti) quod ille proponi mandauerat, quo voluntatem & studium declarabat. SVI nominis) Iunij Bruti, qui exactis Regibus libertatem pop. Rom. peperit. ILLI regibus parere) pulcherrimus locus comparationis per contentionem & rerum & verborum. SED superbus habitus est) quod cognomen facta indidisse tradit Li. ex moribus datum tradit Florus. & in omnes eum superbia grassatum, omni crudelitate grauiorem esse.

Superbus. BEROAL. Superbus habitus est) veteres superbum esse dixere, qui respondere dedignaretur: quod & M. Tullius indicare videtur epistola quadam scribens, Partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas: partim contumelioſum, quod male respondeas. Item in prima Tusculana, Quid si te interrogauero non respondebis, superbum id quidem est. Tarquinio vero superbo cognomen inditum à moribus docet Liuius his verbis, Inde Lucius Tarquinius regnare cœpit. cui Superbo cognomen facta indiderunt, quia socerum gener sepultura prohibuit, Romulum quoque insepultum periisse dictitans. Dionysius lib. iiij. Antiquitatum Tarquinium scribit à Romanis Superbum cognominatum ex insolentia quadam tyrannica, moribúsque superbissimis Græca lingua ὑπερήφανον dicitur.

ASCEN. Lego cum A. Gellio & Victorino codice, In Senatus populique Romani potestatem: licet grammatices ratio potestate defendat. Lego Iu. Brutus Regem superbum non tulit: licet exẽplaria fere L. Brutus habeãt.

TRAP. Quoniam longo interuallo) nam Senatus à Calendis Iunijs vsque ad Calendas Ianuarias libere habitus non fuerat.

Quid

Quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia,& fecit,& facit Antonius?Senatum etiam Reges habebant: nec*tamen vt Antonio Senatum habenti, in consilio Regis versabãtur Barbari armati. seruabãt auspicia Reges,quæ hic Consul,Augúrque neglexit. neque solum legibus contra auspicia gerendis,sed etiam Collega vnà referente,quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat.Quis autem Rex vnquam fuit tam insigniter impudens,vt haberet omnia commoda,beneficia, iura regni venalia?quam hic immunitatem,quam ciuitatem,quod præmium,non singulis*hominibus,vel ciuitatibus, vel vniuersis prouinciis vendidit ? Nihil humile de Tarquinio,nihil sordidum accepimus.At vero huius domi inter*quasilla pendebatur aurum, numerabatur pecunia:vnà in domo omnes,quorum intererat, totum imperium *populi Romani nundinabãtur.Supplicia vero in ciuesRo.nulla Tarquinii accepimus.At hic & Suessæ iugulauit eos, quos in custodiam dederat, & Brundusii trecentos fortissimos viros,ciuésque optimos trucidauit, Postremo Tarquinius pro populo Ro . bellũ gerebat, tum cum expulsus est. Anto. contra pop. Rom.exercitum *ducebat,tum cum à legionibus relictus nomen Cæsaris exercitúmque pertimuit : neglectísque sacrificiis solennibus,ante lucem ea vota, quæ nunquam solueret,nũcupauit. Et hoc tempore in prouinciam populi Romani conatur inuadere . Maius igitur beneficium à D. Bruto.pop.Rom . & habet & expectat, quàm maiores nostri acceperunt à Iu . Bruto

*tum.

*vel.

*ciues illi appẽdebat

*Reip.

*educebat,

principe huius maxime conseruandi generis & nominis. Cum autem est omnis seruitus misera, tum vero intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunquam, ne in metu quidem, sobrio. Hunc igitur qui Gallia prohibet, priuato præsertim consilio, iudicat, verissimêque iudicat, non esse Consulem. Faciendum est igitur P. C. nobis, vt D. Bruti priuatum consilium authoritate publica comprobemus. Nec vero Mar. Ant. Cõsulem post Lupercalia putare debuistis. quo* illo die pop. Rom. inspectante, nudus, vnctus, ebrius, concionatus est: & id egit vt Collegæ diadema imponeret: eo die non modo Consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Esset enim ipsi certe statim seruiendum, si Cæsar ab eo regni insigne accipere voluisset. Hunc igitur ego Consulem, hunc ciuem Ro. hũc liberum, hunc denique hominem putem? qui fœdo illo & flagitioso die & quid pati Cæsare viuo posset, & quid eo mortuo consequi ipse cuperet, ostendit.

*enim ille die.

MATVR. BARBARI) Ithyræos prius dixit. NEGLEXIT) vt est supradictũ. COLLEGA) Dolabella. INSIGNITER) notabiliter & aperte. VNIVERSIS prouincijs) vt Cretæ. HVMILE) vile. QVORVM intererat) quibus vtile erat. NVNDINABANTVR) veluti nũdinis & publico mercatu ac foro emebant. SVESSAE) quæ Volscorum quondam metropolis fuit vt Strabo ait: eam Pometini incolebant, à quibus Pometina cognominata est, inter quam & Formias Minturnæ sunt, sic â Setino sinu iuxta quam sita est vocata. EOS) ciues Romanos quos in custodiam dederat: hos Octauius ad Sollicitandas colonias miserat, quos deprehensos Antonius custodiendos primo dedit Suessanis, Deinde iugulauit. Trecentos vero Brundusij trucidatos milites significat, ex quatuor illis legionibus quæ ex Macedonia Brundusium redierant, quas indignatas quòd centum duntaxat singulis drachmas daturũ pollicitus esset, & simul irridentes atque oĩa.

Suessã.

perturbantes petitos à Tribuno trucidauit, quod Appian⁹ ſcribit. Pro pop. Rom.) cõtra hoſtes popu.Rom. ALEGIONIBVS) Martia & Quarta. RELICTIS ſacrificijs)quæ facere ſolent in prouincias profecturi magiſtratus. ANTE lucem)nam venit in vrbem,vt dictum eſt, & pauca locut⁹ in Senatu cucurrit ad portas,& Vrbem ante lucẽ eſt egreſſus. NVNCVPAVIT)nominatim & propalam vouit,cum Prætor aut Conſul exercitum aduerſus hoſtes ducturus,eo luſtrato prius nominatim vota facit, nuncupare vota dicitur. Cum vero tantum mente promittit, non etiam profert & pronunciat,cõcipere:vnde nuncupata & concepta vota. NE in metu quidem)neque enim maximo metu abſtineat quin & potaret & ſcortaretur,ac ſecum fœdiſſimis hominibus & Mina Volumnia oblectaret. QVI Gallia proh.)Decius Brutus. QVID conſequi ipſe) regnum & Tyrannidem.

Nũcupata & cõcepta vota

BEROAL. Seruabant auſpicia Reges)libro primo de Diuinatione ſic ſcriptum legimus,In principio huius vrbis parens Romulus non ſolum auſpicato vrbẽ cõdidiſſe, ſed ipſe etiã optim⁹ Augur fuiſſe traditur.Deinde Auguribus & reliqui Reges vſi,& exactis Regibus, nihil publice ſine auſpicijs nec domi, nec militiæ gerebatur. Supplicia in ciues nulla Tarquinij) Diſpiciamus an oratorio magis more quàm hiſtorico dictum hoc ſit. nanque apud Liuium legimus Tarquinium Superbum cum regnum metu tutandum eſſe exiſtimaret,ex patribus alios occidiſſe,alios in exilium legiſſe, alios bonis mulctaſſe. Omnis ſeruitus miſera) apud Iuriſconſultos ſeruitus morti comparatur.Præterea cum innatum ſit omnibus hominibus liberalitatis deſiderium,tam dulcis res eſt ipſa libertas,vt olim Legati Spartanorum præfecto Perſarum dederint reſponſum hoc digniſſimum memoratu,Seruus tu quidem eſſe noſti,libertatem autem nõdum expertus es,vtrum ſit dulcis an non.quæ ſi tibi experta foret, non vt haſtis ſed vt ſecuribus pro ea dimicaremus,nobis ſuaderes.

Romulus augur

Seruitus.

ASCEN. Lego cum victorino,inſignite ſicut Iuculẽte & violente.Lego cum eodem,Huius domi quaſilla veniebatur aurum. Quem locũ demiror à commentariis nõ repoſitum,cum ſic laudetur à Feſto, vt eum etiã Calepinus recitat.Item,Totum imperium populi Rom.non Reipu.

TRAP. Inſignite)egregie. Humile)abiectum vile. Quorum interat)quibus vtile erat. Nundinabantur)vendebãt In cuſtodiam) εἰς τὴν φυλακήν. Trucidauit) atrociter interfecit.Atrox crudelis. Nuncupauit) vnde nuncupata vota dicuntur quæ Prætor vel Conſul exercitum aduerſus hoſtes educens nominatim proponit luſtrato ante exercitum. Vota vero cõcepta dicuntur quæ nõ proferuntur, ſed tãtum mente atq; animo cõcipiunt.

Nec vero de virtute,conſtantia,grauitate, prouinciæ Galliæ taceri poteſt.Eſt enim ille flos Italiæ,illud firma-

mentum imperii Pop. Rom. illud ornamentum dignitatis. Tantus autẽ eſt conſenſus municipioru, coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad authoritatem huius ordinis, maieſtatémque populi Romani defendendam conſpiraſſe videantur. Quamobrem Tribunipleb. quanquam vos nihil aliud, niſi de præſidio, vt Senatum tuto Conſules Calen. Iannu. habere poſſent, retuliſtis: tamen mihi videmini magno conſilio, atque optima mente poteſtatem nobis de tota Repub. feciſſe dicendi. Cum enim tuto Senatum haberi ſine præſidio non poſſe iudicauiſtis, iſtud etiam ſtatuiſtis, intra muros Antonii ſcelus audaciámque verſari. Quamobrem oía mea ſententia complectar, vobis, vt intelligo, non inuitis: & vt præſtantiſſimis ducibus à nobis detur authoritas: & fortiſſimis militibus ſpes oſtẽdatur præmiorum: & iudicetur non verbo, ſed re, non modo non Conſul, ſed etiam hoſtis Antonius. Nam ſi ille Conſul, fuſtuarium meruerunt legiones, quæ Conſulem reliquerunt. Sceleratus Cæſar, Brutus nefarius, qui contra Conſulem priuato cõſilio exercitus cõparauerũt. Sin autẽ militibus exquirendi ſunt honores noui, propter eorũ diuinũ, atq; immortale meritum: ducibus autem ne referri quidem poteſt gratia. Quis eſt, qui eum non hoſtem exiſtimet, quem qui armis perſequuntur, conſeruatores Reipub. iudicantur? At quàm contumelioſus in edictis? quàm barbarus? q̃ rudis? Primũ in Cæſarẽ maledicta congeſſit, deprõpta ex recordatione impudicitiæ & ſtuprorũ ſuorũ. Quis enĩ hoc adoleſcẽte caſtior? Quis modeſtior?

MATVRANTIVS. CONSPIRASSE) consensisse. quãobrẽ Trib. pleb. cum abessent Consules, retulerunt de Senatu habendo & præsidiũ statuendum esse censuerunt: quo haberi Calen. Ianu. tuto posset: Cicero hac sententia statuendi præsidij interpretatur potestatem de tota Republica dicendi: & quoddam præiudicium de Antonio fieri: metuendum scilicet esse. Tantisper autem Cicero quod faciendum sibi videare docet dandã auctoritatem ducibus Octauio & Decimo: spem premiorum militibus Martiç & quarrç legionis ostendendum: Antonium hostem non verbo, sed re iudicandum. CONSVLES) noui. NAM si ille Consul) si Antonium, inquit, Consulem fatemur esse, peccasse legiones Martiam & quartam confiteamur necesse est, quæ eum secutæ non sunt, & flagris dignos atq; animaduersione more Romano. Fustuarius autem is est qui flagris cedit, & ob aliquod commissum scelus militem verberat. MALEDICTA congessit) quem Cæsaris iactabat fuisse concubinum: id quod re vera etiam fuit. Cicero in epistola ad Cæsarem ipsum Octauinm, Cui nulla virtus, non vllæ subactæ & ad imperium adiunctæ prouinciæ, nulla dignitas maiorum conciliasset opem potẽtum: sed forma per dedecus, pecuniam, & nomen nobile conscleratum impudicitiæ dedisset. DEPROMPTA) qualis ipse fuit in pueritia & adolescentia, talem Cæsarem esse mentiens.

Fustuarius. Augusti impudicitia.

BEROALDVS. Fustuarium meruerunt) Castigationem fustium virgarumq; supplicium eleganti vocabulo fustuarium appellãt: de quo Liuius, Fustuariũ meretur, qui signa relinquit aut præsidio decedit. Inter pœnas militares vt docet Modestinus iurisc̃sultus, est fustium castigatio, ignominiosa missio, pecunia mulcta, & militiæ mutatio. Errant qui fustuariũ exponunt pro eo qui flagris cædit: quem virgatorem Plautus appellauit. non enim fustuarius homo dicitur, sed neutro genere fustuarium: accipiturq; pro supplicio fustium & castigatione. Martianus, quod annotatu dignũ est, aliter hunc locum legit, aliterq; interpretatur, qui docens argumenta duci à cõtrario sic refert, Cicero in tertio Philippicarum contra Antonium à contrario argumentatur dicens, Si ille Consul fustuarium meruerit, legiones quid, quç Cõsulem reliquerunt? ex hac Martiani lectione elicietur sensus talis. Si Antoni⁹ Consul ob improbitatem meruerit supplicium fustium, & nimirum legiones quæ illum reliquerunt, merentur præmium & laudem: sed quod cum bona venia Martiani dictum sit, purior lectio est, veriorq; intellectus ex scriptura inuulgata, & enarratione inueterata. Quis hoc adolescente castior?) Contraria sentit in epistola ad ipsum Octauium scribens, Formam per dedecus, pecuniam, dedisse Augusto Cęsari, & ex impudicitia partum nomen M. Anto. Augustum vt effœminatum insectatus est, meritumq; stupro adoptionem auunculi. Item Lucius M. Anto. frater probro dedit Augusto, quòd solitus sit crura suburere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret.

Pœnæ militares. Fustuariũ.

Quod in iuuẽtute habemus illustrius exemplũ veteris sanctitatis? Quis autẽ illo maledico ípurior? Ignobilitatẽ obiicit C. Cæsaris filio: cuius etiã naturalis pater, si vita suppeditasset, Consul factus esset. Aricina mater. Trallianã, aut Ephesinã putes dicere? Videte q̃ despiciamur omnes, qui sumus de municipiis, id est omnes *plane. Quotus enim quisq; non est? Quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinũ tãtopere despicit?

*plani:notus enim

TRAP. Trallianam) θράλλεις ciuitas & populus in Thracia sane barbarus: vnde θράλλιος. ἐφεσίνην.) ex Epheso quæ est ciuitas Cariæ. Multæ sellæ curules) id est magistratus quibus licebat sella curuli vti, quẽadmodum ædiles curules, Prætores, Consules. Tum palla & cothurnis) habitu Græco. Nam pallium, vestis Græca: vnde palliatæ comœdiæ.

ASCEN. Primum in Cæsarem vt maledicta) sic Victo. Aricina mater. repetit verba Antonij: ideo non lego cum commentarijs Aricinam matrem, quæ de pudicitia male audijt. Vnde de patre consuluit Maronem Augustus. Erat enim Ariciæ magna vis diuitum & luxurioſorum quos sectantur mendici, de quibus Iuuen. Sat. iiij. Dignus Aricines qui mẽdicaret ad axes. Notus enim) lego quotus enim: nam ordo & sensus est. Despicimur omnes qui sumus de municipijs, scilicet oriundi (habet enim Victorinus de, non è) id est plane omnes scilicet despicimur, quotus enim quisq; non est, scilicet de municipio. quasi dicat rarissimus.

vetustate antiquissimum? iure fœderatum? propinquitate pene finitimum? splendore municipum honestissimum? Hinc Voconiæ, hinc *Scatiniæ leges, hinc multæ sellæ curules, & patrum memoria & nostra. Hinc equites Romani lautissimi plurimi & honestissimi. Sed si Aricinam vxorem non probas, cur probas Tusculanã? quanquam huius sanctissimæ fœminæ atq; optimæ pater M. Accius Balbus in primis honestus, Prætorius fuit. tuæ cõiugis bonæ fœminæ, locupletis quidem certe,

*Ariciæ

Bambalio quidam pater,homo nullo numero, nihil illo contemptius.qui propter hæsitantiam linguæ,stuporémque cordis,cognomen ex contumelia traxerit. Atauus huius nobilis Tuditanus:nempe ille,qui cum palla & cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat. Vellem hanc contemptionẽ pecuniæ suis reliquisset,haberetis nobilitatem generis glorioſam . Qui autẽ euenit vt Iulia natus,ignobilis tibi videatur,cum tu eodem materno genere soleas gloriari ? Quæ porrò amẽtia est,eum dicere aliquid de vxorũ ignobilitate , cuius pater Numitoriam Fregellanam proditoris filiam habuerit vxorem:ipse ex Libertini filia susceperit liberos? Sed hoc clarissimi viri viderint: L. Philippus qui habet Aricinã vxorem:C.Marcellus,qui Aricinæ filiam:quos certe scio dignitatis optimarum fœminarum non pœnitere.Idem etiam Q.Ciceronẽ *fratris mei filium cõpellat edicto , nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Quid enim accidere huic adolescẽti potuit optatius,quàm cognosci ab*omnibus Cæsaris consiliorum esse socium? Antonii furoris inimicũ? At etiam gladiator ausus est scribere, hunc de patris & patrui parricidio cogitasse.

* patris

hominib

BEROAL. Ignobilitatem) M.Antonius libertinum Augusto Cæsari proauum exprobrauit Restionem ex pago Turrino,auum argentariũ.Idem despiciens etiam maternam Augusti originem proauũ eius afri generis fuisse,& modo vngẽtariam tabernam,modo pistrinũ Ariciæ exercuisse obiecit.

MATVR. CAESARIS) Dictatoris. FILIO) adoptiuo filio.Naturalis enim Cn.Octauius,qui decedens Macedonia,quã prouinciam ex Prætura sortitus fuerat , priusquam profiteri se Consulatus candidatum posset, morte obijt repentina, vt Tranquillus ait. ARICINA mater) obijciebat

Antonius quòd Aricina matre natus esset, quasi Trallianam aut Ephesinam diceret, cum Aricinam dicebat, quasi in pari dedecore esset Aricinos parẽtes, ac Trallianos seu Ephesinos habere: cũ Barbaræ sint vrbes Tralles & Ephesus. & Iuuen. cũ stomacho & pro infamia dixerit, Hic Trallibus aut Alabãdis Exquilias dictumq; petunt à vimine collem. Aricia. Aricia est Italiæ ciuitas insignis in Appia via, Romanum municipium, & stadijs centum sexaginta ab vrbe distans. Ab Archilocho & ab Aricia puella Attica sic dicta, Hyppoliti postquam reuixit vxore. Tralles. Tralles ciuitas in Phrygia Meandrum transeunti occurrens, in vertice quodam plano sita. Ephesus. Ephesus ciuitas, & ipsa Asiæ in Ionia Amazonum opus. OMNES qui sumus è municipijs) Romani principes ex municipijs originem trahebant. FOEDERATVM) socia enim populi Ro. ciuitas Aricia fuit. PROPINQVITATE) proxima enim vrbi est. C. Voconi⁹ VOCONIAE.) C. Voconius Aricinus fuit, is qui Trib. pl. plures leges tulit, inter quas ne quis census hoc est pecuniosus hæredem vnicam relinqueret filiam. Census. Ille autem census erat, qui centum milia in professione detulisset sestertia: quam legem Cato ille Censorius magna voce, & bonis lateribus iã annos septuaginta natus suasit. Scatinię leges. SCATINIAE leges) Scatinius & ipse Aricinus Trib. pleb. legem inter cęteras tulit, qua puerorum concubitores quos ἀρρενοκοίτας Græci vocant: graui supplicio afficerentur: quam legem tũ mox in se expertus est, cum M. Claudij Marcelli Aedilis Curulis filium de stupro appellasset: neq; sacrosancta dignitas implorato frustra collegarum auxilio, quorum nemo intercedere voluit, iudicio eripuit: estq; vno teste, illo ipso, qui tentatus fuerat, conuictus & damnatus: author Valerius. HINC multę sellæ Curules) multi patricij magistratus, qui sella super currum sedentes vehebantur. nam à curru curulis Sella & magistratus dicuntur: detracto altero, r. vnde corripitur syllaba. plebei magistratus pedibus ibãt. PATRVM) maiorum. LAVTISSIMI) splendidissimi. TVSCVLANAM) prima Antonij vxor (tres enim vt diximus habuit) Thusculana fuit, & M. Fundi Bambalionis filia hominis Thusculani, & libertinæ cõditionis. Thusculum vrbs olim clara, in vrbis conspectu sita. SANCTISSIMAE fœminę) Accię matris Octauij. Tranquil. Accia M. Accio Balbo & Iulia sorore C. Cæsaris genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus: multis in familia senatorijs imaginibus à matre magnum Pompeium arctissimo contingebat gradu: functusq; honore Prætura inter viginti viros agrum Campanum plebi Iulia lege diuisit. TVAE coniugis) primæ illius Thusculanę. BAMBALIO) M. Fũdus cognomento Bambalio. NVLLO numero) vilissimus. HAESITANTIAM) vitium linguæ, & erat balbutiens. STVPOREM) insaniam. EX contumelia) ex contemptu quòd eum contemnebant homines sic vocabant. ATAVVS huius) occurrit dicens Bambalionis huius auum nobilẽ fuisse respondet, stultumq; fuisse dicit Tuditano illi similem, de quo Valerius maximus, Quàm certæ, quàm etiã notæ insaniæ Tuditanus vtpote qui populo

nummos

nummos sparserit,togamq; velut tragicam vestem in foro trahens maximo cum hominũ risu conspectus fuerit,ac multa his consentanea fecerit. CVM palla & cothurnis)tragico habitu. VELLEM hanc contemptionem)vellem ita contemneretis & vos pecuniam, sicuti ille contempsit vxoris tuę auus:stulti omnes essetis , vt ille fuit,ironice enim loquitur. IVLIA natus) Octauius Iuliæ nepos sororis Iulij Cæsaris fuit ex Iuliorum familia natus Antonius. CVIVS PATER)antequam Iuliam duceret. Fregellæ ciuitas est Campaniæ in Volcis, quas Liris præterfluit,qui ad Minturnas erumpit, magna prius,inde cum defecisset,deleta à Romanis, & in vicum redacta. IPSE)Antonius. LIBERTINI)M.Fundi Bambalionis. L. PHILIPPVS)primores hi erant ciuitatis ea tempestate. NON POENITERE)nõ pudere. IDEM ETIAM)Antonius. Q.CICERONEM)Q.Ciceronis filium. EDICTO)quod contra Octauium proposuerat,accusabat, quòd Octauio hæreret,eumq; sequeretur. COMPELLATIONEM)accusationem. GLADIATOR)cum stomacho hoc inquit. HVNC)Quintum Ciceronem. DE PATRIS)Quinti. PATRVI)mei Ciceronis. IDEM suppliciũ)minabatur enim Cic.& reliquis bonis qui cõtrariæ erãt voluntatis id suppliciũ quo Cicero cõiuratos affecerat, & laudare videbatur Ciceronẽ quasi imitari vellet. Cum vero factum Ciceronis in puniendis coniuratis cõ memorabat,fore existimabat vt inuidiam in Ciceronem hac commemoratione seueritatis eius concitaret.

BEROALDVS. Aricinam matrem) Actia mater Augusti paterna stirpe fuit Aricina,siquidem patrem habuit M. Actium Balbum Aricinum. M. Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem ei exprobrabat matrem Aricinam,tãquam nasci Ariciæ sordidum foret & ignominiosum:perinde ac Trallianæ ac Ephesinæ mulieres infamari solent,& male audire: nõ tam quia Barbaræ,quàm quia effœminatæ & molles:Namq;,vt inquit poeta,Emollit gentes clementia cæli. Scatiniæ leges)vt mihi magistra lectione compertum est,Scatinia lex à Scatinio Aricino lata videtur esse non tam in stupratores puerorum,quàm in ipsos pathicos & molles viros, qui muliebria patiuntur.quales Satyricus poeta socraticos cynędos appellat, quos tota Satyra insectatur,& ad hunc intellectum referendus est versus ille notissimus, Citari Ante omnes debet Scatinia. videlicet in eos qui pathici sunt & cynædi de his agitur. Ausonius consimiliter scribens in mollem & effœminatum inquit,Scatiniam metuens non metuit Titiam. Domitianus quosdam ex ordine Senatorio & Equestri lege Scatinia condemnauit. quòd scilicet parum viri essent,& muliebria paterentur. Eodem materno genere) mater Antonij fuit Iulia ex Cæsarum gente,fœmina primaria pudicitię dotibus nulli pòst ferenda.quæ post obitum mariti Lentulo nupsit:qui cum Lucio Catilina aduersus patriam mox conspirauit. Proditoris filiam) de hoc Numitorio Fregellano proditore mentio est quadãtenus in.ij.rethorico. In

rhetoricis quoque ad Herennium, Fregellas reperio ob hanc opinor proditionem perfidiosas appellari: cum dicitur, O perfidiose Fregellæ, quàm faciles scelere vestro contabuistis, vt cuius nitor vrbis Italiam nuper illustrauit, eius nunc vix fundamentorum reliquiæ maneant.

Fregellæ perfidiosæ.

Atauus.

TRAPEZVNTIVS. Atauus) auus patris matrisq; pater dictus à Græco vocabulo: quod est apud eos πάππος mutatis quibusdam literis. Abauus dicitur, qui abest ab auo: & est coæuus aui. Atauus qui ἀττὰ est aui, id est pater, vt pueri vsurpare solent. Fregellanum) Fregellæ ciuitas Arũcorum quæ cum defecisset à populo Romano, bello Italico euersa est funditus, & deleta. Libertinus) filius liberti. Quos certo scio dignitatis optimarum fœminarum non penitere) Quibus scio vxorum suarum dignitatem vehemẽter placere paruam videri, & magnopere contentos esse. Compellat edicto) in suo edicto nominat.

O admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem, in eum adolescentem hæc scribere audere? quem ego & frater meus, propter eius suauissimos atq; optimos mores, præstantissimúmque ingenium, certatim amamus: omnibúsque horis, oculis, auribus complexu tenemus. Nam in eisdẽ me edictis nescit lædat, an laudet: cum idem supplicium minatur optimis ciuibus. quod ego de sceleratissimis sumpserim, laudare videtur, quasi imitari velit. cum autem illam pulcherrimam facti memoriam refricat, tum à *sui similibus inuidiam aliquam in me commoueri putat. Sed ipse quid fecit? cum tot edicta *posuisset, edixit vt adesset Senatus frequẽs ad. viii. Calend. Decembris. eo die ipse non affuit. At quomodo edixit? hæc sunt (vt opinor) verba in extremo. Si quis non affuerit, hunc omnes existimare poterunt & interitus mei, & perditissimorum consiliorum authorem fuisse. Quæ sunt perdita consilia? an ea, quæ pertinent ad libertatem populi Romani recuperandã?

quorum consiliorum Cæsaris, me authorem & hortatorem & esse,& fuisse fateor. quanquã ille non eguit consilio cuiusquam. sed tamen (vt dicitur) currentem incitaui. Nam interitus quidem tui quis bonus nõ esset author? cum in eo salus & vita optimi cuiusq;, & libertas populi Romani dignitasq; consisteret? Sed cum tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit? num putatis aliqua re tristi & seuera? Vino & epulis retẽtus & alea est: si epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt. diem edicti obire neglexit,& ante diem quartum Calend. Decembris distulit. adesse in Capitolio iussit. quod in templum ipse nescio qua, per Gallorum cuniculum ascendit. Conuenerunt corrogati & quidẽ ampli quidam homines, sed immemores dignitatis suæ. Is enim erat dies, ea fama, is impetus eius, qui Senatum vocarat, vt turpe Senatori esset, nihil timere. Ad eos tamen ipsos, qui conuenerant, ne verbum quidem ausus

MATVRANTIVS. REFRICAT) repetit & innouat. & à cicatrice est translatio, quam si quis iterum atq; iterum fricet, recrudescit vulnus. IN extremo) in vltima edicti parte. QVAE sunt perdita consilia?) propter Ciceronem præcipue ea verba edicto adiecerat in fine Antonius, quem timore arbitrabatur non affuturum. ET CAESARIS) Octauij. ATROCI) crudeli. TRISTI) Graui. Terentius, Tristis seueritas inest in vultu. SI epulæ) quæ honestæ sunt, & honestis apparantur: cum popinæ impudicorum sint, & fœdissimorum ganeorum. IN quod templum) Capitolium.

PER Gallorum cuniculum) per viam subterraneam à Gallis Senonibus olim effossam, dum Capitolium obsiderent, Cuniculi leporum genus sunt, inquit Plinius, quos Hispania sic appellat, hi terram sub qua habitant assidue effodiunt. à quibus fossæ subterraneæ cuniculi sunt dicti. Martialis, Gaudet in effossis habitare cuniculus antris, Monstrauit tacitas hostibus ille vias. Cuniculi.

CORROGATI) præcibus astricti.

est facere de Cæsare, cum de eo constituisset ad Senatum referre, scriptam attulerat Consularis quidam sententiam. Quid est aliud de eo referre non audere, qui contra se consulem exercitum duceret, nisi se ipsum hostem iudicare? Necesse enim erat alterum esse hostem, nec poterat aliter de aduersariis ducibus iudicari. Si igitur C. Cæsar hostis, cur Consul nihil refert ad Senatum? Si ille à Senatu notandus non fuit, quid potest dicere, quin cum de illo tacuerit, se hostem esse confessus sit? Quem in edictis Spartacum appellat, hunc in Senatu ne improbum quidem dicere audet? At in rebus tristissimis quantos excitat risus? sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare. Ego autem, qui intelligeret, quid dicere vellet, adhuc neminem inueni. *Nulla contumelia est, quam facit dignus? Primum quid est dignus? nã etiam malo digni multi, sicut ipse. an quam facit is, *cui cum dignitate est? Quæ autem potest esse maior? Quid est porro facere contumeliam? quis sic loquitur? Deinde, nec timor, quem denunciat inimicus. Quid est ergo? Ab amico timor denunciari solet? Horum similia deinceps. Nonne satius est mutum esse, quàm quod nemo intelligat, dicere? En cur magister eius ex oratore arator factus sit, vt possideat in agro publico populi Romani campi Leontini duo millia iugerum immunia? vt hominem stultum magis etiã infatuet mercede publica? Sed hæc leuiora fortasse. Illud quæro, cur tam

*An vlla

*qui cum

ſubito manſuetus in Senatu fuerit, cum in edictis tam fuiſſet ferus?

MATVR. DIGNITATIS ſuæ) ſi enim meminiſſent qui nam eſſent, exorari ſe ab Antonio non ſiuiſſent, neque conueniſſent omnino: & timuiſſent, cum timendum eſſet, cúmque de Antonio ea excitata fama eſſet, vt nihil nõ hoſtile expectari ab eo poſſet. CONSVLARIS quidam) vnus ex his qui conuenerant, non ignorans relaturum & dicturum de Octauio Antonium, ſcriptũ attulerat quid diceret. QVID eſt aliud) Ratiocinatio pulchra. Qui non audet de eo referre, qui contra ſe Conſulem, exercitum ducit, is ſe Conſulem non eſſe, ſed hoſtem indicat: Antonius non eſt auſus contra Cæſarem hæc agẽtem referre, ergo ſe hoſtem indicat Antonius. ALTERVM) aut Cæſarem, aut Antonium. ILLE) Octauius. QVEM in edictis Spartacũ) Spartachus Chrytus & Oonomaus gladiatores effracto Lentuli cuiuſdam cognomẽto Bartiani ludo cum triginta haud amplius eiuſdẽ fortunę viris erupere Capua, ſeruíſque ad vexilla vocatis decem miliũ ſtatim contraxerant exercitum: Complures contra hos miſſi Imperatores, omnes ſuperati ſunt, Clodius, P. Vatinius, Gellius & Lentulus Coſſ. à Craſſo tandẽ victi & deleti, ipſe Craſſus ouans eſt vrbem ingreſſus. IN rebus triſtiſſimis) mœſtiſſimis, rebus noſtris. in quibus ridere nemo debeat, riſus tamen cõcitatus eſt ea in verbis ineptitudine. An vlla contumelia eſt quam facit dignus? Hæc eſt illa ſententiola in edicto Antonij. Dicere autem volebat Anto. Neque Octauio, neque cuiquam ſe facere contumeliam, qui digne & iure faceret. dictum irridet Cicero, quia dignus in vtrãque partem accipitur, bonam & malam, & fortaſſe inquit Cicero, Anto. dignum pro eo poſuit, ſic locutus, qui eſſet in dignitate, quoniam ipſe Conſul. QVID eſt porrò) ac ſi diceret, & hoc ignoras, nam contumelia quod Labeo ait iureconſultus à cõtemno dicitur, & eſt ſpecialis, cum iniuria ſit generalis, potius ergo Antonio dicendum fuerat an vlla eſt iniuria, quàm facit dignus. NEC timor quem denũciat inimicus) Alia edicti Antoniani ſentẽtiola, inepta ſane. neque enim inimicus denunciat timorem, ſed facit, & ſic inquit Antonius quaſi amicus denunciat timorem. nam ſi non eſt timor quem inimicus denunciat, quæri poteſt ſit ne timor quem amicus denũciet? MAGISTER tuus) Sex. Clodius. Cõtumelia

EX oratore arator) Hoc ideo ait quoniam ei Antonius duo milia iugerum agri Leontini aſſignauerat, vt tanta mercede nihil ſapere diſceret, quod inquit prius. INFATVET, fatuum reddet) Eſt autẽ fatuus qui inepta loquitur, vt ait Donatus. vel plene inſipiens, vt alijs placet. Tractum verbum à cibis, qui cum non ſapiunt, fatui dicuntur. Fatuus.

TRAP. Refricat) tranſlatio à cicatrice vel hulcere. proprie dixiſſet repetere, vel recolere memoriam. Atroci edicto.) Crudo duro. Atroces Atrox.

enim appellantur ex Græco quia illi atrocia appellant quæ cruda sunt: siue Atrox dicitur ab eo quod nihil timeat τρέσαι enim Græci dicunt timere. Tristi graui) Terentius, Tristis feueritas ineſt in vultu. Epule honeſtorum sunt.) Popinæ Ganeonum & Ebriorum.

ASCEN. An vlla contumelia.) Melius in Victor. Nulla contumelia, ſententia enim non fit interrogando ſed definiendo & enunciando. Sicut ſecunda ſententiola fit. Nec time, ſupple eſt, quem denunciet inimicus.

TRAP. Spartacum appellat) Scribit Plinius Spartacum interdixiſſe caſtris ſuis, nequis aurum haberet aut argentum. Tanto fuit inquit plus animi fugitiuis noſtris. hic poſt multos duces Romanos profligatos, tandē à Craſſo victus occubuit. eius cadauer nuſquam inuentum eſt. De hoc Horatius Spartacum ſi qua potuit vagantem fallere teſta, & Lucanus, vt ſimili cauſſa caderes quam ſpartacus hoſtis. Quis ſic loquitur.) Neſcire me fateor cur M. Tullius id genus locutionis in M. Anto. reprehendat, quod eſt apud eruditos vſitatiſſimum. ſic enim omnes latine loquentes dicunt, facit contumeliam, dicit contumeliam. Plautus in Aſinaria. Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur. M. quidem Cato paulò remotius dixit, in hac contumelia quæ mihi per huiuſce domi petulantiam factum itur: qua locutione ſignificat iri ad contumeliam faciendam, id eſt operam dari quo fiat contumelia.

Spartacus.

Ex oratore arator factus.) Annominatio eſt quam & proſonomaſiam nominãt, ex eodem Schemate eſt illud Plautinum, Arare mauelim quãm ſic amare. alludens autem ex oratore ait aratorem factum Sextum Clodium, propterea quod duo millia iugerum acceperat donatione Antoniana, quæ dum vult colere & arare ſtudioſius ſtudia oratoria quaſi dedicerat.

Quid autem attinuerit, L. Caſſio Tribuno plebis fortiſſimo & conſtantiſſimo ciui mortem denunciare, ſi in Senatum veniſſet? *C.* Darſulenũ bene de Republica ſentientem, à Senatu vi & minis mortis expellere? Tyberinum Canutium, à quo erat honeſtiſſimis cõtentionibus & ſæpe & iure vexatus, non templo ſolum, verum etiam aditu *prohiberi Capitolii? Cui Senatuſconſulto ne intercederent verebatur? de ſupplicatione credo M. Lepidi clariſſimi, viri atq; id erat periculum, de cuius honore extra ordinario quotidiè aliquid cogitabamus, ne eius vſitatus honos impediretur. Ac

*D*C.

*phibere.

ne ſine cauſſa videretur edixiſſe, vt Senatus adeſſet, cum de Republica relaturus fuiſſet, allato nuncio de legione Quarta, mente concidit: effugere feſtinans, S. C. de ſupplicatione per diſceſſionem fecit, cum id factũ eſſet antea nunquam. Quæ vero profectio poſtea? quod iter paludati? quæ vitatio oculorum, lucis, vrbis, fori? quam miſera fuga, quam fœda, quam turpis? Præclara* tamen S.C. in illo ipſo die veſpertina prouinciarum religioſa ſortitio: diuina vero opportunitas, vt quæ cuique apta eſſet, ea *cuique obueniret. Præclare igitur facitis Tribuni pleb. qui de præſidio Conſulum, Senatúſque referatis: meritóque veſtro maximas gratias vobis omnes & agere & habere debemus. Quî enim carere metu & periculo poſſemus, in tanta hominũ cupiditate & audacia? Ille autem homo afflictus & perditus, quæ de ſe expectat iudicia grauiora, quàm amicorum ſuorum? Familiariſſimus eius mihi homo coniunctus, L. Lentulus & P. Naſo omni carens cupiditate, nullam ſe habere prouinciam, nullam Antonii ſortitionem fuiſſe iudicauerunt. Quod idem fecit L. Philippus vir auo, patre, maioribúſque ſuis digniſſimus. In eadem ſententia fuit homo ſumma integritate atque innocentia M. Anturanius. idem fecit P. Appius. ipſi etiam qui amicitiam M. Antonii *veriti plus ei tribuerunt, quàm fortaſſe vellẽt. M. Piſo, & meus neceſſarius & vir & ciuis egregius, parique innocentia M. Vehilius, Senatus authoritati ſe obtemperaturos eſſe dixerunt.

*tum fuit Senatus in.

*cui ob.

*veritati.

MATVR. QVID attinuerit) quid neceſſe fuerit L. Caſſio, hi quos enu-

merat viri boni erant, & de Republica optime meriti, quos repugnantes libidini suæ oderat Anto. CVI senatus consulto) quærit cur venire in Senatum hos prohibuerit, & cui inquit Senatus consulto ne se obijcerent, & impedimento essent timebatur. DE Supplicatione fortasse M. Lepidi) de qua referendum fuerat, id inquit erat periculum. ac si diceret minime. nam ironice ait, cum omnes etiam sua sponte aliquid honoris extraordinarij M. Lepido decerni cogitarent. M. Lepidus magister equitum Cæsaris dictatoris fuerat, tunc & Pont. Max. erat, & quatuor præerat legionibus, in Hiberiam cui Prouinciæ præfectus à Cæsare fuerat profecturus, in Gallia autem substiterat Transalpina non procul à Planco cuius hæc erat pronincia. Lepido inde victus Antonius se coniunxit. Supplicationem decerni Lepido amici eius & propinqui (vt mos erat) postulauerant. & quoniam exercitui præesset ac Rempublicam probe gereret, & quoniam erat Pontifex Max. solitus erat decerni hic honor. & nemo inquit Cicero impediisset, ideóque hos prohibitos Senatu ab Antonio, quod vereretur ne Senatus consulto de tali re intercederent, credere non possumus. DE legione quarta) quæ ad C. Octauij transierat authoritatem. DE supplicatione M. Lepido decernenda per discessionem) In Senatu de diuinis prius rebus quàm humanis referebatur: & aut infinite, vt de Republica, gerendum ne esset bellum an agenda pax: aut de singulis rebus finite, vt indicendum ne esset bellum Carthaginensibus, hostis ne esset iudicandus Antonius. Tũc cum relatum sic fuisset, Senatus cõsultum fiebat: sed duobus modis, aut per discessionem, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas. singuli autem gradatim consulebantur Autho. Au. Gell. De supplicatione cum referebatur, singuli consulebantur semper. Sed quasi ad Antonij factum alludit Cice. nam statim sese proripuit, & vrbem egressus est, quod prius diximus. PALVDATI) Paludamenta omnia insignia sunt & militaria ornamenta, cum enim exit ad bellum Prætor aut Consul, vbi lictores mutauerint vestem, & signa insinuerint, Paludatus dicitur proficisci. Quod conspiciuntur qui paludamẽta habent, ac fiunt palam, sic dicuntur, author Varro. PALVDATI ergo, ad bellum proficiscentis. LVCIS) Noctu enim abijt. PRAECLARA tamen) ironice. RELIGIOSA) neque enim sorte diuisæ sunt prouinciæ, sed quã quisq; voluit occupauit. ILLE Antoni⁹ his omnibus quos enumerat prouincias decreuerat Antonius: quas nõ rite cõcessas, ab eo qui cõcedere nequiret, accipere noluerãt, & Senatui se obtẽperaturos esse professi sunt.

Paludamẽta.

Quid ego de L. Cinna loquar? cuius spectata multis magnisq; rebus singularis integritas minus admirabilem facit huius honestissimi facti gloriam, qui omnino prouinciam

*fecit.

prouinciam neglexit:quam item magno animo & cõ-
ſtanti C. Ceſſedius repudiauit. Qui ſunt igitur reliqui,
quos ſors diuina delectet?L. Antonius,& M. Antonius.
O felicem vtrunque:nihil enim *metuerunt. C. Anto- *maluerũt
nius Macedoniam, hunc*quoque fœlicem, hanc enim *quòd
ſemper habebat in ore prouinciam. C. Caluiſius Afri-
cam,nihil felicius.modo enim ex Africa deceſſerat, &
quãſi diuinans ſe rediturum, duos Legatos Vticæ reli-
querat. Deinde M.Lucius Siciliam, Q. Caſſius Hiſpa-
niam non habeo quid ſuſpicer. Duarum credo prouin-
ciarum ſortes minus diuinas fuiſſe. O C. Cæſar (adole-
ſcentem te appello)quamtu Salutem Reipublicæ attu-
liſti,quam improuiſam,quam repentinã? qui enim hæc
fugiens fecerit,quid faceret inſequens? Etenim in con-
cione dixerat ille,ſe cuſtodem * fore Vrbis, vſq; ad Ca- *futurum
len. Maias,ad Vrbem exercitum habiturum. O præcla-
rum cuſtodem ouium(vt aiunt)lupum cuſtos. ne vrbis?
an direptor & vexator eſſet Antonius? Et quidem ſe
introiturum in vrbem dixit,exiturúmque cum vellet.
Quid iſtud? Nonne audiente populo ſedens pro æde
Caſtoris dixit,niſi qui viciſſet,victurum neminem?Sed
hæc alias. Hodierno die primum P. C. longo iterual-
lo in poſſeſſionẽ libertatis pedem ponimus,cuius qui-
dem ego quoad potui, non modo defenſor, ſed etiam
cõſeruator fui:cũ autem id facere nõ poſſem,* nec ab- * qui fui
iecte,nec ſine aliqua dignitate,caſum illum temporum
& dolorem tuli. Hanc vero teterrimam beluam quis

ferre posset? aut quomodo? Quid est in Antonio, præter libidinem? crudelitatem? petulantiam? audaciam? ex his conglutinatus est. nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. Quapropter quoniam res in id discrimen adducta est, vtrum ille pœnas Reipublicæ luat, an nos seruiamus: aliquando per deos immortales P. C. patrium animum virtutémque capiamus. aut libertatē propriā Ro. generis & nominis recuperemus, aut morte seruituti anteponamus. Multa que in libera ciuitate ferenda non essent, tulimus & perpessi sumus, alii spe recuperadæ libertatis, alii viuendi nimia cupiditate.

MATVRANTIVS. DE L. Cinna) Hic prætor erat quando occisus est Cæsar, in o[r]dem fuerat inuectus, vestem vero militarem quam præbuerat Cæsar reiecerat. Erat autem affinis, militibus vero quibusdam insequentib⁹, & domum in quam confugerat succedere parantibus, ægre à Lepido est seruatus. Cum postea Cæsaris cadauer combureretur, & Antonij oratione concitata plebs ad percussorum curreret domos: Cinna alter Tribu. pleb. qui hic esse credebatur nominis similitudine errorem faciente, furore multitudinis occisus est, author Appianus. SORS diuina) ironice, aut quia sic vocabat Antonius. L. Antonij frater, C. Antonius patruus. VTICE) quæ ciuitas fuit Africæ in eodem sinu sita quo Carthago, secūda post illam & authoritate & magnitudine. Carthagine excisa metropolis & receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas. DVARVM) Siciliæ & Hispaniæ, qui enī eas sortiti fuerāt. M. Hirci⁹ & Quin. Cassi⁹ in Antonij voluntate nō erant ADOLESCENTEM) ne videretur Cæsarem Iulium appellare. QVI enim hæc fugiens) per te, ita Prouincias disturbatas. CVSTODEM ciuium vt aiunt lupum) Terētius, Quem lupo commisisti. PRO æde Castoris) quæ fuit in foro Romano. QVI fui) qualis fui, & ipse respondet. CONGLVTINATVS) compositus & compactus. INGENVVM) liberale. PATERNVM) patrum & maiorum nostrorum.

TRAP. Petulantiam) impudentiam. Luxuriam insolētiam) à petendo dicitur. Conglutinatus) compactus, conflatus à glutine. Nihil inge-

Vtica.

nuum)nihil liberale,ſed omnia ſeruilia.

BEROAL. Ad vrbem habiturum.) Elocutio eſt elegans ſicq; vſitata veteribus ſcriptoribus,vt dicãt ad vrbem eſt Conſul, eſt Imperator cum exercitu,de his qui cum poteſtate prouinciali nondum in prouinciam profecti eſſent. Viuendi cupiditate)Græci philoſophos vocant viuendi nimium cupidos,quæ ſæpe cupiditas cauſſa eſt,vt multa homines perpetiantur indecora,dignáque vituperatione.ſiquidem nullum periculum,nullus dolor,atque adeò nullus mortis metus virum fortem detrudere debet, abducereque ab honeſto,& vt inquit Epigrammatarius, Summum nec metuas diem, nec optes merito.Scriptores inceſſunt. M. Aquilium qui nimia viuendi cupiditate cum mori glorioſe poſſet,maluit turpiter ſeruire Mithridati:& Cn.Carbonem,qui ad ſupplicium ductus flebiliter petijt vt ſibi aluum exonerare liceret,vt ita miſerrimæ lucis vſura diutius frueretur:tam diu moram trahens in ſella familiari donec caput illi in ſordido loco abſcinderetur. Turpiſſimũ quoque illud Mecœnatis votum iure iudicatur, quo nullum malum recuſat dummodo ſpiritus prorogaretur. Debilem inquit facito manu, debilem pede, coxa tuber aſtrue gibberum, lubricos quate dentes,vita dum ſupereſt, bene eſt.

Viuendi cupiditas.

Cn.Carbo.

Mecœnatis turpe votũ.

ASCEN. Me hodierno die &c.) Victorinus codex præſcripſit initium quarti libri non tamen eſt initium quartæ orationis, ſed quidam prologus tertiæ,quia ante Calen.Ianuarias, vt cætera habitus. Non habet illud, quid fui quod videtur fruſtra adiectum poſt verbum non poſſem. Habet patriũ animum,vbi alij paternum.

Sed ſi illa tulimus,quæ neceſſitas ferre coegit,víſque quædam pene fatalis: quæ tamen ipſa non pertulimus: etiam ne huius impuri latronis feremus teterrimum crudeliſſimúmque dominatum? Quid hic faciat, ſi potuerit,iratus? qui cum ſuccenſere nemini poſſet, omnibus bonis fuerit inimicus? Quid hic victor nõ audebit, qui nullam adeptus victoriam, tanta ſcelera poſt Cæſaris interitum fecerit? refertam eius domum exhauſerit? hortos compillarit? ad ſe omnia ex his ornamenta tranſtulerit? cædis & incendiorum cauſſam quæſierit ex funere? duobus aut tribus Senatuſconſultis de Republica

bene factis, reliquas res ad lucrum prædámque reuocauerit? vendiderit? immunitate ciuitates liberauerit? prouincias vniuersas ex imperii populi Rom. iure sustulerit? exules reduxerit? falsas leges C. Cæsaris nomine & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit? earúmque rerum omnium domesticum mercatum instituerit? populo Romano leges imposuerit? armis & præsidiis populum Romanum, & magistratus foro excluserit? Senatum stipauerit *armis? armatos in cella Concordiæ, cum Senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundusium cucurrerit? ex his optime sentientes Centuriones iugulauerit? cum exercitu Romam si ad interitum nostrum, & ad *dispersionem Vrbis venire conatus? Atque is ab hoc impetu abstractus, consilio & copiis Cæsaris, & consensu veteranorum, virtute legionum, ne fortuna quidem fractus minuit audaciam. nec ruere demens, nec furere desinit. In Galliam mutilatum ducit exercitum, cum vna legione & ea vacillante. L. fratrem expectat, quo neminẽ reperire potest sui similiorem. Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages, vbicunque posuit vestigia? Cædit græges armentorum, reliquíque pecoris, quodcunque nactus est, epulãtur milites. Ipse autẽ se, vt fratrẽ imitetur, obruit vino. Vastãtur agri, diripiũtur villæ, matresfamilias, virgines, pueri ĩgenui arripiũtur, militibus tradũtur. Hæc eadẽ quacũq; exercitũ duxit, fecit M. Ant. His vos teterrimis fratribus portas aperietis? hos inquã in vrbẽ

*armatis.

*disperditionem.

recipietis? non in tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo Ro. conſpirante, Italia tota ad libertatem recuperandam excitata, deorũ immortalium beneficio vtemini? Nullum erit tempus hoc amiſſo: à tergo, à fronte, à lateribus tenetur.

MATVRANTIVS SI ILLA tulimus) propter Iulium hoc dicit. POENAE fatalis) quod fato quodam populi Rom. vt ferremus decretum erat. NON pertulimus) aliquando enim à nobis depulimus Iulio occiſo. HVIVS) Antonij. SVCCENSERE) ex iuſta cauſſa iraſci. Græci μέμφεσθαι dicunt. EIVS) Cæſaris. HORTOS) quos circa Tyberim publice reliquerat Iulius. EX HIS) hortis. ORNAMENTA) Statuas, tabulas, abacos, menſas. ET funere) à Iulij funere. ET Republica) ex Reipublicæ vtilitate. PROVINCIAS) Cretã. CAESARIS) C. Octauij. FORTVNA) rebus ad votum non fluentibus. MVTILATVM) imminutum Martia & Quarta legionibus deficientibus. EX Myrmillone) Nã Myrmillo prius fuerat, qui aduerſus Retariũ pugnabat, in cuius galea piſcis effigies erat: Retiario vero aduerſus Myrmillonem pugnante, cantabatur, Nõ te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? Hoc genus pugnæ inſtituit Pittacus Mithyleneus. author Pompeius Feſtus. CAEDIT greges armentorũ) ac ſi dicat ipſos ditiores & potentiores ſpoliat ipſe, reliquos tenuiores operis & ſectatoribus ſuis prædæ relinquit. Et grex quidem generalius nomen eſt, armentum ſpecialius. & pro omni multitudine ponitur tam hominum q̃ brutorum, & tam maiorum q̃ minorũ. VASTANTVR) vacui reddũtur. BEROALDVS. Compilauit) Cõpilare, ſi credimus Aſconio, eſt fraudare, ac furto peruellere: ita vt ne pili quidem in corpore ſpoliati relinquantur. Ex eodem fonte & ſignificatu ſunt illa quoq; ſuppillare & expillare.

Succenſere.

Myrmillo.

Greges armẽtorum.

Cõpillare.

Ex Myrmillone dux) multa ſunt genera gladiatorum & nomina: quidã retarij, alij ſecutores, nonnulli thraces appellantur: ſunt & andabatæ, qui clauſis oculis depugnant: ſunt & Myrmillones, qui peculiariter aduerſus Thraces componuntur. quod & Auſonius docet illo verſu ex monoſyllabis, Quis Myrmilloni contenditur æquimanus? Thrax. Pugnat & Myrmillo aduerſus retiarium. erat autem Myrmillonum armatura Gallica: ipſiq; Myrmillones antea Galli appellabantur. in quorum galeis piſcis effigies inerat: in vniuerſum gladiatores omnes dici poſſunt arenarij, eo quòd in arena digladiantur. Firmicus Maternus in ſeptimo Matheſeos Arenarios naſci ſcribit luna vidente Saturnum. Idem machærarios videtur appellare gladiatores quoſdam qui machæra, hoc eſt gladio depugnant. De arenarijs mentio

Gladiatorũ genera.

Arenarij.

Machærarij.

est apud Iurisconsultos titulo de operis libertorum, his verbis, Nec arenarius manu missus patrono præstare debet tales operas, quia iste sine periculo vitæ præstari non possunt. Item ad Senatusconsultum Trebellianum, Sed & qui magna præditus authoritate arenarij vel eius mulieris quæ corpore quæstum fecerit, hæreditatem restituere cogetur.

TRAPEZVNTIVS. Vastantur) vacui & vasti redduntur.

Si in Galliam venerit, non ille armis solum, sed etiã vestris decretis vrgendus est. Magna vis est, magnũ numen vnum & idẽ sentiẽtis Senatus. *Videtis ne refertum forum? populúmque Rom. ad spem recuperandæ libertatis erectum? qui longo interuallo cum frequẽtes hic videt nos, tum sperat etiã liberos conueniſſe. Hunc ego diem expectans, M. Antonii scelerata arma vitaui: tum cum ille in me absentem inuehens, non intelligebat ad quod tempus me & meas vires reseruarem. si enim illi tum cædis initium à me quærenti respondere voluissem, nunc Reipub. consulere non possem. Hanc vero nactus facultatem, nullum tempus P. C. dimittã, neq; diurnum, neq; nocturnum, quin populi Rom. de libertate, de dignitate *vestra, quod cogitandũ sit, cogitem: quod agendum atq; faciendum, id non modo non recusem, sed appetam etiam atque deposcam. Hoc feci semper dum licuit: intermisi quoad non licuit. Iam nõ solum licet, sed necesse est etiam, nisi seruire malumus, quàm ne seruiamus, animis armisq; decernere. Dii immortales nobis hæc præsidia dederunt: Vrbi Cæsarem, Brutum Galliæ. si enim ille Vrbem opprimere potuisset statim, si Galliam tenere paulò pòst, optimo cuique pereundum, reliquis esset seruiendum. Hanc igitur oc-

*videt is

*nostra

casionem oblatam tenete per deos immortales, P. C. & amplissimi orbis terræ consilii principes vos esse aliquando recordamini. signum date populo Rom. consilium vestrum non deesse Reipub. quoniam ille virtutem suam nō defuturam esse profitetur. Nihil est quod moneam. nemo est tam stultus, qui nō intelligat, si dormierimus hoc tempore, non modo crudelem superbā-q; dominationem nobis, sed ignominiosam etiam & flagitiosam esse ferendam. Nostis insolentiā Antonii, nostis amicos, nostis totam domum libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis seruire: ea summa miseria est summo cum dedecore coniuncta. Quod si iam (quod dii omen auertant) fatum extremū Reipub. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeste decumbant, faciamus nos principes orbis terrarū gentiumq; omnium, vt cum dignitate potius cadamus, quàm cū ignominia seruiamus. Nihil est detestabilius dedecore, nihil fœdius seruitute. Ad decus & libertatē nati sumus. aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur. Nimium diu teximus, quid sentiremus. nunc iam apertum est, omnes iam patefecerunt, in vtramque partem quid sentiant, quid velint. sunt impii ciues, pro charitate Reip. nimium multi: pro multitudine bene sentiendum admodum pauci. quorum opprimendorū dii immortales incredibilem populo Rom. potestatem & fortunam dederunt. Ad ea enim præsidia, quæ habemus, iam accedunt Consules summa prudentia, virtute, concordia, multos menses de populi Rom. libertate

commẽtati atque meditati: his authoribus & ducibus, diis iuuantibus, nobis vigilantibus & multum in poſterum prouidentibus, populo Ro. conſentiente, erimus profecto liberi breui tempore. iucundiorem autem faciet libertatem ſeruitutis recordatio.

MATVR. VESTRIS decretis) vt ijs publicam addamus authoritatẽ qui ſua ſponte perſequuntur. LONGO interuallo) diu enim quod prius dictum, non conuenerunt Senatores. QVAERENTI) tunc cum in Ciceronem dixit: & Cicero in Senatum non venit. STATIM) ſubito. neq; enim differret cuiuſquam optimi interitum. SI Galliam teneret paulopoſt) cum rediret ſcilicet. SIGNVM date) Oſtendite, & præ vobis ferte. ILLE) populus. HONESTE) non cedentes neq; fugientes, ſed pugnantes. IN vtramq; partem) & bonam & malam. Cicero in Epiſtola. Iam ijdem illi & boni & mali ciues videntur, qui videri ſolent. nunc inquit quo animo quiſq; ſit cognoſcitur: cupiat ne libertatem an ſeruire malit. CONSVLES) Panſa & Hirtius. IN poſterum) in ea quæ futura coniectamus. Cicero in Epiſtola ad Cælium, Sed vt ab homine longe in poſterum proſpiciente, à te futura expecto. SERVITVTIS recordatio) Quę fuit durũ pati, meminiſſe dulce eſt, inquit Seneca & Aeneas Virgilianus, Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

BEROALDVS. Dij omen auertant) Virgilius, Quod dij prius omen in ipſum Conuertant. Nihil deteſtabilius dedecore) in ſecunda Tuſculana, dedecus aſſerit malum maius eſſe quàm ſit dolor, inquiens, Dolorem exiſtimo maximum malorum omnium. etiam ne maius quàm dedecus? nõ audeo id quidem dicere: & me pudet tam cito de ſententia eſſe deiectum. Seruitutis) dixit Euripides, Suauis eſt præteritorum laborum memoria. Sunt tamẽ quædam genera malorum, quæ non vult qui pertulit tranſacta meminiſſe, vt qui carnifices expertus eſt, & tormenta membrorũ, vt qui infauſtus pertulit orbitates. vel cui nota quondam inflicta cenſoria eſt.

Dolor. Dedecus.

Meminiſſe quorum iuuet & quorum non.

ASCEN. Videtis ne &c.) lego, Videtis refertum forum, populũmque Ro. ad ſpem recuperandæ libertatis erectum: qui longo interuallo cum frequentes hic videt nos, tum ſperat etiam liberos conueniſſe &c. Lego autem videt is videlicet Anto. per imaginationem: vt relatiuum qui (quod ſequitur) habeat antecedens: & ſperat accipio pro timet, vt illic, Hunc ego ſi potui tãtum ſperare dolorem, &c.

Quas ob res quòd Trib. pl. verba fecerunt, vt Senatus Cal.

tus Calend.Ian.tuto haberi,ſententiæq; de ſumma Reipublicæ libere dici poſſit,de ea re ita cenſeo,vt C.Panſa,& A.Hirtius Conſules deſignati,dent operam,vt Senatus Calend.Ian.tuto haberi poſſit,quódque edictum D.Bruti Imperatoris, Cõſulis deſignati optime de Republica meriti propoſitum ſit,Senatum exiſtimare D. Brutum Imperatorem Conſulem deſignatum, optime de Repub.*mereri,cum Senatus authoritatẽ, populiq; Ro.libertatem,imperiũmque defendat: quódq; Galliã prouinciam citeriorem optimorum & fortiſſimorum virorum,amiciſſimorum populo Ro. ciuium exercitũ in Senatus poteſtate retineat: id eum exercitumq; eius, municipia, colonias,*prouincias Galliæ,recte atq; ordine: *eíque Reipub.feciſſe & facere : Senatũ ad ſummã Reipub.pertinere arbitrari,à D. Bruto & ab L. Planco Imperatoribus Conſſ.deſignatis. itémque à cæteris qui prouincias obtinẽt,obtineri ex lege Iulia, quoad ex Senatuſconſulto cuique eorum ſucceſſum ſit:eóſque dare operam,vt hæ prouinciæ,Galliæq; exercitus,in Senatus populiq; Rom.poteſtate præſidióque Reipub.ſint.Cũq; opera,virtute,conſilio C.Cæſaris,ſummóque conſenſu militum veteranorum, qui eius authoritatem ſecuti Reip .præſidio ſunt & fuerunt,& àgrauiſſimis periculis populus Ro.defenſus ſit , & hoc tẽpore defendatur: cúmque legio Martia Albæ conſtiterit, in municipio fidelíſſimo & fortiſſimo ,ſeſéque ad Senatus authoritatẽ, populíque Rom.libertatem contulerit:quòd pari conſilio, eadémque virtute, legio quarta vſa L.Egnatuleio

*mereri

*prouĩciæ

*éxque

duce,ciue egregio, Senatus authoritatem,populiq; Ro. libertatem defendat ac defenderit: Senatui magnæ curæ esse ac fore:& vt pro tãtis eorũ in Rẽp.meritis honores eis habeantur,gratiæq; referãtur,Senatui placere: & vt C.Pansa,A.Hirtius Cõsules designati,cũ magistratũ inierint, si eis videbitur,primo quoq; tẽpore de his rebus ad hũc ordinem referant,ita vti * è Republica fidéque sua censuerint.

* de



MATVRANTIVS. QVAS obres) conclusio in qua de tota re suã profert sententiam. QVODQVE edictum)ordo & quod edictum propositum est Decij Bruti Consules designati. ITA scilicet censeo Brutum & reliqua)ita censeo ad summam Reipub. pertinere. SENATVM arbitrari) obtineri prouincias ex lege Iulia à Decio Bruto & reliqua. Decius Brutus & CN.Plancus Consules erant designati, Cõsulatum finito Pansæ & Hirtij magistratu inituri, & CN.quidem Plancus vlteriorem Galliam cum imperio obtinebat, & tribus legionibus. Ad hunc Ciceronis sunt epistolæ lib. decimo. LEGE Iulia) quia Decio Bruto Iulius prouincias assignauerat.

CVMQVE)ordo est,Censeo Senatui esse magnæ curæ &c.

ASCEN. In Victorino scribitur Hirtius:quæ res facit vt magis ab Hirto quàm ab Hirro deductum nomen censeam. Est etiam cum aliubi tum in versu vltimo ê Republica: sicq; scribendum reor, potius quàm ex & multo potius quàm de.

Finis Tertiæ Philippicæ.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA QVARTA.



FREQVENTIA vestrûm incredibilis, concioq; tãta Quirites, quãtam meminisse non videor, & alacritatem mihi summam affert Reip. defendẽdæ, & spem recuperandæ libertatis. q̃q̃ animus mihi quidem nũquam defuit, tempora defuerunt: quæ simul ac primum aliquid lucis ostendere visa sunt, princeps vestræ libertatis defendẽdæ semper fui: quod si antè facere conatus essem, nunc facere non possem. Hodierno enim die Quirites, ne mediocrem rem actam arbitremini, fundamenta sunt iacta reliquarum actionũ. nam est hostis à Senatu, nõdum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. Nunc vero multo sum erectior, quòd vos quoque hostẽ illum esse tanto consensu, tantóque clamore approbauistis. Nec enim fieri potest, vt non aut ii sint impii, qui contra Consulem exercitum

comparauerunt: aut ille hostis, contra quem iure arma *suscepta sunt. Hanc igitur dubitationem, quãquã nulla erat, tamen ne qua posset esse, Senatus hodierno die sustulit. C. Cæsar, qui Rempub. libertatémque vestram suo studio, consilio, patrimonio denique tutatus est & tutatur, maximis Senatus laudibus ornatus est. Laudo: laudo vos Quirites cum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potius. sunt enim facta eius immortalitatis, non ætatis. Multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omnium seculorum memoria tale cognoui. Qui cum seruitute premeremur, & in dies malum crescceret, præsidii nihil haberemus, capitalem & pestiferum Brundusio M. Antonii reditum timeremus: hoc insperatum omnibus consilium, incognitum certe cepit, vt exercitum inuictum ex Hispanis militibus cõduceret, Antoníque furorem crudelissimis consiliis incitatum à pernicie Reip. auerteret. Quis est enim, qui hoc non intelligat: nisi Cæsar exercitum parauisset, non sine exitio nostro futurũ Antonii reditum fuisse? Ita enim se recipiebat ardens odio vestri: cruentus sanguine ciuium Ro. quos Suessæ, quos Brundusii occiderat, vt nihil nisi de pernicie Reip. cogitaret. Quod autem erat præsidium salutis, libertatisq; vestræ, si C. Cæsaris fortissimorũ suîq; patris militũ exercitus non fuisset? cuius de laudibus & honoribus, qui ei pro diuinis & immortalibus meritis diuini immortalesq; debentur, mihi Senatus assensus paulò antè decreuit, vt primo quoque tempore referretur.

*sumptã

MATVRANTIVS.



Iceronis de C.Cæſare ornando,Decio Bruto,Gallia prouincia,Martia & Quarta legionibus,quę Antonium deſeruerant,ſententiam Senatus vniuerſus comprobauerat:decretúmque fuerat,vt quicquid ille ſenſuerat,id fieret. Frequens & cupidus cognoſcendi ante curiam populus conſtiterat,ad quem egreſſ⁹ Cicero, quid actum in Senatu ſit, refert, & Antonium iudicatum hoſtem,& ſi re magis quã verbo,oſtendit.Cum enim Octauium ornandum, Decium laudãdum,quòd Antonium prouincia Gallia excluſerit, legiones comprobandas quòd deſeruerint dicit cenſuiſſe Senatum,manifeſte aſſerit colligi poſſe,non Conſulem illum,ſed hoſtem putari.Ad libertatem recuperandam populum hortatur:in Antonij vero odiũ omnes accẽdit. In deliberatiuo genere poſita eſt oratio. ſuadet enim Rempublicam defendendam, & libertatem recuperandam,& ſi incidit maiore ex parte demonſtratiuum genus: vituperatur enim Antonius. Exorditur per ſpem quem ex populi colligit frequentia, quem veluti cupidum recuperandæ libertatis conueniſſe vult intelligi, ſuum ſed modeſte laudat ſtudium. CONCIO)in vnum conuentus. ANIMVS)ſemper ſperaui,& conſequi optaui. TRMPORA)occaſio rei gerendæ. LVCIS) nam veluti in tenebris eramus prius.ac ſi diceret,poſtquam minus turbulenta nobis ceperunt eſſe. ANTE facere)cũ importunum erat,& reſiſti Antonio non poterat. NVNC non poſſem)quia periiſſem. RELIQVARVM actionum)vt tranſigi reliqua facile poſſint poſtquã non verbo adhuc, re tamen hoſtis eſt iudicatus Antonius. ERECTIOR) excitatior, & magis in ſpe: ſicuti contrà cadere animus ijs dicitur,qui extra ſpẽ ſunt. NEC enim fieri poteſt)ratiocinatio.aut ſunt impij qui contra Conſulem arma cõpararunt aut ille hoſtis contra quẽ ſunt arma ſuſcepta:ſed illi qui arma compararunt pij ſunt, quòd multis rationibus probat:ergo Antonius hoſtis.Ad veritatem diſiunctiuę ſufficit alteram partem verã eſſe. PATRIMONIO) quod effudit,vt ſupra dictũ eſt. LAVDO,laudo)conduplicatio quam πλοκὴν Græci dicunt:multũ vero habet vehementiæ. VEL pueri potius) correctio,vt ſit admirabilior,quòd hæc puer fecit. IMMORTALITATIS) ac ſi dicat diuinitatis cuiuſdam. MVLTA)repetitio. INDIES)quotidie

BX Hiſpanis militibus)qui habentur robuſtiſſimi, de quibus Sillius,Prodiga gens animæ & properare facillima mortem. Namque vbi tranſcendit florentes viribus annos,Impatiens æui ſpernit veniſſe ſenectam: Et fati modus in dextra eſt. CONDVCERE)quadringentas drachmas ſingulis polliHiſpani mi lites. citus. REDITVM)Brunduſio.PRAESIDIVM)ad Antonij furorẽ depellendum. SVI patris)C.Cæſaris Dictatoris.

BEROAL. Concio)concionem tria ſignificare ex veterum lectione ſat notum.videlicet locum ſuggeſtúmque,vnde verba fierent. item orationẽ ipſam, quæ ad populum diceretur.item cœtum populi aſſiſtentis, quo in ſi-Concio.

gnificatu hic accipitur. Græci δημηγορίας vocant. Vnde deliberatiuum cauſſarum genus, quod noſtri nomine alio concionale dicunt, illi δημηγορικὸν appellant. Fundamenta ſunt iacta) Tranſlatio ſumpta ab ædificio cuius fundamenta niſi fideliter ieceris, quicquid ſuperſtruxeris corruet. Conſimiliter in oratione pro Murena, Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis: Tullianum hoc ſcite vſurpat Lactantius ſic ſcribens, Bene habet, iacta ſunt fundamenta, vt ait eximius orator. verum nos non tantum fundamenta iecimus, quæ firma & idonea eſſent operi proferendo: ſed magnis robuſtiſque motibus ædificium totum pene vſque ad ſumma perduximus. Vel pueri potius) In Epiſtolis ad Brutum, Cæſaris vero mirifica indoles virtutis. Brutus autem Cæſarem puerum contumelioſe magis quàm honorifice appellat his verbis, Me vero poſthac ne commendaueris Cæſari tuo: ne te quidem ipſum ſi me audies. valde care exiſtimas tot annos quot iſta ætas recipit: ſi propter eam cauſſam puero iſti ſupplicaturus es. Item, Et nunc puerum iſtũ extulit, vt tu iudicares precibus eſſe impetrandam ſalutem talibus viris.

Fundamẽta iacta.

Puer Octauius.

TRAP. Frequentia) Cum Senatus Ciceronis ſententiam comprobaſſet, Senatúſque conſultum in eius ſententiam factum eſſet, vniuerſum populũ Romanum cohortatur ad liberalitatem recuperandam maxime cum M. Antonius iudicio Senatus & ipſorum Quiritum & deorum immortalium hoſtis Reipublicæ plane ſic iudicatus. Alacritatem) προθυμίαν.

Quo decreto quis non proſpicit, Antonium hoſtem eſſe iudicatum? Quem enim appellare poſſumus eum, contra quem qui exercitus ducunt, iis Senatus arbitratur ſingulares exquirendos honores? Quid legio Martia? quæ mihi videtur diuinitus ab ipſo deo traxiſſe nomen, à quo populum Romanum generatum accepimus: nonne ipſa ſuis decretis prius, quàm Senatus hoſtem iudicauit Antonium? nam ille ſi non hoſtis, qui Conſulem reliquerunt, hoſtes neceſſe eſt iudicemus. Præclara & luculenta reclamatione veſtra factum pulcherrimum Martialium comprobaſtis: qui ſe ad Senatus authoritatem, ad libertatem veſtram, ad vniuerſam Rempublicam contulerunt. hoſtem illum & latronẽ,

& parricidam patriæ reliquerunt: nec solũ id animose & fortiter, sed considerate etiam sapientérque fecerunt. Albæ constiterunt in vrbe opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum ciuium atque optimorum. Huius Martiæ legionis, legio Quarta imitata virtutem, duce L. Egnatuleio, quem Senatus merito paulò antè laudauit, C. Cæsaris exercitum prosecuta est. Quæ expectas M. Antoni iudicia grauiora? Cæsar fertur in cælum, qui contra te exercitum comparauit: laudantur exquisitissimis verbis legiones, quæ te reliquerunt, quæ à te accersitæ sunt: quæ * tuæ essent, si te Consulem, quàm hostem maluisses. quarum legionum fortissimum, verissimúmque iudicium confirmat Senatus, comprobat vniuersus populus Romanus, nisi forte vos Quirites Consulem, non hostem iudicatis Antonium. Sic arbitrabar Quirites vos iudicare vt ostẽditis. municipia, colonias, præfecturas, num aliter iudicare censetis? omnes mortales vna mente consentiunt: omnia arma eorum, qui hæc salua velint, contra illam pestem esse capienda. Quid D. Bruti iudicium Quirites, quod ex hodierno eius edicto perspicere potuistis? num cui tandem contemnendum videtur? recte & vere negatis Quirites: est enim quasi deorum immortalium beneficio & munere datum Reipublicæ Brutorum genus & nomen ab libertatem populi Romani vel constituendam vel recuperandam. Quid igitur D. Brutus de M. Antonio iudicauit? *excludit prouincia: exercitu obstitit: Galliam totam hortatur ad

*eo.

*excluſit.

bellum, ipſam ſua ſpõte, ſuo quoque iudicio excitatam. Si conſul Antonius, Brutus hoſtis: ſi conſeruator Reip. Brutus, hoſtis Antonius. Num igitur vtrum horum ſit, dubitare poſſumus? atqui vt vos vna mente, vnáque voce dubitare vos nunc negaſtis, ſic modo decreuit Senatus, D. Brutum optime de Republica mereri: cum Senatus authoritatem populiq; Romani libertatẽ, imperiúmque defenderit. A quo defenderit? nempe ab hoſte. quæ eſt enim alia laudanda defenſio? Deinceps laudatur prouincia Gallia, meritóque ornatur verbis ampliſſimis à Senatu, quod reſiſtat Antonio: quem ſi Conſulem illa prouincia putaret, neque eum reciperet, magno ſcelere ſe aſtringeret.

MATVR. LVCVLENTA clara) à luce. QVEM) hoſtẽ ſcilicet dũtaxat. AB ipſo deo) Marte. P.R. GENERATVM) propter Romulũ qui ex Rhea Ilia & Marte natus traditur. NAM) ratiocinatio. LVCVLENTA) clara. AVTHORITATEM) cõſenſum & voluntatẽ. OPORTVNA) & ad laceſſendum, & ad tutandum: eſt enim in excelſo locata ſaxo, qua pro noxiorum cuſtodia vſi olim Romani ſunt, vt Strabo ait. A TE accerſitæ) cum eſſent in Macedonia. NISI forte vos Quirites) Hic conijcimus aut voce, aut nutu, aut quouis alio ſigno populum, hoſtem Antonium. vel potius acclamatione iudicandum ſignificaſſe. ILLAM peſtem) Antonium. RECTE & vere negaſtis) ſcilicet cõtemnendũ. D. BRVTI edictũ) quod ille Prætor Galliæ, & Conſul deſignatus proponi curauerat, non ceſſurum ſe Antonio prouincia, eámque pro Senatus arbitrio retenturum. VEL conſtituendam) vt Iunius Brutus fecit exactis regibus. VEL recuperandam) vt paulò antè M. & D. Bruti egerant Cæſare trucidato. Quæ eſt enim alia laudanda defenſio?) quàm eius qui ab hoſte defenderit.

Martiales.

TRAP. Martialium) Milites Martiæ legionis ſignificat, quæ à Marte deo Romanorum conditore nomen traxit. Horatius Martiales lupos appellat bono epitheto, vel quòd in tutela Martis ſint, vel quòd rapaces & impetuoſi. Martiales apud Latinates appellabantur miniſtri publici Martis, atq; ei Deo conſecrati.

ASCEN. In Victorino est, Sunt enim facta eius immortalitatis: nomen ætatis. Nomen vt dicatur puer vel adolescens: alij legunt non ætatis. Nõ sine exitio nostro. Sic etiam aliubi Cicero: vbi tamen Valla diceret nostri.

Omnes enim sub Consulis iure & imperio debent esse prouinciæ. Negat hoc D. Brutus Imperator, Consul designatus, natus Reipublicæ ciuis, negat Gallia, negat cuncta Italia, negat Senatus, negatis vos. Quis igitur illum Consulem nisi latrones putant? quanquam ne ii quidem ipsi quod loquuntur, id sentiunt: nec à iudicio omnium mortalium, quanuis impii nefariíque sint, sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapiendi atq; prædandi occæcat animos eorũ: quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeii hasta satiauit: qui sibi Vrbem, qui bona & fortunas ciuium ad prædam proposuerunt: qui dum sit, quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur. quibus M. Antonius (ô dii immortales, auertite & detestamini quæso hoc omen) Vrbem se diuisurum esse promisit. Ita vero Quirites vt præcamini veniat, quo huius amentiæ, pœna, in *eũ familiâmque recidat: quod ita futurum esse confido. iam enim non solum homines, sed etiam deos immortales ad Rempublicam conseruandam arbitor consensisse. Si enim prodigiis atque portentis dii immortales nobis futura prædicunt: ita sunt aperte denũciata, vt & illi pœna, & libertas nobis appropinquet. Si enim tantus consensus omnium, sine impulsu deorum esse nõ potuit, quid est, quod de voluntate cœlestium dubitare possimus? Reliquum est

*ipsum

Quitites, vt vos in ista sententia, quam præ vobis fertis, perseueretis. Faciam igitur vt imperatores instructa acie solent, quanquam paratissimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur: sic ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperãdam *cohortabor. Non est, nõ est vobis Quir. cum eo de hoste certamen, quocum aliqua pacis conditio esse possit. neque enim ille seruitutem vestram, vt antea, sed iam iratus sanguinem cõcupiscit. Nullus ei ludus videtur esse iucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium. Nõ est vobis Quirites res cũ scelerato homine atque nefario, sed cum immani tetráque belua: quæ quoniã in foueã incidit, obruatur. si enim illinc emerserit, nullius supplicii crudelitas erit recusanda: sed tenetur, præmitur, vrgetur nunc his copiis, quas iam habemus: mox his, quas paucis diebus noui Consules comparabunt. Incumbite in caussam Quirites, vt facitis: nunquam inter Senatum & vos consensus maior in vlla caussa fuit.

*adhortabor.

MATVR. INFINITA Pompeij) Indeficiẽs Pompeij bonorum venditio. QVIBVS) Iatronibus. SI enim) consentire deos immortales ad Rempublicam conseruandam sic colligit: Dij immortales euentura prodigijs & portentis denunciant: consensus & conspiratio omnium ad eandem rem, sine deorum impulsu esse non possunt: ergo & hæc prodigiorum atque portentorum loco accipere debemus: deósque velle vt Antonius hostis iudicetur, libertas recuperetur. Cicero libro de Diuinatione, Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicũt. ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. IN foueã) vt lupus, vrsus. foueis enim terra opertis decipi solent. NOVI Cõsules) Pansa & Hirti⁹. INCVMBITE) instate totis viribꝰ.

BEROAL. Nullus ludus iucundior quàm cruor) Quod de Marte bellorum præside poetæ tradunt, id Tullius ascribit Antonio, vt ita inhumana

hominis crudelitas euidentius planiúsque oſtendatur:nã cui Cædes & cruor pro ludo eſt,& ludicro oblectamẽto,is haud dubie crudeliſſim⁹,& maxime ſanguinarius eſt iudicandus. Mars Græco epitheto dicitur αἱμοχαρὴς,id eſt ſanguine gaudens,Quẽ,vt inquit Horati⁹,iuuat clamor galeæq; læues Acer & Mauri peditis cruentum Vultus in hoſtem. Sillius quoque de morte ſcribens decentiſſime cecinit, Lituíque tubæq; Vulneraq; & ſanguis clamórque, &arma iuuarent. Non pauci memorantur inhumana crudelitate prædicti, quibus cædes & ſanguis humanus iucundior fuerit quàm cuncta ſpectanda & ludi. Voleſus Aſiæ Proconſul cum tercentos vna die percuſſiſſet,incedens intra cadauera vultu ſuperbo quaſi magnificum quiddã cõſpiciendũ feciſſet, proclamauit,O rem Regiam. Annibalem quoque illum dirum & Romanis abominatum dixiſſe ferunt,O formoſum ſpectaculum:cum foſſam humano ſanguine plenam vidiſſet. Necnon Vitellij vox illa deteſtabilis merito taxatur dicentis optime olere occiſum hoſtem,& melius ciuem.

Crudeles

Voleſus.

Annibal.

Vitellius.

TRAP. Prodigium)à porro & abigo. Monſtrum) dictum eſt velut moneſtrum quod moneat aliquid futurum. Prodigium) velut prodicium quod prædicat. Portentum)quod portendat. Oſtentum) quod oſtendat,quaſi idem ſignificant. Incumbite in cauſſam)totis animis & pectoribus inſtate.

Prodigiũ.

Monſtrũ.

Nunquam tam vehementer cum Senatu conſociati fuiſtis. nec mirum:agitur enim non qua conditioue victuri, ſed victuri ne ſimus, an cum ſupplicio ignominiáque perituri. quanquam mortem quidem omnibus natura propoſuit,crudelitatem mortis & dedecus,virtus propulſare ſolet:quæ propria eſt Romani generis & ſeminis. Hanc retinete quæſo Quirites, quam vobis tanquam hæreditatem maiores veſtri reliquerunt. quãquam omnia alia falſa, incerta ſunt, caduca, mobilia. Virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus,quæ nulla vnquam vi labefactari poteſt,nullo vnquam dimoueri loco. Hac virtute maiores noſtri primum vniuerſam Italiam deuicerunt:deinde Carthaginem exciderunt:Numantiam euerterunt: potentiſſimos reges, bellicoſiſſi-

mas gentes in deditionem huius imperii redegerunt. Ac maioribus quidem vestris Quirites cum eo hoste res erat, qui haberet Rempublicam curiam, ærarium, consensum & concordiam ciuium, rationem aliquam, si res ita tulisset, pacis & fœderis: hic vester hostis vestram Rempublicam oppugnat: ipse habet nullam. Senatum, id est orbis terræ consilium, delere gestit: ipse consilium publicum nullum habet. Aerarium vestrum exhausit: suum non habet. nam concordiam ciuium quî habere potest, nullam qui habeat ciuitatem? pacis vero quæ potest cum eo esse ratio, in quo est incredibilis crudelitas? fides nulla? Est igitur Quirites populo Romano victori omnium gentium, omne certamen cũ excursore, cũ latrone, cum Spartaco. nam quod se similem Catilinæ esse gloriari solet, scelere par est, belli industria inferior. Ille cum exercitum nullum haberet, repente conflauit: hic eum ipsum exercitum, quem accepit, amisit. Vt igitur Catilinam diligentia mea, Senatus authoritate, vestro studio & virtute fregistis: sic Antonii nefariũ latrociniũ vestra cũ Senatu cõcordia tanta, quanta nunquã fuit, felicitate & virtute exercituũ, ducũq; vestrorũ, breui tẽpore opressum esse audietis. Equidem quantum cura, labore, vigiliis, authoritate, consilio eniti atque efficere potero, nihil præmittam quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor. Neq; enim id pro vestris in me amplissimis beneficiis sine scelere facere possum. Hodierno autem die primum referente viro fortissimo, vobísque amicissimo M. hoc Seruilio,

Collegíſque eius ornatiſſimis viris, optimis ciuibus, lõgo interuallo me authore & principe, ad ſpem libertatis exarſimus.

MATVR. QVANQVAM mortẽ) quaſi viri ſint ad mortem intrepidi. & ſępe nõ mortẽ ipſam, ſed genus mortis deuitare ſtudeant. Aeneas apud Virg. non mortẽ timet, ſed mortis genere triſtis eſt. naufragio enim quod ait Heſiodus, perire graue eſt. QVAE propria Romani generis) Liuius, Romanorum eſt, inquit, fortia facere, fortia pati. QVANQVAM omnia alia) ac ſi diceret: etiam ſi maiores veſtri virtutem vobis non reliquiſſent, ipſa tamen ſua ſponte vos ad ſe complectendam (eiuſmodi enim eſt) poteſt alicere.

EXCIDERVNT) ſuſtulerũt penit⁹ tertio Punico bello. NVMANTIAM) Vracorũ in Celtiberia ciuitas hęc fuit: ſummũ, ſi vires exiſtimes, Hiſpanię decus. de cuius noĩe dũtaxat poſterior triũphauit Scipio. ſe enim & ſua, ferro & igni perdiderũt Numãtini. CVM eo) tali. QVI haberet) hæc oĩa, ſcilicet vt Tarẽtin⁹, Carthaginẽſis. SI res ita attuliſſet) ſi victi fuiſſent maiores noſtri. **Numantia.**

HIC veſter hoſtis) Antonius. AERARIVM) vbi publicæ ſeruabãtur pecunię, quod Romæ fuit in ædę Saturni. NAM concordiã ciuium) vbi ciuitas eſt, hoc eſt ciuium multitudo, illic concordia poteſt eſſe, ſi conſentiant: & diſcordia, ſi diſſentiãt. EXCVRSORE) qui vagatur, & huc illucq; excurrat. **Aerarium.**

CONFLAVIT) contraxit. QVEM accepit à Rep.) quinq; illas ſignificat legiones quæ in Macedonia fuere Antonij prouincia. EQVIDEM) ſuum pollicetur ſtudium. ID SINE ſcelere facere poſſit) prætermittere. ſcilicet quod ad libertatem pertinere videbatur. M. HVIC Seruilio) Tribunus hic erat plebis. COLLEGIS) alijs Tribunis. LONGO interuallo) diu enim ſub Iulio ſeruitutem paſſi erant, & tunc patiebantur ſub Antonio.

BEROALDVS. Spartaco) Spartacum appellat Antonium quaſi alterum gladiatorum principem ducemq; fugitiuorum, atq; latronum vexillarium: de Spartaco antè dictum eſt, & inuulgata ſunt omnia. Belli induſtria inferior) In Oratione pro Cælio de Catilina ſcriptum eſt fuiſſe permulta in eo maximarum non expreſſa ſigna ſed adumbrata virtutum: & ſicut flagrabant vitia libidinis apud illum, ita vigebant etiam ſtudia rei militaris: qui cum triſtibus ſeuere, cum remiſſis iucunde, cum ſenibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cũ libidinoſis luxurioſe viuebat. **Catilinæ mores.**

Finis Quartæ Philippicæ.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM PHILIPPICA QVINTA.

NIHIL vnquam lõgius Calend.Ian.mihi visum est P. C. quòd idem intelligebam per hos dies vnicuique vestrũ videri. qui enim bellũ cũ Rep. gerunt, hunc diem non expectant.nos autem tũ cũ maxime consilio vestro subuenire cõmuni saluti oporteret,in Senatum conuocabamur:sed querelam præteritorum dierum sustulit oratio Consulũ: qui ita locuti sunt,vt magis exoptatæ Calend.Ian.quàm seræ esse videantur. Atque vt oratio Consulum animum meum erexit, spémque attulit non modo salutis cõseruandæ, verũetiam dignitatis pristinæ recuperandæ: sic me perturbasset eius sententia,qui primus rogatus est, nisi vestræ virtuti constantiæq; confiderem . Hic enim nobis P.C.dies illuxit,hæc potestas data est, vt quãtum virtutis,quantum constantiæ,quantum grauitatis in huius ordinis consilio esset,populo Rom. declarare possetis.Recordamini qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quantus consensus vestrum,quanta virtus, quanta con-

stantia,quantã sitis à populo Rom.laudem,*gloriã,gratiam consecuti. Atq; illo die P.C. ea constituistis,vt vobis nihil iam sit integrum,nisi aut honesta pax,aut bellum necessarium. Pacem vult M. Antonius, arma ponat,roget,deprecetur. neminẽ æquiorẽ *reperiet quàm me:cui dum se ciuibus impiis commẽdat, inimicus esse,quàm amicus mauult. Nihil est profecto quod dari possit bellum gerenti:erit fortasse aliquid,quod concedi possit roganti. Legatos vero ad eum mittere,de quo grauissimum iudicium nudiustertiusdecimus fecistis, non iam leuitatis est,sed(vt quod sentio,dicam)dementiæ.Primum enim eos duces laudauistis,qui contra illũ priuato consilio bellum suscepissent.deinde milites veteranos,qui cum ab Antonio in Colonias essent deducti,illius beneficio libertatem populi Rom.antepoſuerunt.Quid legio Martia?quid quarta?cur laudantur ? si enim Consulem suum reliquerunt, vituperandæ sunt: si inimicum populi Ro.iure laudantur.Atqui cũ Consules nondum haberetis,decreuistis,vt*de præmiis militum,&*honoribus Imperatorum, primo quoque tempore referretur: placet eodem tempore præmia constituere eis,qui contra Antonium arma*ceperint. & Legatos ad Antonium mittere,vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta,quàm Senatus.

* quantam glor.conſ.

*me

*&

*de

*ceperunt

MATVRANTIVS. Exercitum Antonius Ariminum præmiserat, & subsecutus ipse fuerat,in prouinciámque Galliam venerat, quam tradi sibi à Decio postulabat: recusantémque intra Mutinam obsederat.res nuncia-ta Romę est. NOVI Consules)Pãsa & Hirtius Ianuarij mensis initio ilico Senatum in Capitolium inter ipsa quæ pro se faciebant sacrificia conuocant.

de Mutinæ referunt obsidione. Cic. & qui eiusdem erant factionis id agere conantur, vt patrię hostis iudicetur Antonius, quòd Galliam prouinciam ad patriæ oppugnationem inuito Senatu inuasisset, quòd exercitum contra Getas in Macedoniam missum in Italiam reuocasset, quòd stipatus armatis per vrbem incessisset, domũ muniuisset, & omnibus superbior quàm annua potestas postularet, visus esset. L. vero Piso vir Consularis & magnæ authoritatis qui absentem Antonium defendebat, vocandum ad disquisitionem censet, & caussa indicta minime damnandum. Assensum tamẽ Ciceroni fuisset, vt hostis iudicaretur Antonius, nisi Tr. pl. Saluius intercessisset, & in sequentem diem differendam rem censuisset. Is quo minus & contra Antonium, & de D. Bruto decerneretur quippiam, tã diu obstitit, quoad à Senatu est prohibitus. Tunc & Decius collaudatus, quòd Antonio prouincia non cessisset: & Octauio honores decreti, vt vnà cum Consulibus exercitum ducere, vt Consulatum decem annis antequam per leges liceret, petere posset. Decretũ præterea, vt militibus qui ab Antonio ad eum transissent, tantundem à populo impenderetur, quantum ipse victoribus erat pollicitus: ex quo Senatus decreto re ipsa hostis Antonius est iudicatus: sed cum matris, vxoris, ac paruuli filij tota nocte discurrentium, & potentioribus supplicantium lachrymis flecti cœpissent, orationem habuit Cic. qua labantes animos retinuit, ea apud Appianum est: in qua oblique multa dicit in Saluium Tribunũ, in Antonij odium omnes rursus accendit: contradicit L. Piso pluribus, obiecta Antonio à Cicerone diluit: multa ipse obijcit, efficitq; vt hostis patrię tunc iudicetur. Legatos mittendos suadet: dehortatur Cicero, & non modo non faciendum censet, sed inutile & turpe dicit esse Romano imperio ad eum Legatos mittere, quem supplicem depositis armis veniam petere, pro tot peccatis ac sceleribus conueniret. Acta eius censet rescindenda, nec Consulem, sed hostem habendum. Nihil illi credendum monet, qui vtiliter latas à Cęsare Dictatore leges peruerterit, & nefarias ipse prius tulerit quàm scripserit aut promulgauerit. Multa & vera in eum congerit crimina, fœde ac turpiter ab eo facta commemorat. D. Brutum laudat, vt ei M. Lepido Octauio, & L. Aegnatuleio honores decernantur hortatur. suam de præmijs Martiæ & Quartæ legioni, ac militi qui ad Consules conueniisset distribuendis profert sententiam. Exorditur autem per locum expectationis Calẽdarum Ian. statim autem suadet non esse ijs assentiendum qui Legatos ad Antonium mittendos, & de pace cum eo agendum retulissent. Est vt superiores in deliberatiuo genere hec oratio, & si maiore ex parte vituperatur Antonius. NIHIL vnquam longius) nam expectanti animo, quod ait Seneca, omnis celeritas mora est. QVI idem bellum) Antonium significat, & inuidiosè ait, vt Venus apud Virgil. Nauibus infandum amissis vnius ob iram. vna enim dũtaxat perierat. NON expectant) sed rem agunt clauso intra Mutinã Decio. NOS autem) ac si diceret: cum agendum erat deliberamus, & tempus

Octauij honores.

consultando

consultando cõterebamus.qui Demosthenis locus est. MAGIS exoptẽt) neq; enim serum videbatur contra Antonium & decernere & agere Consulibus,quippe qui & animo erãt præsenti, & certam sumebant spem conseruandæ bonorum salutis,& libertatis recuperandæ. EIVS) L.Pisonis.

CONFIDEREM) fore mihi persuadens,vt ei⁹ de mittẽdis ad Antonium Legatis sententiam minime sequamini. NVDIVSTERTIVSDECIMVS) Nunc dies tertiusdecimus, quo die Cicero duas proximas habuit orationes ad P.C.& ad Quirites. EA constituisti)laudãdum Decium , & prouinciã Galliam Octauio honores decernendos, legionibus Martiæ & Iuniæ præmia promittenda. INTEGRVM)liberum. HONESTA parum)si Antonius armis depositis pro peccatis & facinoribus suis veniam supplex petat. PACEM vult)hoc L.Piso eius nomine dicebat. COMMENDAT) illis gratificando omnia quę velint indulgendo. GRAVISSIMVM iudicium)quicquid ageret,contra vestram agere amplitudinem,& qui ei aduersantur,recte facere. EOS duces)Octauium,Decium Brutum. IN colonias)in Campaniam & alia loca. AB Antonio) quem Iulius de ducendis præfecit colonijs. NONDVM haberetis) qui nondum magistratum inierant. IMPERATORVM)Octauij & Decij.

Nudiustertiusdecim⁹.

BEROAL. Nudiustertiusdecimus)Dicitur passim nudiustertius: Nudiusquartus,Pro eo quod est,nunc dies tertius est,nunc dies quartus. nec vlterius progredi posse plerique autumant:quorum opinioni reclamãt celeberrimi scriptores,quorum authoritas pro ratione est.& in primis Plautus,qui in trinummo inquit,Ad forum ibo nudiussextus, cui talentum mutuum dedi reposcam.Et hoc in loco M.Tullius , â quo bis dicitur nudiustertiusdecimus,id est nunc dies tertiusdecimus est.

TRAPEZVNTIVS. Nihil Calend.Ian.) cum sententiæ in Senatu dicerentur , & quidam amici Antonij Legatos ad eum mittendos censuissent, Cicero non modo id faciendum non censet,sed omnia eius acta rescindẽda, nec eum Consulem sed hostem habendum.esse vero non solum patriæ inutile,sed etiam turpe imperio Romano Legatos ad eum mittere,quem deceat armis depositis veniam pro suis peccatis & facinoribus petere.

Si quidem legiones decreuerunt Senatum defendere cõtra M.Antoniũ.Senatus decreuit Legatos ad Antonium mittere: vtrum hoc est confirmare militũ animos?an debilitare virtutem? Hoc dies.xii.profecerunt, vt quem nemo præter * Cotylonẽ inuentus sit,qui defenderet,is habeat iam patronos,etiam Consulares, qui

Cotylam.

vtinam omnes ante me ſententiam rogarentur. quanq̃ ſuſpicor quid dicturi ſunt quidam eorum, qui poſt me rogabuntur. facilius contra dicerem, ſi quid videretur. Eſt enim opinio, decreturum aliquem M. Antonio illã vltimam Galliam, quam Plancus obtinet. Quid hoc aliud eſt, quàm ad bellum ciuile hoſti arma largiri? primum neruos belli pecuniam infinitam, qua nunc eget: deinde equitatum, quantum velit: equitatum dico? Dubitabit credo gẽtes Barbaras ſecũ adducere? hoc qui nõ videt, excors: qui cũ videt, decernit, impius eſt. Tu ciuẽ ſceleratũ & perditũ, Gallorũ & Germanorũ exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis inſtrues? Nullæ iſtæ excuſationes ſũt: meus amicus eſt. ſit patriæ prius. meus cognatus: an poteſt cognatio vlla propior eſſe, q̃ patriæ, in qua etiã parentes continentur? mihi pecuniam attribuit: cupio videre quid audeat dicere. Quid autem agatur, cum aperuero, facile erit ſtatuere, quam ſententiam dicatis, aut quã ſequamini. Agitur vtrum M. Antonio facultas detur opprimẽdæ Reip. cædis faciendæ, bonorum diripiendorum, vrbes, agros, ſuis latronibus condonandi, populum Ro. ſeruitute opprimendi: an horũ nihil facere ei liceat. dubitate quid agatis. An non cadũt hæc in Antonium? hoc ne *Cotylo quidẽ dicere auderet. Quid enim in eum non cadit? qui *cuius acta ſe defendere dicit, eius leges peruertit, quas maxime laudare poteramus. Ille paludes ſiccare voluit. hic omnem Italiam moderato homini L. Antonio diuidendam dedit. Quid? hanc legem populus Ro. accepit? Quid? per

*Cotyla
*qui cum Cæſ. acta

auſpicia* ferri potuit? ſed Augur verecũdus, ſine Collegis de auſpiciis non interpretaretur. quanquam illa auſpicia nó egent interpretatione Augurũ. Ioue enim tonante cum populo. Ro. agi non eſſe fas, quis ignorat?

*ferre

MATVR. DIES XII.) ex quo quæ dixit decreta erãt. COTYLAM) is vnus erat ex impuris & nefarijs qui Antonium ſequebatur. MEVM) ironice, & per iocum ſic ait. PATRONOS Conſulares) defenſores, & L. Piſonem tangit. EST enim opinio) id enim ab Antonij amicis iactabatur.

Cotyla.

DECRETVM aliquem) aut Saluium Trib. pl. aut L. Piſonẽ ſignat. NERVOS belli) ſic appellant pecuniam belli neruos. TV aperte) in L. Piſonem & Saluium dicit, quorum vterq; ideo ſe dicebat Antonium defendere, quòd amicus ille eſſet. QVAM patriæ) quæ vna omnes omniũ charitates cõplexa eſt, vt ait Cic. in Offic. Mihi pecuniã attribuit) verba ſunt Antoniũ defendentis. ideo defendo quoniã mihi pecuniã tribuit. Cicero vero ſubijcit. Cupio videre qui ad hæc audeat reſpondere: ac ſi dicat negare non poterit. AT non cadunt &c.) Obiectio eſt cui reſpondet Cic. NE Cotyla quidem) Antonij aſſecla hæc diceret. EAS leges) de quibus in prima Philippica eſt dictum. ILLE) Iulius. PALVDES) Pontinas, quod in eius vita inquit Trã quillus, MODERATO homini) ironice. ANTONIO) fratri, quẽ Trib. pl. diuidundis per totã Italiã agris præfecit. LEGEM) de Triũuiris diuidẽdorum agrorum. neq; enim rogatus fuerat populus. & cum legem tulit Antonius, agi cũ populo propter tonitrua, & imbres effuſiſſimos non poterat.

Nerui belli

Paludes Pontinæ.

FERRI potuit) ac ſi dicat minime. AVGVR verecundus) ironice. INTERPRAETATIONE) declaratione Augurum, cum aperta ſint per ſe. IOVE tonante) hoc idem Cicero ipſe libro de diuinatione.

Ioue tonãte.

BEROALDVS. Ille paludes ſiccare voluit) Cęſar Dictator non ſolũ Pontinas Paludes ſiccare deſtinauerat, ſed & Nomẽtaneas, Setinaſq; , vt ita latifundia panderentur, quibus multa mortalium milia ali poſſent. Plin. inquit, Siccentur ethiopide herba, Pontinę paludes, ſi tantumq; agri ſuburbanę reddatur Italiæ. Ioue tonante) in ſecundo de Diuinatione, Ioue, inquit, tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. hoc fortaſſe Reip. cauſſa conſtitutum eſt, comitiorum enim non habendorum cauſſas eſſe voluerunt. hinc exijt illud Lucani, Nec cælo ſeruare licet, tonat Augure ſurdo. Auguſtus, authore Tranquillo, frequẽtabat dedicatam in Capitolio ædem Tonantis Iouis. Ait Plin. Lucos & aras & ſacra habemus, interq; Statores & tonãtes & feretrios Elicium quoq; accepimus Iouem.

ASCEN. In Victorino eſt) præter Cotylonem inuentus &c. vbi alijs eſt Cotylam meum. vbi quia meum nihili vox eſt, ſequar antiquum codicẽ

qui paulò pòst habet, hoc ne Cotylo quidem dicere auderet.

Tribuni pl. tulerunt de prouinciis contra acta Cæsaris, ille biennii, iste sexennii. num etiam hanc legem populus Ro. accepit? Quid? promulgata fuit? quid? nonne antè lata, q̃ scripta? nonne antè factam vidimus, q̃ futurã quisquã est suspicatus? Vbi lex Cæcilia & Didia? vbi promulgatio *trinundinum? vbi pœnæ recenti lege Iunia & Licinia? possunt ne hæ leges ratæ esse sine interitu legũ reliquarũ? Eccui potestas in forũ introeũdi fuit? quæ porrò illa tonitrua? quæ tempestas? Aut si auspicia M. Antoniũ nó mouerent, sustinere tamen eũ aut ferre posse tantã vim tẽpestatis, imbris, ac turbinũ, mirum videretur. Quam legem igitur se Augur dicit tulisse, nó modo tonante Ioue, sed prope cælesti clamore prohibẽte, hanc dubitabit contra auspicia latam cõfiteri? Quid? quod cum eo Collega tulit, quem ipse fecit sua nunciatione vitiosum, nihil ne ad auspicia bonus Augur arbitratus est pertinere? sed auspiciorũ nos fortasse erimus interpretes, qui sumus eius Collegæ. Num ergo etiam armorum interpretes quærimus? Primùm omnes fori aditus ita sunt sepți, vt etiam si nemo obstaret armatus, tamen nisi septis reuulsis introiri in forum nullo modo posset. Sic vero erant dispositа præsidia, vt quomodo aditus hostium prohibetur castellis & aggeribus, ita ab ingressione fori populum Trib. q; pleb. propulsari videres. Quibus de caussis eas leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, omnes censeo per vim & cõtra auspicia latas, hísque legibus populum Rom. non tene-

ri.si quam legem de actis Cæsaris confirmandis, déue Dictatura in perpetuū tollenda, déue coloniis in agros deducendis tulisse M. Antonius dicitur, eásdem leges de integro, vt populum teneant, saluis auspiciis ferre *posset. quāuis ergo bonas leges vitiose per vímque tulerit, tamen hæ non sunt habendæ. omníque audacia gladiatoris amentis authoritate nostra repudianda est. *placet

MATVRANTIVS TRIBVNI pleb.)præcipue propter L. Antonium dicit, quo Tribuno factum est. CONTRA acta Cæsaris) quibus voluit ne prætoriæ prouinciæ plus quàm annum, Consulares plus quàm biennium obtinerētur. ILLE) Iulius. ISTI Tribuni. HANC legem) de prouincijs. ANTE lata quàm scripta) scribebatur enim prius, trinūdino promulgabatur, in æs inde incidebatur, & tunc demum lata dicebatur. sed hæc neq; scripta, neque promulgata, lata ab Antonio asserebatur. VBI lex Cæcilia & Didia) quas Cæcilius & Didius tulere de rogādis legibus, vt nullam vim haberent nisi magistratus populum rogaret, nisi item trinundino promulgarentur perscriptæ, hoc tribus nundinis recitarentur, cum omnis etiam ex agris adesset multitudo: vt si quis vellet, intercedere posset. VRI promulgatio?) hic distinguendum. TRINVNDINVM) vbi trinundinū. POENAE) statutæ scilicet. Recenti) nuper lata. IVNIA & Licinia) quam Iuni⁹ & Licinius tulerunt, superiores leges à Cælio & Didio prius latas confirmantes, grauiore pœna adiecta. HAE leges) latæ ab Antonio de prouincijs. CVI) nulli. QVAE porro) & prohibuit intrare forum Ant. & tonante Ioue tulit leges. Hunc dubitabit) ac si dicat dubitare non poterit. CVM collega) Dolabella. Lex Didia. Lex Iunia.

BEROAL. Vitium) Vitiosus magistratus dicitur vitio creatus contra auspicia, & Augurum disciplinam. Vitium est secundum Augures si tonet tantum: Vitium & calamitas, si tonet & & grandinet simul, & etiam fulminet.

TRAP. Vertit à possessione Reipublicę) ad suum ius possessionémque iniuria & dolo conuertit. Vnde & auerti patrimonium & hæreditas dicitur. Falsis proscriptionibus) falso proscribendis & in exilium mittendis ciuibus Romanis & eorum bonis publicandis. nam proscribere est ciuem in exilium exigere, & bona eius publicare. nam eorum nomina in publico scribebātur. Aut prę scriptionibus) Prę scribi res dicitur: quę si mobilis est, vt pecunia, biennio eius fit qui tenet: si immobilis, decennio inter præsentes, aut viginti annis Præscribi.

inter absentes. Consessum) locus ipse & multitudo iudicum sedentium: Græce συνέδριον. Moréfve nouit:) Mos est institutum patrium pertinens maxime ad religionem cerimoniásque maiorum. Delectus de bonis dicitur. Notatio).de malis. Gortinium Cretensem γόρτυν & πόλις τῆς κρήτης. Phædri)Is ætate Cic.prestantissimus inter Epicureos philosophus fuit. MATVR. EIVS collegæ) in Auguratu. SEPTIS reuulsis) repagulis & cancellis,quibus vndique forum septum fuerat, quod fiebat comitiali die.Ouidius. Est quoque quo populum fas est includere septis. VIDERES)videret quispiam. NON teneri)non esse obnoxium. DE integro)denuo vt iterum rogentur,ac si rogatæ nondum essent. SEPTIES milies)hæc pecunia ad ædem fuerat Opis, quam translatitiam vocat Tranquillus,hoc est communem & in medio positam. FALSIS præscriptionibus)donationibus,dicens à Cæsare in commentarijs præscriptum hoc est assignatum donatúmque cuipiam esse. VERTIT)à possessione Reipublicæ ad possessionem vsúmque priuatum per fraudem transtulit.alij proscriptionibus legunt, hoc est proscribendis & in exilium mittendis Romanis ciuibus,eorúmque bonis publicandis ac vendendis, vt præscriptio legatus, hoc est rei vendicatio non procedit. IMMVNES quæstus)lucrum factũ ex immunitatibus,prouincijs,ciuitatibus & priuatis hominibus concessit. IN æs)vt rata esset. EXHAVSIT)omnibus concedens qui emere quippiã vellent. MVLIER)Fuluia. SIBI fœlicior quâm vir) quæ enim ex beneficiorum venditionibus accipiebat,etiam conseruabat, cum vir ipse effunderet ilico. QVASI lege) quia dicebatur lege Cæsaris restitutus, quæ esset in commentarijs,cum tamen nulla esset. QVAE)omnia ab Antonio acta.

Præscriptio

Illa vero dissipatio pecuniæ publicæ, ferenda nullo modo est,per quã septies milies falsis perscriptionibus, donationibúsque vertit: vt portenti simile videatur, tantam pecuniam populi Romani tam breui tempore perire potuisse. Quid illi immunes quæstus? ferendí ne? quos M. Antonii tota exhausit domus? decreta falsa vendebat,regna, ciuitates,immunitates, in æs (accepta pecunia) iubebat incidi. Hæc se ex cõmẽtariis Cæsaris, quorũ ipse author erat,agere dicebat. In interiore ædiũ parte,totius Reipublicæ nundinæ: mulier sibi fœlicior,

*immanes

quàm vir, auctionem prouinciarum regnorúmque faciebat. reſtituebantur exules, quaſi lege, ſine lege: quæ niſi authoritate Senatus reſcindantur, quoniam ingreſſi in ſpem reipublicæ recuperandæ ſumus, imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. Neque ſolum commentariis commentitiis, chirographíſque venalibus innumerabilis pecunia congeſta in illam domum eſt, cum quæ vendebat Antonius, ea ſe ex actis Cæſaris agere diceret: ſed Senatus etiam conſulta pecunia accepta falſa referebat. Syngraphæ obſignabantur, Senatuſconſulta tanquam facta ad ærarium referebantur. Huius turpitudinis teſtes erant etiam exteræ nationes. Fœdera interea facta, regna data, populi prouinciæque liberatæ, earúmque rerum falſæ tabulæ gemẽte populo Romano toto Capitolio figebantur. Quibus rebus tanta pecunia vna in domo coaceruata eſt, vt ſi hoc genus in vnum redigatur, non ſit pecunia *Reipublicæ defutura. *pop. Ro.
Is etiam legem iudiciariam tulit, homo caſtus atque integer, iudiciorum & iuris auctor, in quos fefellit. Anteſignanos & manipulares & Alaudas iudices ſe conſtituiſſe dicebat. at ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O confeſſum Iudicum præclarum, ô dignitatem conſilii admirandam. pauet animus apud conſiliũ illud pro reo dicere. Cydã Cretenſem, portentum inſulæ, hominem audaciſſimum & perditiſſimum. Sed fac ita non eſſe. num latine ſcit? num ex iudicum genere & forma? num leges noſtras moréſve nouit? num denique homines? Eſt enim vobis Creta notior, quàm

Roma Cydæ. Delectus autem & notatio Iudicum etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet.

MATVR. COMMENTITIIS) fictis. Comminiſci fingere eſt. FALSA) quæ Senatus neque vouerat. SYNGRAPHAE) Cautiones per contrahentium ſcripturam factæ. SENATVS conſulta tanquam facta) ac ſi re vera ſenatus feciſſet, in ærarium referebantur, vbi & leges & Senatus decreta in æs inciſa reponebantur. Etiam exteræ nationes quibus beneficia & priuilegia concedebantur. HOC genus) pecuniæ. LEGEM iudiciariam) de qua in prima Philippica eſt dictum. HOMO caſtus) ironice. ANTESIGNANOS) Centuriones, & qui ordines duxerant. Anteſignani vero ante ſigna collocabãtur, vt primipili, manipulares, qui præerãt duabus Centurijs hoc eſt ducẽtis quinquaginta ſex. ALAVDAS) ex illa legione Alaudarum, de qua prius eſt dictum. CONSESSVM) duo ſignificat conſeſſus, & locum & multitudinem, vt Senatus συνέδριον Græci dicunt. PAVET animus) eorum qui cauſſas orant, dicere pro reo apud illud conſiliũ, & apud Cydam Cretenſem, qui inſulæ Cretæ portentum eſt. Num ex iudicum &c.) ſcilicet ex his qui deligi iudices ſolent. LEGES) quæ ſcriptæ ſunt. MORES.) qui ſunt in conſuetudine. nam quod ait Vlpianus, Inueterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur, & hoc ius eſt quod dicitur moribus conſtitutum.

Syngraphę

Manipulares.

Conſeſſus.

BEROAL. Syngraphæ obſignabantur) Autumat Aſconius inter chirographa, & ſyngraphas hoc intereſſe, quod in chirographis tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſolent, in ſyngraphis vero etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut nõ integre numerata, pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolet. Chirohrapharium Iuriſconſulti decenter appellant debitorem, qui proprio chirographo ſe debere profitetur. O conſeſſum iudicum) in epiſtolis ad Atticum non turpior in talario ludo conſeſſus quam hic iudicum fuit. Cydam Cretenſem) pronũciatione adiuuandum. tanquam hominem nequiſſimum intelligi velit, qui Cretenſis ſit apud Græcos in prouerbio eſt τρία κάππα κάκιστα, tria cappa peſſima, propter Ciliciam, Capadociam, Cretam. Noſtri hoc referunt ad tres Cornelios. videlicet Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum: hi enim per tres literas deſignati ſunt in libris Sibyllinis, Altera quoque paroemia eſt κρητίζειν de his qui mentiuntur, & fallunt tanquam verum ſit illud Epimenidis, Κρῆτες ψεῦσται, κακὰ θηρία γαστέρες ἀργαί. id eſt Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Delectus iudicum) Seruatum ſeruatum eſt, inquit Plinius in hodiernum diem ne quis è nouis ciuibus in Decurijs iudicum iudicaret. Idem author eſt ad hoc iudicandi munus Prouinciales quoque admiſſos.

Chirographa.

Chirographarius.

Cydas.

Cappa.

Cretes.

Cornelij.

TRAP.

Cortynium vero iudicem quis nouit? aut quis nosse potuit? nam Lysiadem Athenienſem plerique nouimus. est enim Phædri philoſophi nobilis filius; homo præterea festiuus: vt ei cum M. Curio conſessore eodem & colluſore facillime poſſit conuenire. Quæro igitur, ſi Lysiades citatus iudex non reſponderit, excuſetúrque Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res iudicare, accipiét ne excuſationem is qui quæſtioni præerit? Græculi Iudicis, modo palliati,* nõ togati? an Athenienſium antiquiſſimas leges negliget? Qui porro ille conſeſſus dii boni? Cretenſis iudex, íſque nequiſſimus: quemadmodum ad hunc reus alleget? quomodo accedat? dura natio eſt. at Athenienſes miſericordes: puto ne Curium quidem esse crudelem, qui quotidie periculum fortunæ faciat. Sunt item lecti Iudices, qui fortaſſe excuſabuntur. habent enim legitimam excuſationem, exilii cauſſa ſolum vertiſſe, nec esse poſtea reſtitutos. hos ille demens Iudices legiſſet? horum nomina ad ærarium detuliſſet? his magnam partem Reipublicæ credidiſſet, ſi vllam ſpeciẽ Reipublicæ cogitauiſſet? Atque ego de notis iudicibus dixi. quos minus noſtis, nolui nominare. ſaltatores, citharistas, totũ deniq; comeſſationis Antoniana chorum in tertiam Decuriam iudicum ſcitote esse collectum. Hæc cauſſa, cur lex tam egregia, támque præclara, maxío imbri, tẽpeſtate, vẽtis, procellis, turbinibus, inter fulmina & tonitrua ferretur, vt eos iudices habere mus, quos ſocios ad epulas habere hoſpites nemo velit.

*modo tog.

TRAP. Festiuus)hilaris,lætus,iucundus. Ariopagites consilium Athenis qui de cæde iudicabant,ἀπὸ τοῦ Ἄρεως καὶ πάγος.Citatus)vocatus, nominatus.nam ciere nominare est. vnde etiam nomenclatores qui nominatim aliquem vocant in Senatu vt sententiã dicat. Quæstioni)inquisitioni. Periculum fortunæ)in alea scilicet. vnde prouerbium illud in promptu est, Iacta est alea:quo Cęsar vsus fuisse dicitur cum Rubiconem fluuium traiecisset, & in alienam Prouinciam irrupisset. Solum vertisse) Patriam commutasse. Comessationis)comessatorum εἰλαπινασῶν.

MATVR. ETIAM in nostris ciuibus) qui multi nota aliqua digni non ducuntur. CORTYNIVM)ex ciuitate Cortyna,quę illustris fuit in Creta insula.abest autem ab Africano littore stadijs nonaginta in campo sita, author Strabo. NAM Lysiadem) & hunc in iudicum numerum elegerat Antonius,corruptissimis & fœdissimis moribus, & si Phædri philosophi Epicurei insignis ea tempestate,filius erat. LYSIADEM)in hunc iocatur Cicero. FESTIVVS)iucundus lepidus. CVM M.Curio)is scurra erat aleator & impurissimus,vnus ex iudicib⁹ ab Antonio delectis. CONVENIRE)cõsentire & cõgruere:nã magna inter molles cõcordia. CITATVS iudex)vt in concessum veniat iudicum per viatorem vocatus. AREOPAGITES esse)idcirco adesse non debere,nec cogi posse quòd Areopagites,hoc est Athenienſis iudex sit. Areopagus locus fuit Iudicij Athenis, in quo primum capitis iudicium actum est,quod ait Plinius,& vbi de cęde iudicabatur,& quoniam in eminenti loco situs erat, πάγος composito nomine cum Ἄρης qui Mars est pugnæ & cædis deus appellabatur.Aeschylias idcirco hoc loco nomen dixit esse,quòd ad eum vsque locum Amazones duxere exercitum,quæ Martis fuere:vel quoniam illic sedentib⁹ dijs â Neptuno accusatus est Mars,quòd Allirothoum eius filium occidisset, quòd ille fecit cõpressa per vim ab eo Alcipe filia sua & Agraules Cecropis filiæ,qua de re extant declamationes apud Græcos. IS qui quæstioni præerit) Antonius qui indagandæ rei præpositus,& excusationi munus reijcientium.

Cortyna.

Allirotoũ.

Palliati.

MODO palliati)palio vestiti,quo habitu Gręci vtũt.vnde palliata eloquẽtia, & fabula palliata,hoc est græca dicit. Toga enim Romanorũ vestis fuit. Et Verg.ait,Romanos rerũ dominos gẽtémq; togatã. AN Athenienſium antiquissimas leges negligat) quibus cauebatur vt qui Areopagites esset, alijs iudicijs adesse iudicaturus non posset.tanti enim faciebant in Areopago iudicare, vt turpe duceret,si quis alibi iudicaret,qui iudex in eo iudicio fuisset. CRETENSIS iudex)Cydas. ALLEGET)ius suũ explicet. Papinius,Allegéntque suos vterque à sanguine diuos. ACCEDATVR)Cydas. DVRA)difficilis,inexorabilis. NATIO)Cretenſis. PERICVLVM fortunæ)qui fortunæ varietatem experiuntur quotidie, hi solent esse humaniores: sed iocatur & periculum significat pecuniarum & bonorum-

Athenien-tium laus.

quod in alea Curio faciebat. SOLVM vertisse) locum mutasse, & in exilium quod soluendo non esset,abijsse. ILLE demens) Antonius. HORVM nomina) iudicum enim nomina in æs incidebantur & in ærarium deferebantur. Saltatores)tripudiãtes.salto enim tripudio est,& saltatio tripudium COMESSATIONIS) lasciuior conuictus & amatorius.comessatio dicitur à vicis,quos Græcis κώμας vocãt,in his enim habitauerunt prius quàm oppida conderentur,quibus in locis alij alios conuictus gratia inuitabant. Noïa iudicũ in æs incidi.

BEROAL. Modo palliati,modo togati)sat notum palliũ ita Grẹcorũ esse sicut togam Romanorum,vnde palliatæ fabulæ,& togatæ dictæ. Clodius Imperator, peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatũm ne an palliatum dicere caussam oporteret, quasi æquitatem integram ostentans,mutare habitum sæpius & prout accusaretur defenderetúrq; iussit. Athenienſium leges.)In oratione pro Flacco, Adsunt Athenienses vnde humanitas,doctrina,religio,fruges,iura,leges ortæ,atq; in omnes terras distributæ putantur.Apuleius Athenienses bono epitheto legiferos & catos appellat. Periculum fortunæ.)Alludit ad aleatorem qui in alea singulis momentis periculum fortunæ subit. Tradunt authores, Curium aleatorem fuisse notissimum in quem est hendecasylabus Calui, Elegans & talis Curius pereruditus. Solum vertisse.) Solum vertere est exilij caussa sedem locũmque mutare,vt eleganter docet M. Tulli⁹ in oratione pro Cecinna.cuius verba sunt hẹc,Exilium non supplicium est,sed profugium portũsque supplicij.nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem eo solum vertunt,hoc est sedem ac locum mutant. Liui⁹, Collegæ eorum exilij caussa solum verterunt,bona publicata sunt. Apud Satyrographũ peruagatissimum est carmẽ,Qui vertere solum Baias,& ostia currũt. Inter fulmina & tonitrua.)Sæpe diximus,quemadmodum fulminante,aut tonante Ioue,nephas erat agere cum populo: & ex disciplina Augurum vitiũ fieri dicebatur,si tantum tonuisset.vitium vero & calamitas,si & tonitrua & grando & fulmina simul interuenissent. Solum vertere. Ioue tonãte. Vitiũ & calamitas.

Scelerum magnitudo,conscientia maleficiorum: direptio eius pecuniæ, cuius ratio in æde Opis confecta est,hanc tertiam decuriam excogitauit. nec antè turpes iudices quæsiti,quàm honestis * iudiciis nocentiũ salus desperata est. Sed illud os,illam impuritatem cœni fecissent,vt hos Iudices legere auderet, quorum lectione *iudicib⁹.

duplex imprimeretur Reipublicæ dedecus. vnũ, quòd *turpes iudices essent: alterum, quòd patefactum cogni túmque esset, quàm multos in ciuitate turpes haberemus. Hanc ego & reliquas eiusmodi leges, etiam si sine vi, saluis auspiciis essent rogatæ, censerem tamen abrogandas. nunc vero cur non abrogandas censeam, quas iudico non rogatas? An illa non grauissimis ignominiis, monimentísque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? quòd vnus M. Antonius in hac vrbe post conditam Vrbem palam secum habuit armatos? quod neque Reges fecerunt, neque ii, qui Regibus exactis regnũ occupare voluerunt. Cinnã memini, vidi Sillã, modo Cæsarem. hi enim tres post ciuitatem à *Iu. Bruto liberatã, plus potuerũt, q̃ vniuersa Resp. Nõ possum affirmare nullis telis eos stipatos fuisse. hoc dico, nec ita multis & occultis. At hanc pestem agmen armatorũ sequebatur. Classitius, Mustella, Tyro, gladios ostẽtantes, sui similes greges ducebant per forũ: certum agminis locum tenebant barbari sagittarii. Cum autẽ erat ventũ ad ædẽ Cõcordiæ, gradus cõplebãtur, lecticæ collocabantur: nõ quòd ille scuta vellet occulta esse, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrẽt, laborarẽt. Illud vero teterrimum auditu, nõ modo aspectu, in cella Cõcordiæ collocari armatos, latrones, sicarios: è templo carcerem fieri: *opertis valuis Concordiæ, cum inter subsellia Senatus versarentur latrones, Patres Conscriptos sententias dicere. Hunc etiam nisi venirem Cal. Septemb. fabros se missurum, & domum meam disturbaturum

*tam

*L.

*apertis

esse dixit. Magna res credo agebatur: de supplicatione referebatur. Veni postridie, ipse nō venit. Locutus sum de Rep. minus equidem libere, quàm mea cōsuetudo: liberius tamen, quàm pericula minæq; postulabant. At ille *non vehemens & violentus, qui hāc consuetudinē libere dicendi excluderet, (fecerat enim hoc idem maxima cum laude L. Piso triginta diebus ante me) inimicitias mihi denunciauit. adesse in Senatu iussit ad. xiii. Calend. Octobris. ipse interea decem & septem dies (vt digestio potius quàm declamatio videretur) de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens. hæc enim ei caussa esse solet declamandi. Cum is dies, quo me adesse iusserat, venisset: tum vero agmine quadrato in ædem Concordiæ venit, atque in me absentem orationem ore impurissimo euomuit. Quo die, si per amicos mihi cupiēti in Senatum venire licuisset, cædis initium fecisset à me: sic enim statuerat. Cum autē semel gladium scelere imbuisset, nulla res*& finem*cædēdi, nisi defatigatio & satietas attulisset.

* homo vehemens

* ei finem
*cædundi

MATVRANTIVS. IN tertiam decu.) quam ex Cēturionibus voluit, delegi. SCELERVM magnitudo) hæ caussæ Antonio fuere Decuriā illā eligēdi, vt eius beneficio tutus esset: & si forte scelerum suorum accusaretur, iudicium elaberetur. NEC ante) Tunc demum turpes quęsiuit iudices Antonius, cum animaduertit per honestos iudices obtineri non posse, vt nocentes & scelerati salui essent. nam boni viri qui prius iudicabant, minime Antonio de improbis morem gerebant: quos libere & audacter condemnabāt. SED illud os) illud, id est impudentissimum. COENI fecissent) honesta iudicia pro vilissimo & sordidissimo habuissent. Notāda locutio: facio te cœni, vt si dicas, facio te stercoris. Cœnum autem lutum est. VT auderet) ab honestis spretus iudicijs. IMPRIMERETVR) veluti cauterio equo nota.

Cœni facere.

inuritur. CINNAM & Syllam) quorum vterq; Dictator & insigni crudelitate. HANC pestem) Antonii. CLASSITIVS, Mustella, Tyro) Antonij assecl æ, scelerati & impuri, ac veluti duces agminis nefariorum quos armatos habebat Antonius. BARBARI sagittarij) Ithyrei. AD ædem Concordiæ) vbi Senatus habebatur. LECTICAE collocabantur) in quibus reposita erant arma. SVBSELLIA) vt subsipit inquit Varro, dicitur quod non plane sapit: sic quod nõ plane erat sella subsellium. Tribunorum, Triũuirorum, Quæstorum, & minora iudicia exercẽtium Subsellia dicit esse Asconius: qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus sedebant. HVC etiam nisi venirem) hoc in prima Philippica. FECERAT enim hoc idẽ) hæc enim sunt prius dicta. AGMINE quadrato) veluti ilico pugnaturus.

Subsipere. Subselliũ.

A ME) quia me occidisset.

TRAP. Si per amicos licuisset) id est si amici permisissent.

ASCEN. Illa verba, vt digestio potius quàm declamatio videretur. nõ sunt in Victorino: nec videntur necessaria, cum intelligãtur in eo quod subditur, sitim quærens scilicet per digestionem potus antea hausti. Non sunt ea verba, atque in me absentem orationem ore impurissimo euomuit, at vbi est cædendi, habet cædundi.

Etenim aderat L. Frater gladiator Asiaticus, qui Myrmillo Mylasis depugnarat: sanguinem nostrũ sitiebat: suum in illa gladiatoria pugna multũ profuderat. Hic pecunias *vestras æstimabat: possessiones notabat & vrbanas & rusticas. huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas *vestras imminebat: diuidebat agros quibus & quos volebat: nullus aditus erat priuato, nulla æquitatis deprecatio: tãtum quisque habebat possessor, quãtum reliquerat diuisor Antonius. Quæ quanquã, si leges irritas feceritis, rata esse non possunt: tamen separatim suo nomine notanda esse censeo, iudicandũq; nullos Septemuiros fuisse, nihil placere ratum esse, quod egissent, aut quod ab his actum diceretur. M. vero Antonium, quis est qui ciuem possit iudicare potius, quàm

*nostras

*nostras



teterrimum & crudeliſſimum hoſtem? qui pro æde Caſtoris ſedens, audiente populo Rom. dixerit, Niſi victorem victurum neminem? Num putatis P.C. dixiſſe eũ minacius, quàm facturũ fuiſſe? Quid vero, quod in concione dicere auſus eſt, ſe cum magiſtratu abiſſet, ad vrbem *venturum cum exercitu, introiturum quotieſcũq; vellet? quid erat aliud, niſi denunciare populo Rom. ſeruitutem? Quod autem eius iter Brunduſium? quæ feſtinatio? quæ ſpes? niſi vt ad Vrbem vel in Vrbem potius exercitum maximum adduceret? Qui autem delectus Centurionum? quæ effrenatio impotentis animi? quum eius promiſſis legiones fortiſſimæ reclamaſſent, domum ad ſe venire iuſſit Centuriones, quos bene de Repub. ſentire cognouerat, eóſque ante pedes ſuos, vxoriſq; ſuæ, quàm ſecum grauis Imperator ad exercitũ duxerat, iugulari coegit? Quo animo hunc cenſetis futurũ in nos, quos oderat? cum in eos, quos nũquam viderat, tam crudelis fuiſſet? & quàm auidum in pecuniis locupletum, qui pauperum ſanguinem cõcupiſſet? quorum ipſorum bona, *quãtulacunq; erant, ſtatim ſuis comitibus, compotoribũſque deſcripſit. Atque ille furens infeſta iam patriæ ſigna Brunduſio inferebat, cũ Cæſar deorum immortalium beneficio, diuini animi, ingenii, cõſilii magnitudine, cum ſua ſponte eximiáque virtute, tũ approbatione authoritatis meæ, colonias patris adiit, veteranos milites conuocauit, paucis diebus exercitum fecit: incitatos latronis impetus retardauit. Poſtea vero q̃ legio Martia ducem præſtantiſſimum vidit, nihil egit.

*futurum

*quãtũcũque

aliud,nisi vt aliquando liberi essemus: quam est imitata Quarta legio. Quo ille nũcio audito, cum Senatum vocasset,adhibuissetq; Consularem, qui sua sentẽtia C. Cæsarem hostem iudicaret,repente concidit. pòst autẽ neq; sacrificiis solennibus factis, neque votis nuncupatis,non profectus est,sed profugit paludatus.

Mylasa.

MATVRANTIVS. MYRMILLO in lasis)satis ausim affirmare corruptum esse locum,& Myrmillo Mylasis legendum: Mylasa genere neutro numero multitudinis, Asiæ ciuitas in Ionia in campo iacens admodum fertili,cui supra verticem mons imminet, in quo albus lapis effoditur. Mylasis Myrmillo L.Antonius,hoc est tanquam Myrmillo pugnauit. IN illa gladiatoria pugna)pugnata Mylasis. HIC)L.Anto.æstimabat, quantum pendere tributi deberẽt.nam æstimare est ære obligare vel punire:vnde æstimata pœna ab antiquis est dicta. POSSESSIONES) vsum agri aut fundi, non etiam dominium. HVIVS mendicitatis) nam & mendicus erat,hoc est tenuissimus, & auidus natura alieni ac appetentissimus. Mendicum dici Verrius putat â mente quam fefellerit fortuna: vel quôd precetur quẽque vt vitæ suæ medeatur cibo,vt Festus tradit.Varro inquit â minus dici: cui cum opus est minus est. PRIVATO homini)à quo adiri se non sinebat. DIVISOR Anto.)L.â fratre Marco prȩfectus. NISI victorem)nefaria vox. MAGISTRATV)Consulatu. ITER Brundusium)ad accipiendas legiones quæ ex Macedonia redierant. CENTVRIONVM) quos necaret. IMPOTENTES) insolentes. QVORVM ipsorũ Centurionũ) quos iussit occidi. CAESAR) Octauius. PATRVI)Iulij. CONSVLAREM) L.Pisonem arbitror,vel Q.F.Calenum. NEQVE sacrificijs)vt profecturi in bellum vel in prouinciam solent.

Aestimare.

Possessio.

Mendicus.

Nuncupata vota.

BEROALDVS. Neque votis nuncupatis) vota nuncupata dicuntur, quæ Consules Prætoréque, cum in prouinciam proficiscuntur,faciunt ea in tabulis præsentibus multis referuntur:nuncupata autem non tam nominata significare authores tradunt quàm promissa,& quasi testificata sicut & pecunia nuncupata apud veteres dicebatur.Plinius in panegyrico, Nuncupare vota pro æternitate imperij, & pro salute ciuium solebamus. Augustus vota Tyberiũ nũcupare iussit, negans se susceturũ quæ nõ esset soluturus. ASCEN. Est etiam aperte scriptum Qui interuallo Mylasis depugnarat. Nisi victorem)id dicere incepit Philip.iij. sed ad epilogum conuersus non perfecit dicens,Hodierno &c.Est in Victo.ad vrbem futurum,vbi alijs est venturum.Item,ad Vrbem vel in Vrbem potius.

At quo

At quo? in prouinciam firmissimorũ & fortissimorum ciuium: qui illum, ne si ita quidem venisset, vt nullum bellum inferret, ferre potuissent, impotentem, iracundum, contumelioſum, ſuperbum, ſemper poſcentẽ, ſemper rapientem, ſemper ebrium. At ille, cuius ne pacatam quidem nequitiam quiſquam ferre poſſet, bellũ intulit prouinciæ Galliæ: circũſedit Mutinam firmiſſimam & ſplendidiſſimam populi Rom. Coloniam: oppugnat D. Brutum Imperatorem, Cõſulem deſignatũ, ciuẽ non ſibi, ſed nobis & Reip. natũ. Ergo Annibal hoſtis? ciuis Antonius? Quid ille fecit hoſtialiter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet? Totum iter Antonii quid habuit, niſi depopulationes? vaſtationes? cædes? rapinas? quæ nõ faciebat Annibal, quia multa ad vſum reſeruabat. Hæc ii, qui in horam *viuerẽt: non modo de fortunis & de bonis ciuiũ, ſed ne quidẽ de vtilitate ſua cogitauerunt. Ad hunc, dii boni, Legatos mitti placet? norũt iſti homines formam Reip. iura belli, exempla maiorũ? cogitant quid populi Rom. maieſtas, quid Senatus ſeueritas poſtulet? Legatos decernitis: ſi vt deprecẽtur, contẽnet: ſi vt impetretis, nõ audiet. Deniq; q̃uis ſeuera Legatis mãdata dederimus, nomen ipſum Legatorum, hunc quem vidimus, reſtinguet ardorem municipiorũ, atq; Italiæ franget animos. vt omittam hæc, quæ magna ſunt: certe iſta Legatio moram & tarditatem afferet bello. Quamuis dicant, & quoſdam audio dicturos, Legati proficiſcantur: bellum nihilominus paretur: tamen Legatorum nomen ipſum

* viuunt

* impetretis

& animos molliet,& belli celeritatem morabitur. Minimis momentis P.C. maxime inclinationes temporũ fiunt:cum in omni casu Reip.tum in bello & maxime ciuili,quòd opinione plerũq; & fama gubernatur. Nemo quæret quibuscũ mandatis Legatos miserimus:nomen ipsum Legationis vltro missæ timoris esse signum videbitur. Recedat à Mutina, desinat oppugnare Brutum,decedat ex Gallia:non est verbis rogandus,cogendus est armis.non enim ad Annibalem mittimus, vt à Sagunto recedat,ad quem miserat olim Senatus P.Valerium,Au.Flaccum,& Q. * Fabium Pamphilum: qui si Annibal non pareret,Carthaginem ire iussi sunt.nostros Legatos quo iubebimus ire,si non paruerit Antonius,*ne Imperatorem,coloniámque populi Rom.oppugnet?Ita ne vero?*hæc per Legatos rogandus est?

*Bebium

*ad nostrũ ciuem mittimus

*hoc

MATVRANTIVS. IMPOTENTEM)superbum. II)Antonius & eius assecłæ. IN horã)sicut in diẽ dicimus viuere,hoc est præsentis diei habere rationem,de crastino nihil cogitare:sic in horam. DII boni)Interpositio,qua vtimur & cum dolemus,& cum deridemus,aut gaudemus. ISTI homines)similes Antonij,ac si dicat minime. CONTEMNET)eorũ more qui deteriores fiunt rogati. ARDOREM municipiorum)in Antonium suscitatum. QVAMVIS dicant)L.Piso,& Saluius Trib.pl. MINIMIS momentis)Nocuit semper differre paratis. OPINIONE) non rectitudine.Tempore ciuilis belli Pompeiani,multi, non quòd ita facere conueniret, Cæsarem sequebantur,quem audere, Pompeium deserebant, quem timere animaduertebant. NON enim ad Annibalem mittemus)hostem & externum ducem,sed ad Antonium ciuem. Saguntus Celtiberiæ ciuitas est à Zacynthijs condita,quæ ad Iberi exitum pergenti occurrit.hanc Annibal contra populi Ro.fœdera diruens,belli Punici secundi suscitauit incendia. Conuenerat enim fœdere primo Punico bello icto vt Saguntus libera esset. hos Legatos Romanorũ auditos esse ab Annibale, vanaq; ab eo retulisse responsa Polybius refert.Liuius nec auditos,nec in castra admissos scribit: ambo in eo conueniunt,Carthaginem profectos vt Senatus mandauerat, ad ducem.

Saguntus.

ipſum pro violato fœdere depoſcendũ. Sed expoſitis mandatis ſic aduerſam habuiſſe Barchinã factionẽ, vt neglecti deſpectiq; re ĩfecta Romã redierint.

BEROALDVS. Semper ebrium) Operæprecium eſt ſubſcribere hoc potiſſimum in loco luculentam illam M. Cęlij in M. Antonium deſcriptionẽ, qua ebrius ſtertens, libidinoſus graphice deſcribitur, quæ velut in rem præſentem perducere audientes videtur, qua nihil vehementius exprobrari, neq; manifeſtius oſtendi poteſt. Verba Cælij hæc ſunt, Namq; ipſum offenderũt temulento ſopore profligatum, totis præcordijs ſtertentẽ, ructuoſos ſpiritus geminare, præclaraſq; contubernales ab omnibus ſpondis tranſuerſas incubare, & reliquas circũiacere paſſim. quæ tamen exanimatæ terrore hoſtium aduentu percepto excitare Antonium conabantur: nomen inclamabant fruſtra, ceruicibus tollebant blandius, alia ad aurem inuocabat vehemẽtius, etiã nonnulla feriebat: quarum omnium cum voce tactuq; oſcitaret, proximæ cuiuſq; collũ amplexu petebat. neq; dormire excitatus, neq; vigilare ebrius poterat: ſed ſemiſomno ſopore inter manus Cẽturionum concubinarũq; iactabatur. Antonius ebrius.

Valerium Flaccum) Liuius lib. hiſtor. xxi. Legati eo maturius miſſi Publius Valerius Flaccus, Quintus Fabius Pamphilus Saguntum ad Annibalem, atq; inde Carthaginem ſi non abſiſteretur, bello ad ducem ipſum in pœnam fœderis rupti depoſcendũ. De his Legatis ad Annibalẽ miſſis ſcribit & Silius in. ij. Punic. Triſtia magnanimi portabat iuſſa Senatus, Primoreſq; patrũ Fabius tirinthia proles, Huic comes æquato ſociauit munere curas Publica. Coloniã) Mutinam intelligit: quæ Colonia Romanorũ deducta eſt.

Quid intereſt per deos immortales, vtrum hanc Vrbem oppugnet, an huius Vrbis propugnaculum, coloniamq; Pop. Rom. præſidii cauſſa collocatam? Belli Punici ſecundi, quod cõtra maiores noſtros Annibal geſſit, cauſſa fuit Sagunti oppugnatio. recte ad eum Legati miſſi, mittebantur ad Pœnum, mittebantur* ad Annibalem hoſtes, pro ſociis noſtris. Quid ſimile tandẽ? nos ad ciuem mittemus, ne Imperatorem Pop. Ro. ne exercitum, ne coloniam circũſedeat, ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne ſit hoſtis? Age, ſi paruerit, hoc ciue vti aut volumus, aut poſſumus? Ante diem. xiiii. Cal. Ian. decretis veſtris cum eum concidiſtis, cõſtituiſtis vt hæc

*pro' Annibale hoſtibus noſtris & ſocijs

ad vos Calend. Ian. referrẽtur, quæ referri videtis. de honoribus & præmiis bene de Repub. meritorũ & merentium, quorum principem iudicauistis eum, qui fuit, C. Cæsarem, qui M. Antonii impetus nefarios ab Vrbe in Galliam vertit: deinde milites veteranos, qui primi Cæsarem secuti sunt: tum illas cælestes, diuinásque legiones, Martiam & Quartam: quibus, cum Consulem suum nõ modo reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores & præmia spopondistis. eodémque die D. Bruti præstantissimi ciuis edicto allato atque proposito, factum eius collaudauistis: quódque ille bellũ priuato cõsilio susceperat, id vos authoritate publica comprobauistis. Quid igitur illo die aliud egistis, nisi vt re hostem iudicaretis Antonium? his vestris decretis aut ille vos æquo animo aspicere poterit? aut vos illum sine dolore summo videbitis? Excluſit illum à Republica, distraxit, segregauit, non solum scelus illius, sed etiam (vt mihi videtur) fortuna quædam Reipublicæ. Qui si Legatis paruerit, Romámque redierit, nunquando perditis ciuibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis? Sed hæc minus vereor. sunt alia, ob quæ magis nũquam parebit ille Legatis. Noui hominis insaniam, arrogantiam. noui perdita consilia amicorum, quibus ille est deditus. Lucius quidé frater eius, vtpote qui peregre depugnarit, familiam ducit. si per se ipse sanus (quod nunquam erit) per hos esse tamen ei non licebit.

differetur * Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent. vnde est adhuc bellum, nisi ex rei tardatione & mora?

Vt primum post discessum latronis, vel potius desperatam fugam, libere senatus haberi potuit, semper flagitaui, vt conuocaremur. Quo die primum conuocati sumus, cum designati Consules non adessent, ieci sententia mea maximo vestro consensu fundamenta Reipublicæ serius omnino, quàm decuit: nec enim antè potui. sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum profecto nullum haberemus. Omne malum nascens facile opprimitur, inueteratum, fit plerunque robustius. Sed tum expectabantur Calen. Ianuariæ, fortasse nõ recte. Verum præterita omittamus. etiám ne hanc moram afferamus, dum proficiscantur Legati. dum reuertantur: quorum expectatio dubitationem belli afferet: bello autem dubio, quod potest studium esse delectus?

MATVR. PRO Annibale) deposcendo. AVT volumus aut possumus) quasi dicat minime aut velle debemus aut posse, cum ea cõtra eum decreuerimus, quę decreuimus. AD Vrbem) Brundusio enim Vrbem oppugnatum veniebat, nisi Octauius terruisset. EDICTO allato) de voluntate ipsius. VEXILLVM) quod tollet Anto. quoties noui aliquid moliri ciues voluerint. PEREGRE) in Asia Mylasis. FAMILIAM) gladiatores. IPSE per se sanus) esto per se sapiat Antonius, per Lucium & alios sanus nunquam erit. Teretur) inaniter consumetur. VNDE est adhuc) nam si lenti & pigri in decernendo quod prius est dictum, non fuissent, bellũ nõ esset. tarditate Senat⁹ abusus erat Ant. OMNE malũ nascẽs) Ouid. Principijs obsta, sero medicina paratur, Cũ mala per lõgas cõualuere moras.

BEROAL. Concidistis) lacerastis, proscidistis: & re quasi ipsa hostem iudicastis Antonium. Omne malum nascens) Ecclesiastica sententia est, allidẽdos esse paruulos ad petram: quod symbolicos significat, Vitia dum nascuntur, esse elidenda. quæ si inueterata fuerint, adeò roborantur, adeò validum capiunt incrementum, vt reuelli profligarique deinceps non queant. Paruuli allidẽdi ad petram.

Præterita omittamus) apud Liuium, inquit Annibal, Præterita magis reprehendi possunt quàm corrigi.

Possessio. TRAP. Possessio est vsus quidam agri aut ædificij, non ipse fundus aut ager, Locuples à multitudine locorum. Ad pœnum) ad Africanum. Penus autem sine diphthongo est quicquid in annum reponitur.

Quamobrem. P.C. Legatorum mentionem nullam censeo faciẽdam: rem administrandam arbitror, sine vlla mora, & confestim gerendam censeo: tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi, sublatis vacationibus in Vrbe & in Italia, præter Galliam totam. Quæsierunt facta, opinio ipsa & fama vestræ seueritatis obruet scelerati gladiatoris amentiam. sentiet sibi bellum cum Republica esse susceptum. experietur consentientis Senatus neruos atq; vires. nam nunc quidem partium contẽtionem esse dictitat. quarum partium? alteri victi sunt, alteri sunt* in mediis C. Cæsaris partibus. nisi forte Cæsaris partes à Pansa & Hirtio Consulibus, & à filio C. Cæsaris oppugnari putamus. Hoc vero bellum non est ex dissentione partium, sed ex nefaria spe perditissimorum ciuiũ excitatũ. quibus bona, fortunæq; nostræ notæ sunt, & iam ad cuiusque opinionẽ distributæ. Legi epistolam Antonii, quam ad quendam* P. Septimium capitalem hominem Collegam suum miserat. Quid concupiscas tu videris: quod concupiueris certe habebis. Hem ad quem Legatos mittamus? cui bellum moremur inferre? qui ne sorti quidem fortunas nostras destituit, sed libidini cuiusque nos ita addixit, vt ne sibi quidem quicquam integrum, quod non alicui promissum iam sit, reliquerit? cum hoc P.C.* bello inquam certandum est, id que confestim. legatorum tarditas repudianda est.

*e

*Septẽuirũ cap.

*bello

Quapropter ne multa nobis quotidie decernenda sint, Consulibus totam Rempublicam committendam cẽseo: iisque permittendum: vt Rempublicam defendãt, prouideántque ne quid Respublica detrimenti accipiat: censeóque vt iis qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Calendas Feb. ab eo discesserint. Hæc si* censebitis P.C. breui tempore libertatem populi Romani authoritatémque vestram recuperabitis. si autem lenius agetis, tamen eadem, sed fortasse serius decernetis. De Republica*quod retulistis, satis decreuisse videor. Altera res est de honoribus. de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententiis rogandis seruari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur Consule designato more maiorum capiamus exordium: cuius, vt superiora omittam, quæ sunt maxima illa quidẽ, sed adhuc hominum magis iudiciis, quàm publice laudata: quibusnam verbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus? neque enim vllam mercedem tanta virtus, præter hanc laudis gloriæq; desiderat: qua etiam si careat, tamen sit seipsa contenta. quanquam in memoria gratorum ciuium, tanquã in luce posita lætetur.

*cẽsueritis.

*quoad.

MATVRANTIVS. TVMVLTVM) bellum propinquum ac periculosum declarari esse. sic enim appellabant vicina bella & Italica, vt Gallicũ. IVSTITIVM) quod in magnis periculis, & timore Reipublicæ indici solebat, hoc est iuris dicendi intermissio, vt apud Liuium sæpissime legimus. & iustitium quidem dictum, quoniam ius stat. SAGA) vestimenta militaria: vnde Sagatus. Cicero in epistolis. Sagati in forum descendimus. SVBLATIS vacationibus) vt nulla sit cuipiã vacatio & excusatio à bellis. PRAE-

Iustitium.

Saga.

Vacatio.

TER Galliam totam) comatam & Cisalpinam. CONTENTIONEM) non contra se dicebat bellum parari, sed partium esse contentionem, hoc est dissentionem. sed earum partium quas Antonius dicit, alteri victi sunt, hoc est Pompeiani: alteri in partibus Cæsaris sunt: nisi fortasse quispiam sibi persuadet Cæsaris partes dictatoris à Consulibus Hirtio & Pansa, qui Cæsariani fuere, & C. Octauio Cæsaris filio oppugnari, quod credibile non est: ergo non contentio partium est: sed ipse oppugnatur Antonius. AD opinionem) pro voluntate & desiderio cuiusque. SEPTEMVIRVM) aut ab ipso diuidundis agris cum L. fratre præfectum: aut septemuirum epulonem

Septẽuirũ.

Capitale.

significat. CAPITALEM hominem) flagitiosum, & cuius caput peti debeat ad pœnam. Cicero, Capitalis Eteocles, vel potius Euripides. Et vitium ac peccatum capitale dicitur, propter quod committentis caput peti ad supplicium debet. Aliter capitalẽ odium, capitalem morbum dicimus, quod alterius caput petunt. Alij septimium legunt. QVID concupiscas, tu videris) Verba Antonij, tu cogita & elige quid velis, nullam patiere repulsam. NE sorti quidem) antè bona vestra promisit quàm sors & fortuna diuideret, & fierent victoris occupantis. NE quid Respublica) Hoc vti versiculo Reipublicæ periculosis temporibus solebant, quod ait sæpe Liui⁹. FRAVDI) damno & periculo. Etiam veteri in iure lectum est. Erit ea res faudi. Cicero in epistola ad Lentulum, Maiori illis fraudi quàm tibi futurum. SED qui ordo in sentẽtijs rogãdis) Aul. Gellius libro quarto capite decimo. Quid obseruatum sit de ordine rogandarum sententiarum, antelegem de Senatu habendo, quæ postea fuit lata, scribit. Primi tamen fere Consules designati rogari solebant. Sallustius in Catilina, Tum Syllanus sententiam rogatus, quòd eo tẽpore Cõsul designatus erat. SEIPSA) nã vera virtus sua ipsius conscientia contenta est, etiã si à nullo laudetur: quod ait alio loco Cicero.

Rogãdarũ sententiarũ ordo.

Saga.

BEROAL. Saga sumi) saga vestimenta sunt militaria, quę in procinctu bellico sumuntur. Consulares togati esse solebant honoris caussa, cum ciuitas erat in sagis vt infra dicetur, Vos saga parate. Item, Saga cras sumentur. Sagaria dicitur negociatio sagorum: cuius meminerunt iurisconsulti. & à nobis copiosè facta est mentio in primo commẽtario Apuleiano. Sagariam intelligi voluit Satyrographus illo versu, An saga vendenti nubat caupone relicto. M. Varro Sagam docet vocabulum esse peregrinum. Sublatis vacat) vt in octaua Philippica scriptum est. Vacationes militiæ non valent in tumultu. In calce quoque huius orationis dicit, vacationem militiæ esse extra tumultum Gallicum Italicúmque.

Sagum.

TRAP. Hoc sagum prima correpta vestis militaris: hæc saga prima producta, est mulier perita sacrorum & vir sapiens. nam sagire est acute & perspicaciter sentire.

ASCEN. Quia adiecit Collegam suum, legam Septímium: non enim erat Antonius in Septemuirũ collegio, sed Augurum, in quo & Septimi⁹ est

Laus

Laus igitur iudicii teſtimoniíq; veſtri tribuẽda Bruto eſt. Quãobrẽ his verbis P.C. Senatuſconſultũ faciẽdum cẽſeo. Cum D. Brutus Imper. Conſul deſignatus, prouinciam Galliã in Senatus, populíq;. Rom. poteſtate teneat: cúmque exercitum tantum, tam breui tempore ſummo ſtudio municipiorum, coloniarúmque prouinciæ Galliæ optime de Republica meritæ, mentitíſque conſcripſerit, compararit: id eum recte & ordine, éxque Republica feciſſe: ídque D. Bruti præſtantiſſimum meritum in Rempublicam Senatui, po. Rom. gratum eſſe & fore. Itaque Senatum, populumq; Rom. exiſtimare D. Bruti Imper. Conſ. deſig. opera, conſilio, virtute, incredibilíque ſtudio & conſenſu prouinciæ Galliæ, Reipublicæ difficillimo tempore eſſe ſubuẽtum. Huic tãto merito Bruti P.C. tãtóque in Rẽp. beneficio quis eſt tãtus honos, qui nõ debeatur? nã ſi M. Antonio. *paruiſſet Gallia, ſi oppreſſis municipiis, & coloniis paratis, in illã vltimam Galliam penetrare potuiſſet, quãtus Reipublicæ terror impenderet? dubitaret credo homo amentiſſimus atque omnibus conſiliis præceps & deuius, non ſolum cum exercitu ſuo, ſed etiam cum omni immanitate, barbarie, bellum inferre nobis, vt eius furorem ne alpium quidẽ muro cohibere *poſſimus. Hæc igitur habenda gratia eſt D. Bruto, qui illum nondum interpoſita authoritate veſtra, ſuo cõſilio atquæ iudicio, non vt Conſ. recepit, ſed vt hoſtem arcuit: Galliam, ſeq; obſideri, quàm hanc vrbem maluit. Habeat ergo huius tanti facti, támque præclari decreto veſtro teſtimonium

*patuiſſet

*poſſemus

sempiternum. Galliáque, quæ semper præsidet atq; præsedit huic imperio, libertatíque communi, merito veréque laudetur, quòd se, suásque vires non tradidit, sed opposuit. Atque etiam M. Lepido pro eius egregiis in Rempublicā meritis decernendos honores quàm amplissimos censeo. Semper ille populum Romanū liberū esse voluit, maximúmque signum illo die dedit voluntatis, & iudicii sui, cum Anto. diadema Cæsari impotéte, se auertit: gemitúque & mœstitia declarauit quātum haberet odium seruitutis: quàm pop. Ro. liberum cupe-
*qui ret: *quàm illa quæ tulerat, temporum magis necessitate, quàm iudicio tulisset. Quanta vero is moderatione vsus sit, in illo tempore ciuitatis quod post mortē Cæsaris consecutum est, quis nostrū obliuisci potest? Magna hæc, sed ad maiora properat oratio. Quid, enim ô dii immortales, admirabilius omnnibus gentibus, quid optatius populo Romano accidere potuit, quàm cum bellum ciuile maximum esset, cuius belli exitum
etiam id. omnes timeremus, sapientia eius id potius extingui, quàm armis & ferro rem in discrimē adducere? Quod si eadem ratio Cæsar fuisset in illo tetro miseróque bello, vt omittam patrem, duos Cn. Pōpeii summi & singularis viri filios incolumes haberemus. quibus certe pietas fraudi esse non debet. Vtinam omnes M. Lepidus seruare potuisset: facturum fuisse declarauit in eo quod potuit, cum Sextum Pompeium restituit ciuitati, maximum ornamentum Reipublicæ clarissimum monimentum clementiæ suæ. Grauis illa fortuna pop. Ro.

graue fatum. Pompeio enim patre (quod imperii pop. Rom. lumen fuit) extincto, interfectus est patris simillimus filius.

MATVRANTIVS. MVRO) quæ sunt veluti murus, & in portento habuere maiores Alpes ab Annibale prius, deinde à Cimbris esse superatas, quod Plinius scribit. PRAESIDET) ad opem ferendam & defensionem præest: nam id significat præsidere. vnde præses auxliator & defensor. ANTONIO Diadema Cæsari imponente) Lupercalibus, quod dictum est prius. ILLA) sub Cæsare seruitutem. MODERATIONE) cum in partibus Cæsaris & magister equitum illius esset, exercitúmque haberet, plebe quidem vociferante, & vt Cæsaris necem vlcisceretur obstante, faciendum esse dissuasit: quod Appianus scribit. PIETAS) quod cum patre senserunt, & contra Cęsarem paterna pietate ducti arma sumpserunt. FRAVDI) damno. SEX. Pompeium) is ab omnibus fere diligebatur. Lepidus suasit acciri ex Iberia, vbi contra Cæsaris prætores bellum gerebat, eique pro paternis bonis in publicum redactis vicies & quinquagies decem milia drachmas atticas repẽdi: maris quoque imperium dari quemadmodum parens eius olim habuisset, vt ingruentib⁹ casib⁹ Romanorũ classe vbicũq; ea esset, vti posset: quod Senatus concessit. etsi Appianus hoc Antonium tradit suasisse. PATRIS simillimus filius) Cn. Põpei⁹, is apud Mundã victis Põpeianis clam fugit: crure saucio deserta ac auia petit, apud Lauronem oppidum à Cæsare pugnans occisus est.

præsidere.

Cn. Põp. iu cũda cędes

BEROAL. Præceps & deuius) deuium eleganter dicimus hominem remotũ à via & ratione virtutis, qui à Lucretio auius nominatur illo versu, Auius à vera longe ratione vagaris. Deuium scortum dixit Horatius à via publica remotum. Deuij populi à Cicerone dicũtur, qui à via militari sequestrati semotique sunt. Alpium murum) in oratione de prouincijs Consularibus, alpibus, inquit, Italiam munierat antè natura, non sine alio diuino numine. nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudiníque patuisset, nunquam hæc Vrbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset. Plin. quoque libro trigesimo sexto sic refert, In portento prope habuere maiores Alpes ab Annibale exuperatas, & postea Cimbris. Dixit poeta, Alpes immittet apertas. exposuit Seruius, Alpes muri vice tuebantur Italiam M. Lepido Põtifi. Max.) hũc Marcum Lepidum in Triumuiratu Augustus spoliauit exercitu, relegauitque Circeos. tamen Põtificatum, non nisi mortuo illo transferri in se passus est. maluit enim illum honorem vocari, quàm spolium. Authores Seneca & Suetonius.

Deuius. Auius.

TRAP. Deinceps) inest tempus & ordo: deinde solum tẽpus. Præ-

ceps) προστάτης. Præsidet) præsidio & præfidij locum tenet. Moderatione) qui non gessit partes, cum Cæsarianus fuisset & exercitum haberet.

Sed omnia mihi facta videntur deorum immortaliũ iudicio & pietate, Sexto Põpeio Reipublicæ conseruato. Quam ob causſam iustam atque magnam, & quod periculosissimum ciuile bellum maximúmque, humanitate & sapientia sua Marcus Lepidus ad pacem concordiámque conuertit. Senatusconsultum his verbis censeo perscribendum. Cum à Marco Lepido Imperatore Pontifice Maximo sæpenumero Respublica & bene & feliciter gesta sit. populúsque Romanus intellexerit ei dominatum regium maxime displicere: cunque eius opera, virtute, consilio, singularíque clementia & manſuetudine, bellum acerbissimũ ciuile sit restinctum: Sextúsque Pompeius Cnæi Magni filius, huius ordinis authoritate ab armis discesserit: & à Marco Lepido Imperatore Pontifice Maximo summa Senatus, populíque Romani voluntate ciuitati restitutus sit: Senatum populúmque Romanum pro maximis plurimísque in Rempublicam Marci Lepidi meritis, magnam spem in eius virtute, authoritate, felicitate, reponere: ocii, pacis, concordiæ, libertatis, eiúsque in Rempublicam meritorum, Senatum populúmque Romanum memorem fore: eíque statuam equestrem inauratam in rostris, aut quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis sententia statui placere. Qui honos P.C. mihi maximus videtur: primum, quia iustus est. non enim solum datur propter spem temporum reliquorum.

sed pro ampliſſimis meritis redditur. nec vero cui-
quam poſſumus commemorare hunc honorem à Se-
natu tributum iudicio Senatus ſoluto & libero. Venio
ad Caium Cæſarem Patres Conſcripti, qui niſi fuiſ-
ſet, quis noſtrum eſſe potuiſſet? Aduolabat ad Vrbem
â Brunduſio homo impotentiſſimus, ardens odio, ani-
mo hoſtili in omneis bonos cum exercitu Antonius.
Quid huius audaciæ & ſceleri poterat opponi? nõdum
vllos duces habebamus, non copias, nullum erat conſi-
lium publicum, nulla libertas: dandæ ceruices erãt cru-
delitati nefariæ: fugam quærebamus omnes, quæ ipſa
exitum nõ habebat. Quis tum nobis? quis populo Ro.
obtulit hunc diuinum adoleſcentem? deus: qui, cum
omnia ad perniciem noſtram peſtifero illi ciui paterẽt,
ſubito præter ſpem omnium exortus, prius cõfecit ex-
ercitum, quem furori Marci Antonii opponeret, quàm
quiſquam hoc cum cogitare ſuſpicaretur. Magni hono
res habiti Cn. Pompeio, cũ eſſet adoleſcens, & quidẽ
iure: ſubuenit enim Reip. ſed ætate multo robuſtior, &
militum ducem quærentium ſtudio paratior, & in alio
genere belli. non enim omnibus Syllæ cauſſa grata, de-
clarat multitudo proſcriptorum, tot municipiorũ ma-
ximæ calamitates. Cæſar autẽ annis multis * iunior, ve- *minor
teranos cupientes iam requieſcere armauit: eam com-
plexus eſt cauſſam, quæ eſſet Senatui, quæ populo, quæ
cunctæ Italiæ, quæ diis omnibus gratiſſima. Et Põpeius
ad L. Syllæ maximum imperium, victorémque exerci-
tum acceſſit.

Statuæ equestres.

BEROALD. Statuam equestrem)Statuæ equestres, vt inquit Plinius, Romanam celebrationem habent,orto sine dubio à Græcis exemplo. erant autem ornamentum fori.Lucius Piso prodidit olim statuas circa forum eorum qui magistratus gesserant sublatas omnes, præter eas quæ populi aut Senatus sententia statutæ essent.Equestrium statuarum origo perq̃ vetus est cum fœminis etiam honore communicato.

MATVR. SOLVTO & libero)Tributus fuerat hic honor fortasse alijs:sed dominante Cæsare,ac minime libero Senatu. Simile est illud Iuuenalis de Cicerone:Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. HOMO impotentissimus)insolentissimus. QVAE ipsa exitum non habebat) quã nõ inueniebat cum omnia essent intercluſa. MAGNI honores habiti)pulcher locus comparationis.Synnano & Syllano tumultu, Pompeiꝰ in Piceno erat vbi agros habebat & relictas à patre clientelas: cũq; plerosque optimos & clarissimos ciues ad Syllam proficisci animaduerteret,indignum ratus si solꝰ ipse quietem ageret,ac non potius cum copijs ad Syllam iret, Picenum omne commouit,tertium &.xx.annum agens, Prætorijs assumptis propria authoritate insignibus,Auximi delectum militum habuit, legiones tris conscripsit,cum quibus ad Syllam cõtendit,omnes quocũq; ibat sollicitans vt à Carbone deficerent,qui cæso Cinna partibus successerat, & multo impotentior erat.Ad Syllam proficiscens tres simul duces circũuenire in itinere adortos, Carinam,Cælium,Brutum superauit.victor tandem ad Syllam veniens Imperator salutatus est,& in maximo honore habitus, moxq; in Celtiberiam missus, & inde in Siciliam & Africam: ex quibus prouincijs victor rediens, Magnus est cognominatus,nec multò pòst etiam triumphauit. ADOLESCENS)trium &.xx.annorum. MVLTO robustior)quàm Octauius qui erat octo & decem. PARATIOR)expeditior:quoniam milites vltro deposcebant cum veterani inuiti Octauium sequerentur, quippe qui quiescere iam optabant. IN alio genere belli)pro caussa Senatus contra Carbonẽ, Perpennam,Sertorium,qui erant Senatus & Reip.hostes. NON enim omnibus)sicuti nunc Senatus:& si cum Sylla tunc sentiret Senatus. MVLTITVDO proscriptorum) proposuit illam ingentem tabulam Sylla, & ex ipso Equestris ordinis flore ac Senatu, duo milia elegit qui mori iuberentur.

Pompeij in adolescẽtia facinus.

Carbo.

Magni cognomẽ.

Cæsar se ad neminem adiunxit,ipse princeps exercitus faciendi,& presidii comparandi fuit. Ille in aduersariorum partibus agrum Picenum habuit munitum: hic ex Antonii amicis,sed amicioribus libertati,contra Antonium confecit exercitum. Illius opibus Sylla re-

gnauit: huius præsidio Antonii dominatus oppressus est. Demus igitur imperium Cæsari: sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest: & *Proprætori eo iure quo qui optimo. qui honos, quanq̃ est magnus illi ætati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem valet. Itaq; illa quæramus, quæ vix hodierno die consequemur. sed sæpe spero fore, huius adolescentis hortandi honorandíque & nobis & populo Ro. potestatem. Hoc autem tempore ita censeo decernendum: quòd C. Cæsar, C.F. Pontifex, Proprætor, summo Reip. tempore milites & veteranos ad libertatem populi Ro. cohortatus sit, eosq; conscripserit: quodq; legio Martia Quartáque summo studio, optimóque in Remp. consensu, C. Cæsare duce & authore Remp. libertatem populi Ro. defendãt, defenderint: & quod C. Cæsar Proprætor Galliæ prouinciæ cum exercitu subsidio profectus sit: equites, sagittarios, elephantos, in suam populiq; Ro. potestatem redegerit: difficillimóque Reip. tempore saluti, dignitatíque populi Rom. subuenerit: ob eas causas Senatui placere C. Cæsarem, C.F. Pontificem, Proprætorem, Senatorem esse, sententiámque loco Prætorio dicere, eiúsque honoris rationem *quemcũque appetet, ita haberi prout haberi lege liceret, si ãno superiore Quæstor fuisset. Quid est enim P.C. cur eum nõ quamprimum amplissimos honores capere cupiamus? Legibus enim annalibus cũ grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatẽ verebantur. C. Cæsar ineunte æta-

* pro Pop. Rom. eo,

*quæcũq;

te docuit ab excellenti eximiâque virtute, progressum ætatis expectari non oportere.

MATVR. ILLE) Pompeius. IN aduersariorum partibus) Carbonis & cæterorum qui agrum Picenum munierãt, & in sua habere potestate sperabant, sed ab eis auocauit Pompeius. EO) ad eum locum. IRE in Galliam) contra Antonium. QVO cui optimo) scilicet eundũ est. ITAQVE illa quæramus, demus imperium & authoritatem C. Cęsari, quod vix consequemur) hoc est vix efficiemus vt Antoniũ coerceamus. PONTIFICEM) pro parte, etsi Lepidus inuaserat Pontificatum. PROPRAETOR) decretis à Senatu fassibus. EIVSQVE honoris) lex erat Romę qua ei qui Quęstor fuisset, licebat sequẽti anno Tribunatum plebis, Præturam & alios magistratus petere. Censet ergo Cicero, sic Octauij rationem habendam (etsi Quæstor non fuerit) quemcũq; honorem petat, ac si lege petat: idque agit vt legibus soluatur annalibus, neq; illis fit obnoxius. Leges vero annales plures fuere, & â pluribus latæ quibus ætas præscribebatur, cui petendorũ magistratuum potestas fiebat. LEGIBVS enim annalibus) ac si dicat, ideo ætas præscribebatur, quia temeritatem timebant, quæ propria est adolescentiæ. Et Cicero ait in Catone maiore, Temeritas est florentis ætatis, prudẽtia senectutis: non quòd inueniri non queat adolescens qui prudentia senes anteeat. nam de Ascanio inquit Virg. Ante annos animumq; gerens curámque virilẽ. Aristoteles nihil interesse inquit ætate quis iuuenis sit an moribus, neque in annis culpam esse, sed in viuendo & perturbate singula persequendo.

Propręt or.

Leges annales.

PROGRESSVM ætatis) vt per ętatẽ petere honores etiã legibus possit.

BEROALD. Et pro populo Ro. illo ire) Hunc locum ita emendo, & Proprætori eo iure quo qui optimo: vt sit sensus, Cæsarem Augustum hoc titulo ornamentoq; decorandum esse vt sit Proprætor, eo iure eaq; potestate qua præditus est quicũque optimo iure talem honorem gerit. & hoc est quod scribit Tranquillus referens Octauium Augustum iussum esse comparato exercitui Proprætorem præesse, & cum Hirtio â Pansa qui Consulatũ acceperant Decio Bruto opem ferre. Consimiliter panlò infra in formula Senatusconsulti Tulliani Proprætor nominatur. LEGIBVS enim annalibus) Lex annalis, quam & annariam vocant, dicebatur ab antiquis ea qua finiuntur anni magistratus capiendi. M. Tullius in libris de legibus sic inquit, Eundem magistratum ni interfuerint decem anni, ne quis capito: Aeuitatẽ annali lege seruanto. æuitatem more prisco dixit pro ætatem. Dicitur hęc lex annalis alio quoq; vocabulo, comitialis lex Pacato panegyristæ scribenti. Maioribus tantam fuisse annorum curam, vt non solum in amplissimis magistratibus adipiscendis, sed etiam in Pręturis quoq; aut Aedilitatibus capescẽdis ætas spectata sit petitorum. nec tãtum quisq; valuerit nobilitate, vel gratia,

Aeuitas.

tia,vel pecunia,qui annos comitiali lege præscriptos festinatis honoribus oc cuparit. Nunc censet M. Tullius vt Cæsar Augustus soluatur legibus annalibus,possitq; ante tempus honores amplissimos capere. Allegantur exempla nobilium Romanorum,qui admodum adolescẽtes Consules creati maximas res gesserunt.

TRAPEZVNTIVS. Legibus annalibus)quibus constituebatur quo quisq; tempore,quibusq; annis magistratum petere deberet. Temeritatem) imprudentiam,imperitiam,audaciam.

Itaq; maiores nostri veteres illi admodum *antiquas leges annales non habebãt, quas multis pòst annis attulit ambitio, vt gradus essent petitionis inter æquales. Ita sæpe magna indoles virtutis priusquam Reip. prodesse potuisset,extincta fuit. At vero apud ãtiquos Rulli,Decii,Coruini,multiq; alii: recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flaminius admodum adolescentes Cõsules facti,tantas res gesserunt,vt populi Ro. imperium auxerint,nomen ornauerint. Quid Macedo Alexander, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset,nõne tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus, decem annis *iunior,q̃ Cõsularis. Ex quo iudicari potest,virtutis esse,quàm ætatis cursum celeriorem. nam quòd ii qui Cæsari inuident, simulant se timere,ne verendum quidem est vt tenere se possit,vt moderari, ne honoribus nostris elatus intẽperantius suis opibus vtatur. ea natura rerum est P. C. vt qui sensum veræ gloriæ ceperit, quiq; se ab Senatu, ab Equitibus Romanis,populóque vniuerso senserit ciuem * clarũ haberi, salutarémque Reip. nihil cum hac gloria comparandum putet. Vtinam C. Cæsari,patri dico,contigisset adolescẽti: vt esset Senatui, atque optimo

*antiqui

*minor

*charum

cuique chariſſimus.quod cum conſequi neglexiſſet,omnem vim ingenii,quæ ſumma fuit in illo,in populari leuitate conſumpſit. Itaq; cum reſpectum ad Senatū,& ad bonos non haberet, eam ſibi viam ipſe patefecit ad opes ſuas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non poſſet.Eius autem filii longiſſime diuerſa ratio: qui cum omnibus eſt,tum optimo cuiq; chariſſimus.in hoc ſpes libertatis poſita eſt: ab hoc accepta iam ſalus: huic ſummi honores & exquirūtur & parati ſunt.Cuius igitur ſingularē prudentiā admiramur,eius ſtultitiā timebimus? Quid enim ſtultius, q̄ inutilem potētiam, inuidioſas opes,cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam anteferre veræ,graui,ſolidæ gloriæ?

MATVR. ITAQVE maiores noſtri) oſtendit admodum vetuſtas annales leges non eſſe,& ambitione quadā latas.dū ſcilicet ægre ferrent quidā homines æquari ſibi honoribus qui minoris exiſterēt ætatis, ideoq; voluiſſe vt quidā gradus eſſent petitionis.Verbi gratia,qui.xx.annū agerent,Aedilitatem petere poſſent:qui quadrageſimū,Quæſturā & Prætura:Qui quadrageſimum tertium,Conſulatum.& obfuiſſe dicit has leges, quoniā multi qui petijſſent prodeſſe Reip.ſi gerere magiſtratū potuiſſent, anteq̄ in ætate eſſent,qua petere liceret,extincti ſunt. MAGNA indoles)ac ſi diceret ſpecimen & apparentia,non ſignificatio ſolum virtutis.Idem in Offic. In quibus eſt virtutis indoles,cōmouentur.Etſi indoles tunc proprie dicitur, cū maior in pueris elucet virtus,q̄ ætati conueniat. RVLLI)vſurpat pluralē numerum Rullus vero eſt Q.Fabius Rullus primus ex ea familia ob virtutes Maximus cognominatus, qui magiſter Equitū Papyrio Dictatore pene eſt ſecuri percuſſus,quòd cōtra eius edictum cum Sānitibus,etſi proſpere pugnauerat,ſolutus legibus Conſul ante tēpus factus eſt:de quo multa Liuius.viij. &.xi.ab Vrbe cond. DECII) P.Decius bello Sānitico Tribunus militum Aulo Cor.Conſule exercitum in locum iniquum cōiectum ſeruauit: collem enim occupauit imminētem ei,in quo Sannites confederant. Cōſuli occaſionem euadendi dedit,ipſe ab hoſtibus circūſeptus erupit. Sequenti anno ante tempus Conſul creatus cum T.Manlio, bello latino ſe deuouit. CORVINI)M.Valer.Trib.militum bello Gallico,Gallum â quo prouocatus fue-

Indoles.

Rullus Maximus.

Decius.

Coruinus.

rat insidente galea coruo & vnguibus rostroq; infestante hostem interemit. Coruini sibi posterisq; ea caussa vendicauit cognomen: Cõsul proximo anno creatus est ob virtutem,cum.xxiij.ageret annũ. Liuius author lib.vij. ab Vrbe cond.& Valerius tit.de his quæ magnifica cuiq; contingere. SVPERIOR Africanus)hic & Aedilis ante annos factus est, & Prætor cum ageret.xxiij.annum,& Consul tunc cum concedente Collega in Africam traiecit.Valerius Max.Superiori inquit Africano Consulatus citerior legitimo tẽpore datus est,quod fieri oportere exercitus literis Senatũ admonuit: ita nescias vtrum illi plus decoris Patrum Conscriptorum authoritas, an militum consilium adiecerit.toga enim Scipionem ducem aduersus Pœnos creauit,arma popoſcerunt. T. FLAMINIVS)T.Qu.Flaminius tempore belli Macedonici,& ipse solutus legibus est:Consul enim factus aduersus Philippum Macedoniæ regem fœliciter pugnauit in faucibus Epiri, fugatum coegit in regnum reuerti. IVNIOR q̃ Consularis)quem.xliij.anno licet petere.Iunior & senior cõmunis sunt generis:& Cic.ait,Seniore Republica. CVRSVM celeriorem)sæpe enim anteit ætatẽ virtus. NAMQVE ij)Hæc Octauio obijciebant aduersarij quibus occurrit. NIHIL cum hac gloria) O q̃ falleris Cicero,& contra te sunt quæ scribis in Offic.lib.i. Sed illud odiosum q; in hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia & nimia cupiditas inuisatur principatus.Et totus locus qui sequitur. & aliud est expetere veram gloriam,aliud simulare. Multis enim quod ait Cicero, simulationum inuolucris obtegitur,& quasi velis quibusdam obumbratur vniuscuiusq; natura,frons,oculi,sæpe mentiuntur,oratio vero sæpissime. ADOLESCENTI)fuit enim lubrica adolescentia,corrupta,& ad omne scelus, sed præcipue ad seditiones prona,appetens vero principatus: iam tunc maxime extitit Iulius. LEVITATE) furore populi,sibi largitionibus & malis artibus cõciliato. NON posset)sicut tandem non tulit,sed extinxit.

Scipio Africanus.

Senior.

TRAP. Indoles quasi inoles,ab inolescendo,cum maior quædam virtus in puero eluceat,quàm ætati conueniat, & magnam quandam spem de se polliceatur.

BEROALDVS. Rulli)Quidam codices habent Rutillani. Rullorum quoq; frequens mentio apud scriptores. Titus Flaminius)Hic Consulatũ ex Quæstura petijt:vnde Tribuni pl.comitia impedire cœperunt, frementes iam Aedilitatem Prætura mq; fastidiri. nec per honorum gradus documentũ sui dantes nobiles homines tendere ad Consulatum,sed transcendendo media,summa imis continuare.Verum nec sic impedimento esse potuerũt,quin Titus Quintius Flaminius cum Sex.Helio Pæto Consul crearetur.

T.Flaminius.

An*qui hoc vidit puer?si ætate processerit,non videbit ? at est quibusdam inimicus clarissimis atq; optimis

*qui, deest in codic antiquo.

ciuibus: nullus iſte timor eſſe debet. Omneis Cæſar inimicitias Reip. condonauit: hanc ſibi iudicem cõſtituit, hanc moderatricem omnium factorũ. Ita enim ad Rẽpub. acceſſit, vt eã cõfirmaret, non vt euerteret. Omnis habeo cognitos ſenſus adoleſcẽtis: nihil eſt illi Repub. charius, nihil veſtra authoritate grauius, nihil bonorũ virorũ iudicio *aptius, nihil vera gloria dulcius. Quãobrẽ ab eo non modo nihil timere, ſed maiora & meliora expectare debetis: neq; in eo qui ad Brutum obſidione liberandum profectus ſit, timere, ne memoria maneat domeſtici doloris, quæ plus apud eum poſſit, quàm ſalus ciuitatis. Audebo etiam obligare fidẽ meã P.C. vobis populóque Rom. quod profecto cũ me nulla vis cogeret, facere non auderem: pertimeſcerémque in re maxima periculoſam opinionem temeritatis. promitto, recipio, ſpondeo Pa. Con. C. Cæſarem talem ſemper fore ciuem, qualis hodie ſit: qualémque eum maxime velle * & optare debemus. Quæ cum ita ſint, de Cæſare ſatis hoc tempore dictum habeo. Nec vero de L. Egnatuleio fortiſſimo & conſtantiſſimo ciue, amiciſſimó * Reipub. ſilendum arbitror: ſed tribuendum teſtimonium virtutis egregiæ, quòd is legionem Quartam ad Cæſarem adduxerit: quæ præſidio Conſulibus, Senatui, populo* Ro. Reiq; publicæ eſſet, ob eã cauſſam placere, vti L. Egnatuleio triennium ante legitimũ tempus magiſtratus petere, capere, gerere liceat. In quo P.C. non tantum commodum tribuitur L. Egnatuleio, quantum honos. in tali enim re ſatis eſt nominari.

*optatius

*eſſe

*q

*q

De exercitu autem C.Cæſaris ita cenſeo decernẽdum: Senatui placere,militibus veteranis,qui Cæſaris Pontificis authoritatémque huius ordinis defenderint atque defendant, iis liberíſque eorũ militiæ vacationem eſſe. *vtq; C. Pãſa*A . Hirtius Coſſ.*alter ambóve cognoſcerent,qui ager colonus eſſet quo milites veterani deducti eſſent: qui contra legem Iuliam poſſideretur, vt is militibus veteranis diuideretur. De agro Campano ſeparatim cognoſcerẽt,inirẽntque rationem de commodis militum veteranorum augendis : legioníque Martiæ & legioni Quartæ, & iis militibus qui de legione ſecunda*& xvi.adC.Panſam *A.Hirtium Coſſ.veniſſent,ſuáque nomina dediſſent, quòd iis Senatus populíque Romani libertas chariſſima ſit,& fuerit: vacationẽ militiæ ipſis liberíſque eorum eſſe placere,extra tumultum Gallicum Italicúmque : eáſque legiones bello confecto miſſas fieri placere : quantámque pecuniam militibus earum legionum in ſingulos C . Cæſar Pontifex Proprætor pollicitus ſit,tantam dari placere. * vtq; C.Panſa*A. Hirtius Conſules alter ambóve rationem agri habeant,qui ſine iniuria priuatorum diuidi poſſit: *cúmque militibus legionis Martiæ & legionis Quartæ ita darent,aſſignarent,vt quibus militibus ampliſſime dati,aſſignati eſſent.Dixi ad ea omnia Conſules de quibus retuliſtis:quæ ſine mora maturéq; decreta, facilius apparabitis ea,quæ tempus & neceſſitas flagitat.celeritate autem opus eſt: qua ſi eſſemus vſi, bellum (vt ſæpe dixi)nullum haberemns.

*vtique *&

*xxxv.

*vtique *&

*híſque

MATVR. HOC vidit) hoc animaduertit vt veram gloriam adipiscere tur. MEMORIA domestici doloris) Iulij patris occisi, id quod multi iactabant, non confidendum Cæsari qui priuatum accepisset vulnus, & vlturus crederetur. FACERE non auderem) si quid scilicet timendum esset.

QVI ager colonus esset) Cæsar Dictator bellis confectis legem tulit, qua veteranis præmia distribuit, deductis enim in colonias agrorum certum modum viritim assignauit. si quis plus occuparet, adimi & distribui alijs veteranis qui prius missis adderẽtur, voluit. QVO) ad quas colonias. DE AGRO Campano) qui semper populi Romani fuisset, & diuisus nunquã extitisset: quod multis in locis dicit Cicero. SECVNDA & xvi. scilicet legio. & sic habet vera & antiqua lectio. EXTRA) præter.

BERO AL. At est quibusdam inimicus) Obiectio per hypophoram est hoc modo: Timendum est, ne Cæsar Augustus inimicus sit clarissimis ciuibus, his videlicet qui patrem suum interemerunt, & ob id deciscat à partibus Republicæ. Dissoluitur hoc per antypophoram, vt dicat Cæsarem adolescentem omnes inimicitias Reipublicæ condonasse, & publicum commodum priuatis affectibus anteponere, cui nihil sit charius ipsa Republica.

Recipere. Promitto, recipio) Recipere significatione minus remota est idem pene, quod spondere atque promittere. In epistola decimi Bruti sic scriptum est, Pro Cassio & te, si quid me velitis recipere, recipiam. De quib⁹ retuliſtis.) Relationem feciſtis Senatúmque consuluiſtis. Inde relationes in Senatu fieri dicuntur. Celeberrimi scriptores tradunt de rebus diuinis prius quàm humanis ad Senatum referendum esse. tum porro referri oportere aut infinite de Republica, aut de singulis rebus finite. Author est Seneca. maiores nostros nouam relationem post horam decimam in Senatu fieri vetuisse.

Quintæ Philippicæ Finis.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA SEXTA.

AVdita vobis esse arbitror Quirites quæ sint acta in Senatu, quæ fuerit cuiusque sententia. res enim ex Calendis Ianuariis agitata, paulò antè confecta est: minus quidem illa seuere quàm decuit, non tamen omnino dissolute. Mora est allata bello, nõ caussa sublata. quamobrem quod quæsiuit me P. Apuleius homo & multis officiis mihi & summa familiaritate coniunctus, & vobis amicissimus, ita respondendo, vt ea quibus non interfuistis, nosse possitis. Caussa fortissimis optimísque Consulibus Calendis Ianuariis de Republica primum referendi fuit, ex eo quod xiii. Calen. Ianua. Senatus me authore decreuit. Eo die primum Quirites fundamenta iacta sunt Reipublicæ. Fuit enim lõgo interuallo ita liber Senatus, vt vos aliquando liberi essetis. quo quidẽ tempore, etiam si ille dies vitæ finẽ mihi allaturus esset,

satis magnum ceperam fructum: cum vos vniuersi vna mente atque voce iterum à me conseruatam esse Rē-publicam cōclamastis. Hoc vestro iudicio támque præclaro excitatus, ita Calend. Ianua. veni in Senatum, vt meminissem quam personā impositā à vobis sustinerē.

MATVRANTIVS.



Vcij Pisonis ac nonnullorum aliorum qui Antonio fauebant in Senatu vicit sententia de mittendis ad Antonium Legatis. Fuere autem Seruius Sulpitius, L. Cæsar, L. Piso, L. Philippus quibus hæc mandata Cicerone præscribente, etsi inuito eo Legatio erat decreta, à Senatu data sunt ad Antonium. vt Mutina confestim discederet, vt Decio Gallia prouincia cederet, quę intra Alpes & Rubiconem amnem est, exercitum citra flumen reduceret, ita tamen non propius vrbem ducentis milibus admoueret. Præfinitus item dies est, quo si non pareret, hostis Reipublicæ haberetur. Iam profecti erant Legati. Quid ergo in Senatu actum sit, frequentem populum scire cupientem, & voce P. Apuleij sciscitantem, docet Cicero. Dilatum dicens esse non sublatum bellum. Facit autem præiudicium re infecta Legatos redituros, & Antonium neque pariturum Senatui, neque si velit posse. ita idcirco hortatur vt paratis sint ad rem animis dū redeant. Inuehitur per occasionem in M. & L. Antonios, quædam in L. Trebellium & T. Plancium, improbos & nefarios, qui ad Antonium sese contulerant suis eiecti sceleribus, maledicta congerit. Populi in se cōmemorat beneficia, & suam operam suúmque studium pollicetur. In eo præcipue laborat, vt suspitionem populo adimat, aut timoris Senatus ob missos Legatos, aut futurę cum Antonio concordiæ. Minus seuere) nam pro dignitate & seueritate Senatus non decernenda Legatio, sed ilico hostis iudicandus fuerat Antonius. DISSOLVTAE) molliter & remisse. MORA) donec Legati reuertantur. NON caussa sublata) quoniam vt dicturus paulò pòst est, non parebit Antonius. PVB. Apuleius) is Tribunus plebis erat, cuius meminit Appianus. EX eo) ac si dicat propter id. QVOD Senatus decreuit) quid autem decreuerit, prius est dictum. LONGO interuallo) post longum interuallum, diu enim liber non fuerat. xiij. Calen. Ianua. cœpit esse.

ETIAM si vitæ finem allaturus esset) propter ea quæ in M. Antonium dixi, & quibus hortatus sum, vt honores & præmia Decio & Octauio decerneretis, & omnibus qui contra Antonium pro Republica quippiam fecissent. VNA mente) vna voluntate. Contigit autem hæc populi acclamatio, & Ciceronis commendatio, cum illam ad populum habuit orationem.

xiij. Calend.

xiij.Calend.Ianua.cuius initium est:Frequentia vestrum incredibilis, cõcioq; tanta Quirites. QVAM personã)quam grauitatem & constantiam: ab histrionibus tractus est sermo, qui quam personam ab initio fabulæ susceperint,seu liberi,seu serui,seu regis,seu priuati,eam ad extremum vsque tum dictis,tum factis seruant. PVTAVI Calendis Ianuarijs) quod præcedenti apparet oratione.

TRAP. Audita)Hac concione docet Cicero Quirites quæ acta sunt in Senatu:Legatos missos esse ad Antonium,qui mandata Senatus ad eum deferant,quibus nisi pareat,hostis post ea iudicetur. Hortatur ergo vt interea dum Legati redeunt, sint animis ad bellum paratis, quoniam propemodum exploratum habeat Antonium nec velle nec si velit posse Senatus mandata suscipere,& ijs obtemperare. Quam personam)sumptum ab histrionibus qui in comœdia vel tragœdia quam personã seu Lenonis, seu regis ab initio susceperũt,dictis aut factis cõstanter & perpetuo seruent vtsibi cõueniãt. BEROAL. Iterũ â me cõseruatãRẽp.)nemo nõ nouit semel à Cicerone cõsule Rẽpublicã esse seruatã detecta opressáq; Catiliana cõiuratione.iterũ cõseruata videbatur hoc tẽpore,quo eodem duce Respub.respirare videbatur.

Itaque bellum nefarium illatum Reipublicæ cum viderem, nullam moram interponendam insequendi Marcum Antonium putaui: hominémque audaciſſimũ,qui multis nefariis rebus antè commissis,hoc tempore Imperatorem populi Romani oppugnaret:Coloniam vestram fidissimam, fortissimámque obsideret:bello censui persequendum:tumultum esse*decreui,iustitium*indici,saga sumi dixi placere: quo omnes acrius grauiúsque incumberent ad vlciscendas Reipulicæ iniurias,si omnia grauissimi belli insignia suscepta à Senatu viderent.Itaque hæc sententia sic per triduum valuit, vt quanquam discessio facta non esset, tamen præter paucos, omnes mihi assensuri viderentur. Hodierno autem die nescio qua obiecta re,remissior Senatus fuit. nam plures eam sententiam secuti sunt, vt quantum Senatus authoritas,vestérque consensus apud

*decerni
*edici

Antonium valiturus esset, per Legatos experiremur. Intelligo Quirites à vobis hanc sententiam repudiari: neque iniuria. ad quem enim Legatos? ad eum ne, qui pecunia publica dissipata atque effusa, per vim & contra auspicia impositis Reipublicæ legibus, fugata concione, obsesso Senatu, ad opprimendam Rempublicam Brundusio legiones accersierit? ab his relictus, cum latronum manu in Galliam irruperit? Brutum oppugnet? Mutinam circunsedeat? Quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, Legationis esse communitas? quanquam Quirites non est illa legatio, sed denunciatio belli, nisi paruerit. ita enim est decretum, vt si Legati ad Annibalem mitterentur, mittuntur enim qui nuncient, ne oppugnet cons. designatũ, ne Mutinam obsideat, ne prouinciam depopuletur, ne delectus habeat, sit in Senatus atque populi Romani potestate. Facile vero huic denunciationi parebit? vt in Patrum Conscriptorum atque in vestra potestate sit, qui in sua nunquam fuerit? Quid enim ille vnquam arbitro suo fecit? semper eo tractus, quo libido rapuit, quo leuitas, quo furor, quo vinolentia. semper eum duo dissimillia genera lenonum & latronum ita domesticis stupris, forensibus parricidiis delectarunt, vt mulieri citius auarissimæ paruerit, quàm Senatui populóque Romano. Itaque quod paulò antè feci in Senatu, faciã apud vos: testificor, denuncio, antè prædico, nihil Marcum Antonium eorúmque sunt Legatis mandata, facturum: vastaturum agros: Mutinam obsessurum: delectus, qua

possit, habiturum. Is est enim ille, qui semper Senatus iudicium & authoritatem, semper voluntatem vestram potestatêmque contempserit. An ille id faciat, quod paulò antè decretum est? vt exercitum circa flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educeret? dum ne propius vrbem Romam. cc. millibus admoueret?

MATVRANTIVS. IMPERATOREM) Decium. COLONIAM Mutinam. DISCESSIO) Senatusconsultum per discessionem, quoniam non omnes assentirentur, nec inter omnes de mea sententia constaret. HODIERNO) nec hodie inquit remissior ac minus promptus Senatus est ad id quod tunc suasi, qua re obiecta ac subito quasi præter opinionem à me propositam extitit. Illud est interpositum. PENE scio) ac si dicat, ausim affirmare hoc, non esse remissiorem Senatum quàm tunc fuit. PECVNIA publica) quæ fuit ad ædem Opis. per vim, hæc omnia prius dicta sunt à Cicerone & enarrata. AD Annibalem) ad hostem, non ciuem, qui denunciarent cõfestim Sagunto discederet. CONSVLEM designatum) Decium. FACILE vero) qui nõ est in sua potestate, hoc est sibi ipsi nõ cõstat, & cõuenit multo minus alijs. QVID enim ille vnq̃) qui rationi obtẽperauit nũq̃, & semper appetitui paruit, nec sui compos vnq̃ fuit. DISSIMILIA') quid enim lenoni cum latrone, ille mancipijs quæstuarijs lenocinium facit, hic ex insidijs inuadit, & rapto viuit. FORENSIBVS) in foro æditis. MVLIERI auariſſimæ) Volumniæ Mimæ. CITRA flumen Rubiconem) is inter Rauennam & Ariminum fluit, in Adriaticum vero mare excurrit: de quo Lucanus, Fonte cadit modico, paruíſque impellitur vndis Puniceus Rubicon, dum feruida canduit æstas: Pérque imas serpit valles, & Gallica certus Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis. FINIS est Galliæ) super Rubiconis ponte inciſum in marmore edictum fuit his verbis, Imperator miles, tyro, armatus quiſquis es, hic siſtito, vexillum figito, arma deponito, Nec citra hunc amnem Rubiconem signa, arma, exercitúmve traducito. Si quis aduersus præcepta ierit, fecerítve, adiudicatus esto hostis populi Romani, ac si cõtra patriã arma tulerit, sacróſq; penates ẽ penetralib⁹ asportarit. Rubicon.

TRAP. Vt quanquam diceſſio facta non esset) id est cum nondum constaret inter omnes de mea sententia, nec ab omnibus probaretur. Quę vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, Legationis esse cõmunitas) quasi dicat nulla, quippe qui nec ciuis sit, nec hostis, nec homo deniq; sed immanis quædam belua cum qua hominum generi nulla communitas est, nulla societas. Quid enim ille) Ille in sua potestate est & arbitrio,

qui rationi obtemperat: contra, qui apetitui & libidini paret, is seruit nec sui compos est.

BEROAL. Non est pene scio) quàm mendosus locus haud dubium est: quẽ sic emẽdo, nescio qua obiecta re: vt sit sensus lucidꝰ ex vsitata loquẽdi consuetudine, Senatum fuisse remissiorem languidioremq; in decernendo propter rem nescio quam obiectam, quæ Senatum remorata sit. QVI in sua nunquam fuerit) Quem magis inquit Seneca admiraberis? quàm qui imperat sibi, quàm qui se habet in potestate? gentes est facilius Barbaras impatientésque alieni arbitrij regere quàm animum suum continere, & sibi tradere. Plinius de Alexandro Magno loquens ait, Magnus animo, maior imperio sui: nec minor hoc facto quàm victoria aliqua, quippe se vicit. Citra Rubiconem.) De Rubicone qui Cisalpinam Galliam ab Italia disterminat, inuulgata sunt omnia, illud adde quod à Sidonio memoratur Rubiconem nominis originem de glarearum colore puniceo mutuari, quod & Lucanus insinuat illo versu, Puniceus Rubicon, dum feruida canduit æstas.

Huic denunciationi ille pareat? ille se fluuio Rubicone. cc. mil. circũscriptum esse patiatur? non is est Antonius. nam si esset, non commisisset vt ei Senatus tanquam Annibali initio belli Punici denunciaret, ne oppugnaret Sagũtum. Quod vero ita auocatur á Mutina, vt ab vrbe tanquam pestifera flamma arceatur, quam habet ignominiam? quod iudiciũ Senatus? Quid? quod à Senatu dantur mandata Legatis, vt D. Brutum, militésque eius adeant, iísque demonstrent sua in Rempublicam merita, beneficiáque eorum grata esse Senatui populóque Romano, iísque eam rem magnæ laudi, magnóq; honori fore? Passurum ne cẽsetis Antonium introire Mutinam Legatos? exire inde tuto? nunquam patietur, mihi credite. noui violentiam, noui impudentiam, noui audaciam. Nec vero de illo sicut de homine aliquo debemus, sed vt de importunissima be-

lua cogitare. Quæ cum ita sint, non omnino dissolutum est, quod decreuit Senatus. habet atrocitatis aliquid Legatio. vtinam nihil haberet moræ. nam cum plerisq; in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tū hoc bellum indiget celeritatis. Succurrendū est D. Bruto, omnes vndiq; copiæ colligēdæ: horam *eximere *vllam in tali ciue liberando sine scelere non possumus. An ille non potuit, si Antonium Consulem, si Galliam Antonii prouinciā iudicasset, legiones Antonio & prouinciam tradere? domum redire? triūphare? primus in hoc ordine esse, quoad magistratum iniret? quid negocii fuit? sed cum se Brutum esse meminisset, vestræq; libertati natum, quid egit aliud, nisi vt pene corpore suo Gallia prohiberet Antonium? Ad hūc vtrum Legatos, an legiōes ire oportebat? Sed præterita omittamus. properēt, quod video esse facturos. vos saga parate. est enim ita decretū, vt si ille authoritati se natus non paruisset, ad saga iretur. interea ibitur, nō parebit, nos amissos tot dies rei gerendæ queremur. Non metuo Quirit. ne cū audierit Antonius, me hoc in Senatu & in cōcione cōfirmasse, nunquam illum futurum in Senatus potestate? refellendi mei caussa, vt ego nihil vidisse videar, vertat se, Senatui pareat: nunquā faciet, non inuidebit huic meæ gloriæ. malet me sapientem à vobis, quàm se modestum existimari. Quid? ipse si velit, num etiam L. fratrem passurum arbitramur? nuper quidem dicitur ad Tybur (vt opinor) cum ei labare M. Antonius videretur: mortē fratri esse minitatus. Etiám ne ab hoc Myr-

*exhibere,
*nullam

millone Asiatico Senatus mandata, Legatorum verba audientur? nec enim secerni à fratre poterit, tanta præsertim authoritate. nã hic inter illos Africanus est. Pluris habetur, quàm L. Trebellius: pluris, quàm T. Plãcius adolescens nobilis: qui omnibus sententiis maximo vestro plausu condemnatus, nescio quomodo se coniecit in turbam, atque ita mœstus rediit, vt retractus, non reuersus videretur.

MATVRANTIVS. VT ab vrbe) nam ita à Mutina auocabatur, vt ei non concederetur Romam reuerti. PROCRASTINATIO) cum dies de die ducitur. HORAM eximere) horam differre. AT ille non potuit) occurrit obiectioni, ac si dicat sed ciuis bonus faciendum non iudicauit. PRIMVS) nam Consul erat designatus, & primus fere designatus Cõsul rogari sententiam solebat. LEGIONES) quæ oppugnarẽt. PROPERENT) legati. HOC) quod sequitur. NVNQVAM) & est ordo: non vereor ne vertat se. REFELLENDI mei caussa) vt refellat, & mentitum ostendat. NON inuidebit huic meæ gloriæ) vt sapiens dicat, quòd præuiderim quæ Antonius esset facturus. PASSVRVM) vt pareat Senatui. LABARE) nutare, inclinareq; ad Senatus voluntatem. SECERNI) abesse à fratre, & ab illo disiungi. AFRICANVS) veluti quidam Africanus Scipio. INTER illos) in conuentu illo flagitiosissimorum. QVAM L. Trebellius, quàm T. Plancius) hi erant sceleratissimi, cũq; ob varia flagitia esse in vrbe impune nõ possent, ad Antonium confugerant: & T. quidem Plãcius populi damnatus sententijs ad Antonium cum quo prius fuerat, sic redierat, quasi coactus esset, idq; inuitus faceret. Sic vero ab Antonio contẽnebatur, vt nõ redijsse sua sponte, sed retractus putaretur, cum retrahi fugitiui ad supplicium soleant.

BEROALDVS. Procrastinatio odiosa est) Silius sentialiter protulit illud, Pelle moras: breuis est magni fortuna fauoris. A Columella quoq; dictũ est, dispendiosam esse cunctationem: contrà plerisque in rebus cunctatio vtilis est, cum celeritas improuida sit & temeraria. Silius, In rem cunctari fuerit non vlla perenni Auxilio fortuna fouet. Scribit Amianus Marcellinus quòd cunctatio in magnis ductoribus præcipuum est bonum: sunt itaq; loci cõmunes pro cunctatione, & contra procrastinationem. Ab hoc Myrmillone Asiatico) Lucium Antoniũ hoc nomine probroso insectanter appellat: perinde ac gladiatorem famosissimum: de quo supra diximus.

TRAP. Procrastinatio) in diem dilatio. Primus) nam qui priore an-

no prouinciæ præfuissent, depositio magistratu in Senatu primi omniũ sententiã rogabantur. Labare)titubare,a,correpta.Labor autem,a,producta.

Hoc Tibur)ciuitas:hic & hæc tiburs,gentile. Retractus)retrahuntur fugitiui vi ad supplicium.

Sic contẽnit,tanquam si illi aqua & igni interdictum sit.aliquando negat ei locum esse oportere in curia,qui incenderit curiam. nam Trebellium valde iam diligit: oderat tum,cum ille tabulis nouis aduersabatur. iã fert in oculis,postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis nouis saluum esse non posse. Audisse enim vos arbitror Quirit.quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores & creditores L.Trebellii conuenire.O fides(hinc enim puto Trebellium sumpsisse cognomẽ)quæ potest esse maior fides,q̃ fraudare creditores? domo profugere?propter æs alienum venire ad arma?Vbi plausus ille in triũpho est spe ludi?vbi Aedilitas delata summo studio bonorum?quis est,qui hunc non casu existimet recte fecisse?nequitia est, scelus est.Sed redeo ad amores, delitiasq; nostras L.Antonium,qui vos omnes in fidem suam recepit. negatis? num quisnã est vestrum,qui tribum non habeat?certe nemo.atqui illum quinq; & triginta tribus patronum adoptarunt. rursus reclamatis. Aspicite à sinistra illam equestrẽ statuã inauratã,in*qua inscriptũ est? QVINQVE & triginta tribus patrono pop.Ro. Igitur est patronus L.Antonius. malã quidem illi pestem.clamori enim vestro assentior.nõ modo hic Latro,quem clientẽ habere nemo velit,sed quis vnq̃ tantis opibus,tantis rebus gestis fuit, qui se populi

* quid inscriptum.

Ro. victoris, dominique omnium gentium tutorem dicere auderet? In foro L. Antonii ſtatuam videmus: ſicut illam Q. * Tremuli, qui Hernicos deuicit, ante Caſtoris. O impudentiam incredibilem. tantùm ne ſibi ſumpſit, quia Mylaſis Myrmillo Thracem iugulauit familiarẽ ſuum? Quonam modo iſtum ferre poſſemus, ſi in hoc foro ſpectantibus vobis depugnaſſet?

* Trebelli

MATVRANTIVS. SIC contemnit) T. Plancium Antonius tanquam exulem & hoſtem publicum. nã hoſtibus iudicatis aqua & igni interdici ſolebat: is Cæſare occiſo & tumultuante plebe, cum facibus ad curiã ipſam cucurrit, cui contumelioſe obiiciebat Antonius q curiam incendiſſet, & meritô ex curia & vrbe pulſum. ODERAT tunc cum ille tabulis nouis aduerſabatur) Plutarchus in Antonio, à Dolabella tradit adoleſcente Tribuno pl. nouarum rerum cupido remiſſum à Cæſare poſt Pharſalicam pugnam Antonium & ipſum Tribunũ amicũ & populare rogatũ, vt adiutor ſibi vellet eſſe in perferenda lege de nouis tabulis, hoc eſt ære alieno diſſoluendo, cui Aſinius & Trebellius intercedebant: & Antonium quidem adulteratam ab eo vxorem ſuam, C. Antonij patrui filiam ſuſpicatum, aduerſatum eſſe, parteſq; Aſinij & Trebellij ſuſcepiſſe: Dolabellam quoq; foro quod armis occupauerat expuliſſe. Contraria hic dicit Cic. & Antonium, non Dolabellã ferre legem illam voluiſſe, Trebellium interceſſiſſe: eam cauſſam odij Antonio fuiſſe, amaſſe poſtea cum æs alienum ingens Trebellius conflauiſſet, quodã natus ad eum confugiſſet. & niſi lege lata de nouis tabulis ære alieno reſciſſo, ſaluum eſſe non poſſe. Nouæ tabulæ dicebantur, quotiens æs alienum diſſoluebatur, & veteres creditorum tabulę abolebantur. Tranquillus in Iulio, De pecunijs mutuis diſiecta nouarum tabularum expectatione quæ crebro mouebatur. IAM fert in oculis) amat præcipue. SPONSORES) qui pro eo ſe obligarunt. CREDITORES) qui pecuniam mutuati ſunt. O FIDES) exclamatio cognomen inquit fidei accepiſſe arbitror. TREBELLIVM) vt fides ipſa vocetur: & irriſiue hæc ait. VBI plauſus ille) cum triumphauit Trebellius. SPE ludi) obiecta ſpe non virtutis, ſed ludi, vt nos deluderes, & alium quàm ſperaremus te exhiberes. QVIS eſt qui hũc &c.) quaſi dicat quæ prius rectè fecit, non virtute, neq; volens, aut ſciens, ſed fortuitò fecit. NEQVITIA iam ſcelus eſt) caſu bonus fuit, iam peccat nequitia quæ eſt ſcelus cum quiſpiam volens malus eſt, non caſu. AD amores) ironice L. Antonius poni ſibi ſtatuam curauerat, cui inſcripſerat L. Antonio patrono Pop. Ro. quinq; &. xxx. tribus poſuerat: in quod inuehitur Cicero,

Ferre in oculis.

quærens

quærens ex populo eiús ne sit patronus L.Antonius, & posuerint ne statuã quinq; &.xxx.tribus. NEGATIS) verum esse non conceditis patronum vobis esse:patronus in fidem recipit clientem, vt tueatur & causſam defendat,sed accusati non etiam accusantis. AT QVI certe nemo)si est qui tribũ non habeat, singuli enim estis in aliqua tribu,quæ sunt quinq; &.xxx. ergo omnes optastis patronum. MALAM quidem illi pestem)scilicet opto: & verum esse non dubito quod dicitis vestrum patronum, neq; esse neq; fuisse.

HIC latro)L.Ant.in foro.L.Ant.statuam videmus,quasi dicat indignissimum est. SICVT illam Q.Tremuli)Sic habet hic locus,non autẽ Q.Trebellij.Q.Martius Tremulus Consul cũ P.Cornelio,Anagnia capta de Hernicis triumphauit:statua equestris in foro ei decreta est, & ante Castoris tẽplum posita, quod Liuius scribit lib.ix. ab Vrbe cond. Hernici populi fuere Lauinio Albæ,& ipsi Romæ vicini quorũ oppida Ferentinũ Verulæ &c. Hernici

BEROAL. Tabulis nouis aduersabatur)Re diligenter studioseq; perpensa,docuimus in commentarijs in Tranquillum, tabulas nouas pertinere ad æs alienum obliterandum, & veteres creditorum tabulas abolendas, vt videlicet debitores creditas cum vsuris pecunias creditoribus non persoluãt, & veteribus creditæ pecuniæ tabulis sublatis nouæ tabulæ conficerentur,cũ perditi homines & nequam sine nouis tabulis esse non possint,qui soluẽdo non sunt:quę res in tumultu & in perturbata Rep. induci flagitarique solebat. qua in re illud annotandum,quod Fortunatiano docẽte didicimus, Lege de nouis tabulis lata pecuniam cum vsuris creditam repeti non posse: depositũ vero sine fœnore posse.hinc illa controuersia & exemplum,Petebat ab amico suo quid pecuniam cum vsuris quasi creditã, ille offerebat sine vsuris tãq; depositam:inter moras iudicij lex lata est de nouis tabulis, repetit ille pecuniam tanquam depositam: retinet iste quasi fœnori datam. Igitur est patronus Antonius)clientes sic instituerunt colere patronos, vt statuas eorum in domibus atq; in atrijs ponerent: quæ fori ornamentum erãt,author Plin. Nouæ tabulæ.

Quinti Tremuli)Ante ædem Castoris, vt Plinij verbis vtar,fuit M. Tremuli statua equestris rogata,qui Samnites bis deuicerat,captaq; Anagnia populum stipendio liberauerat:De hoc Liuius volumine nono, Martius Tremulus de Hernicis triumphans in vrbem rediit, statuaq; equestris ei in foro decreta est:quæ ante templum Castoris posita est. Thracem) supra diximus & aliubi annotauimus gladiatores quosdam peculiari vocabulo Thraces appellari:qui proprie aduersus Myrmillonem depugnabant. Horatius in Epist.ad Lollium,Thrax erit,id est gladiator: olim Domitianus patrẽfamilias canibus obiecit,quòd Thracem Myrmilloni parem munerario imparem dixerat:Cum Myrmillo aduersus gladiatorem Thracem componatur. existimo legendum Myrmillo Thracem iugulauit.

TRAPEZVNTIVS. Iam fert in oculis)in sinu,in eos dicuntur quos præcipue diligimus.

Sed hæc vna ſtatua: altera ab Equitibus Ro. equo publico: qui item aſcribunt, patrono. Quem vnquam iſte ordo patronum adoptauit? ſi quẽquam, debuit me: ſed me omitto. quem Cẽſorem? quem Imperatorem? Agrũ iis diuiſit. O ſordidos, qui acceperũt: improbum, qui dederit. Statuerunt etiam Tribuni militares, qui in exercitu Cæſaris duo bis fuerũt: Quis eſt iſte ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos: iis quoq; diuiſit Semurium. Campus Martius reſtabat, niſi prius cum fratre fugiſſet. ſed hæc agrorum aſſignatio paulò antè Quir. L. Cæſaris clariſſimi viri & præſtantiſſimi Senatoris ſententia diſſoluta eſt. huic enim aſſenſi, Septẽuirum acta ſuſtulimus. iacent beneficia Nuculæ, friget patronus Antonius. nã poſſeſſores animo æquiore diſcedẽt: nullã impẽſam fecerãt: nondũ inſtruxerãt: partim quia nõ cõfidebãt, partim quia nõ habebãt. Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tẽpora eſſent, nõ poſſem ſine riſu dicere: L. Antonio Iano medio, patrono. Itá ne Ianus medius in L. Antonii clientela ſit? Quis vnq̃ in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nũmũ ferret expenſum? Sed nimis multa de nugis: ad cauſſam bellumq; redeamus: quanq̃ non alienũ fuit perſonas quaſdam à vobis recognoſci: vt quibuſcũ bellũ gereretur, poſſitis taciti cogitare. Ego autem vos hortor Quir. vt etiam ſi melius aliud fuit, tamen Legatorum reditum expectetis animo æquo. celeritas detracta de cauſſa eſt: boni tamen aliquid acceſſit ad cauſſam. cum enim Legati renũciarint, quod certe renunciabunt, nõ in veſtra

poteſtate,non in Senatus eſſe Antonium: quis erit tam improbus ciuis,qui illum ciuem habendū putet? Nunc enim ſunt pauci illi quidē,ſed tamen plures q̄ Rep. dignum eſt,qui ita loquantur, Ne Legatos quidem expectabimus? Iſtam certe vocem,ſimulationemq; clemētiæ extorquebit iis Res ipſa publica. Quo etiā,vt confitear vobis Quir.minus hodierno die contendi, minus laboraui, vt mihi Senatus aſſentiens tumultum decerneret, ſaga ſumi iuberet.malui.xx.diebus pòſt,ſentētiam meā laudari ab omnibus,q̄ à paucis hodie vituperari. Quapropter Quir.expectate Legatorum reditū, & paucorum dierum moleſtiam deuorate.

MATVR. ALTERA ab Equitibus Ro.)altera in foro, hoc eſt ſecunda ſtatua erat Lucij Antonij,quam Equeſtris ordo poſuerat,& itē patrono inſcripſerat. EQVO publico Equitibus Romanis)quem publice Equites poſuiſſe titulus & inſcriptio indicabat,quod refellit Cicero. SI quenquā debuit me)Nam equeſtris ordinis fuit Cicero,& Remp.ſeruauit,in quē gratus eſſe ordo debuiſſet. QVEM Cenſorem?)ſcilicet ſibi adoptant patronum, quod idcirco facere debuiſſent,quia Senatus Equitumq; regimen penes Cenſores eſſet,cum equos ipſis adimere ſoli poſſent,ac notam inurere,ſi quid diſplicuiſſet cum vrbem trabeati ipſi luſtrarent Equites.quod bis ſingulis faciebant annis,lupercalibus & Idibus Iulij,vt Valer.Max.tradit. QVEM nuper agrum ijs diuiſit)ac ſi dicat,quem diuidere nefas erat,& quē iniuria poſſeſſoribus interceperat. SORDIDOS)auaros, qui acceperunt illum agrū. QVI dederit)L.Antonius. STATVERAT) iocatur Cic.quod mox ipſe indicat & hæc veluti nugas reprehendit. STATVERVNT)ſtatuā equeſtrem vnà cum equitibus Romanis poſuerant Antonio: duo qui in Cæſaris exercitu bis fuerāt Tribuni militares,quibus Antonius Semurium diuiſerat. QVIS eſt iſte ordo)cum duo fuerint ſicut ait. MVLTIS legionibus) nā quælibet legio duos habebat Tribunos militares:minorem,qui præerat cohorti quingentariæ,quem Græci vocant πέντακοσιάρχην:& maiorē,qui millenariæ præpoſitus erat cohorti,â Græcis vocatus χιλιάρχης. IIS) Tribunis militaribus,qui duo bis fuerunt in exercitu Cæſaris. SEMVRIVM) agrum ſecus vrbis muros.ideoq; ſubiungit,Campus Martius reſtabat,ſcilicet diuidēdus. L. Cæſaris)qui fuit M,& L Antoniorū auunculus. SENTEN

Luſtrāt vrbem bis equites.

Legio.

Tribuni militares.

Semurius.

TIAM) quã dixit in Senatu. HVIC) L. Cæsari. SEPTEMVIRVM) L. Antonij & Collegarũ, quos Antonius diuidẽdis agris præfecit. IACENT) irrita sunt beneficia collata. NVCVLAE) & ager ei ab Antonio diuisus. Is autẽ Nucula vnus ex Antonij fuit satellitibus. FRIGET) quia videt quæ decreuit irrita esse. POSSESORES) illi quibus L. Ant. agros diuisit. ILLA statua palmaris) illa prior, cui ĩscriptũ erat: L. Antonio patrono pop. Ro. quinq; & .xxx. tribus posuere. Palmaris digna. Terẽt. in Eunuch. Id vero est quod ego puto mihi palmariũ. IANO medio) hoc est in medio Iano. Basilicã Paulus Aemilius in foro Romano extruxit, mille & quingentis talentis: qua pecunia Consul vnà cũ Calidio Marcello corruptus est à Cæsare, vt ipsi faueret: hæc inter admirabilia Vrbis opera á Plin. laudatur. Prope eã locus fuit Ianus nomine: duę enim illic Iani statuæ fuere, in summo vna, in imo altera. Eũ vero in locum fœneratores conueniebant: authores Porphyrio & Acrõ. Horat. Hoc Ianus summus ab imo Perdocet. ITA ne Ianus mediº) cũ stomacho hoc inquit, etiam medius Ianus vbi erat posita statua. Sic, in L. Ant. clientelas: sed nullũ vnq̃ in eo loco inuenit Lucius, qui mille ipsi nũmos mutuaret, quasi dicat, nullus ei vnquã credidit, quoniã fallere & decoquere cõsueuerat. Ferre vero acceptũ & expẽsum pecuniã, sermones sunt à ratiocinãtibus & mercatoribus sumpti, qui traditã ab alio pecuniã annotãt, vt acceptã: datã vero alijs, vt expẽsam. mille vero numeri est singularis pro eo positũ, quod χιλιὰς græce dicitur, & vt μία χιλιὰς καὶ δύο χιλιάδες. ita vnũ mille & duo millia dicũtur: rectéq; & probabiliter dici solet, mille denariũ in arca est, & mille equitũ in exercitu. Cic. itẽ pro Milone, Ante fundũ Clodij, quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominũ versabat: author Gell. Noct. Attic. lib. i. c. xvi. ETIAM si melius aliud fuit) nõ mittere Legatos, neq; bellũ differre. PAVCI) L. Piso, Saluius, & alij nonnulli. ISTAM vocem) expectãdos Legatos. TVMVLTVM) bellũ periculosum & propinquum.

Nucula.

Palmaris statua.

Ianº mediº

Ferre pensum.

BEROAL. Nõdũ instruxerãt) Qui habet fundũ & villã ea instruere solet instrumẽto necessario, hinc titulus apud Iurisconsultos est de fundo instructo & instrumẽto legato. Martial. Prẽsto domũ plº est, instrue tu minus est.

TRAP. Palmaris) aut quæ palmam meretur, aut quæ propter palmam statuta est in signo victoriæ. Medio Iano) tria fuerunt templa Iani: Romę, de quo Horat. Hoc Ianus primus ab imo docet.

Qui cũ redierint, si pacẽ afferent, cupidũ me: si bellũ, prouidũ iudicatote. An ego nõ prouideã meis ciuibus? nõ dies noctesq; de vestra libertate, de Reip. salute cogitẽ? Quid enĩ nõ debeo vobis Quir. quẽ vos hominẽ à se

ortum, hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus prætuliſtis? An ingratus ſum? quis minus: qui partis honoribus, eoſdem geſſi in foro labores, quos in petendis. Rudis in Republica? quis excitatior, qui viginti iam annos bellum geram cum improbis ciuibus? Quãobrem Quirites conſilio quantum potero, labore plus pene, quàm potero excubabo, vigilabóq; pro vobis. Etenim quis eſt ciuis præſertim hoc gradu, quo me vos eſſe voluiſtis, tam oblitus beneficii veſtri, tã immemor patriæ, tam inimicus dignitati ſuæ, quem non excitet, & non inflammet tantus iſte veſter conſenſus? Multas, magnáſque habui Conſul conciones, multis interfui: nullam vnquam vidi tantam, quanta nunc veſtra eſt. vnum ſentitis omnes, vnum ſtudetis, Marci Antonii conatus auertere, à Republica furorem extinguere, opprimere audaciam. idem volunt omnes ordines: eodem incumbunt municipia, Coloniæ, cuncta Italia. Itaque Senatum ſua ſponte bene firmum, firmiorem veſtra authoritate feciſtis. Venit tempus Quirites ſerius omnino, quàm dignum* Republica fuiſſet, tamen ita maturum, vt differri iam hora nõ poſſit. Fuit aliquis fatalis caſus (vt ita dicam) quem tulimus: quoquomodo ferendus fuit. Nunc ſi quis erit, erit voluntarius: populum Ro. ſeruire fas non eſt, quem dii immortales omnibus* imperare voluerunt. Res in extremũ eſt adducta diſcrimẽ, de libertate diſcernitur: aut vincatis oportet Quirites, quod profecto & pietate veſtra, & tãta cõcordia conſequimini: aut quiduis potius, quã ſeruia-

*pop. Ro. fuit, ſed

*gẽtibus.

tis. Aliæ nationes seruitutem pati possunt: populi Romani res est propria libertas.

MATVRANTIVS. A SE ortum) Cicero in Sallustium, Ego meis maiorib⁹ virtute mea præluxi, vt si prius noti non fuerint, à me accipiant initiũ memoriæ suæ. fuit enim homo nouus, & tamen virtute nobilissimis viris est æquatus. EOSDEM gessi in foro labores) null⁹ enim dies erat, quod ipse ad Quintum fratrem scribit, quo pro reo non diceret. QVOS in petẽdis) scilicet gessi. RVDIS) in Republica scilicet sum. VIGINTI annos) quod in principio secundæ Philippicæ dictum est. VOLVNTARIVS) scilicet erit quo d noluerimus nos seruitute liberare cum potuerimus.

Concio. TRAP. Excubabo) noctu. Vigilabo) in die. Habui multas cõciones) id est sæpenumero coegi multitudinem in foro, vt cum plebe agerem, quo in loco concio vel pro oratione ipsa vel pro multitudine accipi potest.

Philippicæ Sextæ Finis.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA SEPTIMA.

QVAmuis de rebus, sed fortasse necessariis, cõsulimur Patres Conscripti de Appia via, & de moneta Cõsul: de lupercis Tribuni pl. referũt, quarũ rerũ etsi facilis explicatio videtur, tamẽ animus aberrat à sententia, suspensus curis maiori-

bus. Adducta est enim Patres Conscripti res in maximum periculum, & extremum pene discrimen. non sine caussa Legatorum istam missionem semper timui, nunquã probaui: quorũ reditus quid sit allaturus, ignoro. Expectatio quidem quantum afferat languoris animis, quis non videt? non enim se tenent ii, qui Senatum dolent ad authoritatis pristinæ spem reuiuiscere, coniũctum huic ordini populum Romanũ cõspirantem Italiam, paratos exercitus, expeditos duces. iam nunc fingunt Antonii responsa, eadémque defendunt. Alii postulare illum, vt omnes exercitus dimittantur. scilicet Legatos ad eum misimus, non vt pareret, & dicto audiens esset huic ordini, sed vt conditiones ferret, leges imponeret, reserare nos exteris gentibus Italiam iuberet: se præsertim incolumi, à quo maius periculum, quã ab vllis nationibus extimescendum est. Alii remittere eum nobis Galliam citeriorem, illam vltimam postulare. Præclare: ex qua non legiones solum, sed etiam nationes ad Vrbem conetur adducere. Alii, nihil eum iã nisi modesti postulare. Macedoniam suam vocat omnino: quoniã Caius frater est inde reuocatus. sed quæ prouincia est, ex qua illa fax excitare non posset incendium? Itaque iidem quasi prouidi ciues & Senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt. Suscipiunt partis patrocinium, qui sic disputant, Iritari Antonium nõ oportuit: nequam est homo ille atque confidens. Multi præterea improbi. quos quidem à se primum numerare possunt, qui hæc loquuntur. eos esse cauendos denun-

ciant. Vtrunque igitur in nefariis ciuibus vlciſcendis, cum poſſis, an pertimeſcendis, diligentior * cautio eſt? Atquæ hæc illi loquuntur, qui quondam propter leuitatem, populares* appellabãtur. Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo ciuitatis ſtatu, non voluntate fuiſſe populares. Qui enim conuenit, vt qui in rebus improbis populares fuerint, iidem in re vna maxime populari, quod eadem ſalutaris Reipublicæ ſit, improbos ſe, quàm populares eſſe malint? Me quidem ſemper (vt ſcitis) aduerſatum multitudinis temeritati, hæc fecit præclariſſima cauſſa populárem. Et quidem dicuntur, vel potius iidem ipſi ſe dicunt Conſulares, quo nomine dignus eſt nemo, niſi qui tanti honoris nomen poteſt ſuſtinere. Faueas tu hoſti? literas ad te ille mittat de ſua ſpe rerũ ſecũdarũ ſuarũ: eas tu lætus proferas? * retices? deſcribẽdas etiã des? improbis ciuibus? furorem augeas? animos bonorum, ſpem, virtutémque debilites? & te Conſularem, aut Senatorem, aut denique ciuem putes? Accipiet in optimã partem Caius Panſa fortiſſimus Conſul atque optimus. etenim dicam animo amiciſſimo, hunc ipſum hominem mihi familiariſſimum, niſi talis Conſul eſſet, vt omnes vigilias, curas, cogitationes in Reipublicæ ſalute configeret, Conſulem non putarem. quanquam nos ab ineunte ætate illius vſus, conſuetudo, ſtudiorum etiam honeſtiſſimorum ſocietas ſimilitudóque * coniunxit. *eiuſdémque curam incredibilem in aſperrimis belli ciuilis periculis perſpexi, non modo ſalutis, ſed etiam

*cauſſa

*habebant

*recites?

*cõiũxerit

*eius denique curam

dignitatis

dignitatis meæ:tamen eundem(vt dixi)nisi talis Consul esset, negare esse Consulem auderem. Idem non modo Consulem esse dico, sed etiam memoria mea præstantissimum atque optimum Consulem.

MATVRANTIVS.

LEgati cum Senatus mandatis ad Antonium profecti erant, nõdum quid actum ab illis esset audiebatur, & quidnam allaturi essent, omnino incertum videbatur. Qui vero Antonio fauebant, & eius fingebant postulata ac responsa,& pro suo arbitrio interpretabantur,in Ciceronem vero oblique inuehebantur,non oportuisse dicentes irritare Antonium.Veritus igitur Cicero,ne ad pacem cum eo faciendam Senatus inclinaret,si forte ad æquas Antonius conditiones descẽderet.rursus nullo pacto pacem cum Autonio habendam suadet, quoniam turpis esset,quoniam periculosa.Et ne fieri quidem possit omnino,primum contta ea dicit quæ Antonij fautores comminiscebãtur.Consulares ad quos scribebat Antonius,aperte tangit.Et quoniam quibusdam de rebus â Consule Pansa relatum in Senatu fuerat, quæ etsi ad Rempublicam pertinebant, faciléque explicari poterant, non tamen ad eas applicare animum maioribus detẽtum curis poterat.Cicero per occasionem exorditur parua,sed vtilia,dicens esse Reipublicæ,quæ â Consule relata sunt & Tribunis,& tamen â ferenda de his sentẽtia aberrare animum curis maioribus implicitum. Republica in maximum periculum adducta. CONSVLIMVR)rogamur. DE Appia via)quam Appius Claudius Cæcus ab Vrbe Brundusium vsque strauit,ideóque est Appia appellata: & de via quidem Appia instauranda (nam Pontinis paludibus proxima,sæpe multis in locis euertebatur) consuluerat Pãsa Consul. Romæ autem quatuor viri fuere,qui viarum curã agebant.Idem Pansa de moneta retulerat, quam scimus & adulterari nonunquam,ac iccirco mutari,& nouam fieri. Extitere in vrbe olim tres viri monetales,auri & argenti flatores,quibus curæ erat numismata ex auro atque argento cudere. DE Lupercis)de quibus diximus in secũda Philippica.Retulerant autem de iis Tribuni fortasse:quoniam quæ ad eorum pertinebant ritum,aliqua ex parte nutabant,& emendatione indigebant, vt quia vectigalia illis à Iulio concessa fuerant adempta. A SENTENTIA)de his rebus ferenda. SVSPENSVS)dubius.Virgilius,Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi Mittimus. II)Pisonem tangit. AVTHORITATIS pristinæ)quam obtinebat ante occupatam à Iulio Rempublicam. CONSPIRANTEM)idem sentientem Italiam. EXPEDITOS)promptos &

Appia via.

Monetales

paratos Octauiũ & Consules. OMNES) Planci. Læpidi, Octauij. SVVS ipsius) Antonij. SCILICET) derisionẽ habet hæc particula cũ amaritudine permixtam. vt, Scilicet is superis labor est. RESERARE) si exercit⁹ dimitteremus, libere enim & audacter ruerent. REMITTERE) tanquã iuris eius sit, & tanquam beneficium concedat. VLTIMAM) vlteriorem, quam Plancus tenebat. PRAECLARE) Ironice. CAIVS) frater ipsius Antonij: ac si dicat iccirco inde Caium reuocauimus, vt Antonium mitteremus. SED quæ prouincia) esto Macedoniam teneat & non Galliam, quæ tamen prouincia est ex qua excitare bellum & incendium non valeat? IIDEM illi) qui hęc de Antonio fingũt. QVASI prouidi) ironice. BELLICVM me ceciniſſe) velut tuba sonum dediſſe quo sonũ excitatur. PARTIS) factionis, cuius sunt ipsi. NEQVAM est homo) dicentes scilicet non fuisse iritãdum Antonium, quoniam nequam homo est. CONFIDENS) audax nimium. MVLTI præterea improbi) idem scilicet dicunt, quos inquit Cicero â se incipientes (nam & ipsi improbi sunt) numerare possunt. VTRVM igitur) ac si dicat magis vlciſci debemus, quando possumus, quàm pertimescere: & diligentiores sunt qui vlciſcuntur, quàm qui timent, cũ possint vlciſci. POPVLARES) commodorum populi, & communis utilitatis studioſi. IN re vna) in Antonio defendendo, quem impugnari populo gratissimum est. PRAECLARISSIMA cauſſa) Antonium persequendi, & opprimendi. SE Consulares) L. Piso præcipue tãgitur. TANTI honoris) vt omnia ex commodis Reipublicæ & dignitate nihil ex se metiatur. HOSTI) Antonio. ILLE) Antonius. IMPROBIS ciuibus furorem augeas) sic est legendum, non autem forum.

Vltima pro vlteriore.

TRAP. Paruis timẽs) Cicero ne Senat⁹ missis Legatis ad pacem cũ Antonio flecteretur, si ille ad cõditiones ęquas deſcẽdisset, suadet nullo modo pacẽ cũ Antonio esse faciẽdã, quia sit turpis, periculosa & impossibilis. In prĩcipio vero diluit ea quę fingebãtur â fautorib⁹ Antonij de Respõsis eius ac postulatis: & eos Cõsulares ad quos Antonius literas misisse videbatur, callide & artificioſe reprehendit. Appia via) qua iter erat in Apuleiam, quemadmodũ Cassia in Tusciã, Flaminia in Galliã. Remittere) tãquã de suo iure cõcedere. Bellicũ) sonũ quiddã, & modulatio tubæ ad bellum excitandum.

ASCEN. In Victorino est, Diligentior cautio est. Et populares appellabantur: quæ duo verba mihi quidem aptiora sunt visa quàm cauſſa, & habebantur, nam nec in animi cauſſa cautio est, nec omnes qui appellantur habentur tales, id est, existimantur. Habet, eiusdẽmque curam: vbi alij, eius denique. Habet, iam non modo: vbi alij, idem non modo &c.



Non quia non pari virtute & voluntate alii fuerint: ſed tantum cauſſam non habuerunt, in qua & virtu-

tem & voluntatem ſuam declararent. Huius magnitudini animi, grauitati, ſapientiæ, tempeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi temporis. Tum autem illuſtratur Conſulatus, cum gubernat Rempublicam ſi non optabili, at neceſſario tempore: magis autem neceſſarium Patres conſcripti nullum tempus vnquam fuit. Itaque ego ille qui ſemper author pacis fui, cuique pax, præſertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis, fuit optabilis. Omne enim curriculum induſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. Hinc honores ampliſſimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatem (ſi quam habemus) cõſecuti ſumus. Ego itaque pacis (vt ita dicam) alumnus, qui quantuſcunque ſum (nihil enim mihi arrogo) ſine pace ciuili certe non fuiſſem: periculoſe dico, quemadmodum accepturi P. C. ſitis horreo, ſed pro mea perpetua cupiditate veſtræ dignitatis retinendæ, & augendæ quæſo oróque vos P. C. vt primo ſi erit vel acerbum auditu, vel incredibile à M. Cicerone eſſe dictum, accipiatis ſine offenſione, quod dixero: néue id prius quàm quale ſit explicauero, repudietis: Ego ille (dicam ſæpius) pacis ſemper laudator, ſemper author, pacem cum M. Antonio eſſe nolo. magna ſpe ingredior in reliquã orationem Patres Conſcripti, quoniam periculoſiſſimum locum ſilentio ſum præteruectus. Cur igitur pacẽ nolo? quia turpis eſt, quia periculoſa, quia eſſe non poteſt. quæ tria dum explico. peto à vobis P. C. vt eadem benignitate qua ſoletis, verba mea audiatis. Quid eſt incon-

ſtantia, mobilitate, leuitate, cum ſingulis hominibus, tũ vero vniuerſo Senatui turpius? Quid porro inconſtantius, quàm quem modo hoſtem non verbo, ſed re, multis decretis iudicauiſti, cum hoc pace velle ſubito coniungi? quaſi vero cum C. Cæſari, meritos quidem illi honores & debitos, ſed tamen ſingulares & immortales decreuiſtis, vnam ob cauſſam, quod cõtra Marcum Antonium exercitum comparauiſſet.

MATVRANTIVS. TANTAM) quanta hæc eſt cõtra Antonium. TEMPESTAS) perturbatio Reipublicæ. CVRRICVLVM) ſpatiũ & veluti ſtadium. IN foro) cauſſis forenſibus accuſando & defendẽdo: ſed defendendo potius, quod fecit Cicero diutiſſime. IN curia) dicendi ſententia.

Alumnus pacis. ELABORATVM) labore perfectũ. PACIS alumnus) quẽ pax aluit. Nã qui ab alio educatus eſt, alumnus dicitur: & Cicero ſine pace, & ſubiũgit ciuili, eſſe quod fuerat nõ potuiſſet.

Arrogo. ARROGO) aſſumo: eſt autem arrogare audacter & inſolenter ſibijpſi attribuere. PERICVLOSE) Præfat ſuaſurus contra inſtitutũ ſuum bellum, & reddit attentos. AVTHOR) ſuaſor. SILENTIO veſtro) nemo enim reclamauerat, quod argumẽto erat nõ improbari. CVR igitur pacẽ nolo) diuiſio eſt: nam capita proponit earũ rerũ de quibus eſt dicturus. QVID eſt &c.) diſſuadet pacẽ habendã cũ Antonio turpitudine. Eſt autẽ locus comparationis, ſi ſingulis hominib⁹ turpis eſt leuitas, Senatui quẽ præcipue grauitas decet, turpiſſima. quod leuitas futura ſit Senatus, ſi cum Antonio pacẽ egerit, oſtendit per ea quæ prius fecit, cũ quib⁹ niſi ſequẽtia cõgruãt, nõ poteſt ſuã tueri grauitatẽ Senatus. CVM eſſet hoſtis) quia re vera hoſtis erat. VACATIONES) vt emeriti eſſent poſtea, vacationẽ haberent, nec cogi amplius ad ſtipẽdia poſſent. MEVS Collega) in Auguratu. QVA imbecillitate) grauiſſime enim ægrotauerat, vt prius diximus. VOTIS) publice enĩ pro eo popul⁹ vota ſuſcepit. VACATIONES oẽs ſuſtuliſtis (vt cogi ad danda nomina oẽs poſſent. SPECIE) vt videatur. NOBIS) Senatui. AD Legatos miſimus) obijcit hoc ex Senatus perſona. CVI ſententiæ meæ) nõ tamen oẽs erant aſſenſi Ciceroni ſuſcipiendũ bellũ, & hoſtẽ iudicãdũ Antonium. POSTRIDIE) quo die Legatis de decreuiſtis mittẽdis. OPPRESSIS) â Cęſare Dictatore. IVSTA) neq; enim obſiſti adhuc tyrãno poterat. LIBERATI) Cæſare trucidato. ARMIS domeſticis) cõiuratorũ nulla extrinſecus adhibita vi. ADDIXIT) adiecit, quibus voluit & vendidit. HOSTIS iudicatus) re tamen, nõ verbo. QVOD propo-

fuit) secundo loco. OFFENDIT animos magis) plures enĩ periculo mouẽt q̃ turpitudine. EXPLORATVM) certũ. Ne Caiũ quidẽ) fratrẽ M. Antonij.

ASCEN. In Victorino est, sed tamen singulares & immortales: etiam melius quàm mutato ordine: nam si immortales præponas, frustra addideris singulares. Est, iudicauistis, nõ iudicaueritis: & rectius, quia sequitur, est à vobis iudicatus. Est, Quid? cum Brutum omen quoddam illius generis, vbi turpi cum errore legitur, hominem quondam, quasi tunc non esset.

TRAPEZVNTIVS. Curriculum) cursus ipse & spatium in quo curritur. quod Græci appellant δρόμον siue στάδιον. Elaboratum) labore consumptum. Ego alũnus pacis τροφεύς qui alui & auxi semper pacem. Præteruectus) tanq̃ scopulum siue euripum, siue fretum aliquod. Curriculũ.

BEROAL. Quid inconstantia turpius) Libro de Offic. primo sic scriptum legimus, Nihil est quod tam deceat, quàm in omni re gerenda consilioq; capiendo seruare cõstantiã. Hinc illud Ciceronis pene scurrile in Isauricũ, Miror quid sit, quòd pater tuus homo constãtissimus te nobis variũ reliquit. Dicebatur autẽ Isauricus à patre aliquando cæsus flagris. vnde Cic. variũ illum appellauit, vt qui simpliciter audit, intelligat inconstantem & mobilẽ, varioq; animo præditum. Occulte vero intelligi velit varium, hoc est maculosum & vibicibus, quas lora faciunt, variè agitatũ. Varius.

Satis multa de turpitudine) Expedit, vt inquit Quintilianus, expositiones breui auersatione distinguere. vt illud, Audistis quæ antè acta sunt, accipite quæ nunc insequũtur. reficitur enim auditor primorum fine, & se velut ad nouum rursus initiũ præparat. Rhetorici doctores exornationem hãc oratoriã appellãt transitionẽ. Transitio.

Non hostem Antonium iudicauistis: nec tum hostis est à vobis iudicatus Antonius, cum laudati sunt authoritate vestra veterani milites, qui Cæsarẽ secuti essent? nec tum hostem Antonium iudicauistis, cum fortissimis legionibus, quòd illum qui Cõsul appellabatur, cũ esset hostis, reliquissent, vacationes, pecunias, agros, spopondistis? Quid? cum Brutum omen quoddam illius generis & nominis, natum ad Remp. liberãdam, exercitumq; eius pro libertate Pop. Rom. bellum gerentem cum Antonio, prouinciámque fideliſſimam atq; optimam Galliam laudibus ampliſſimis affeciſtis: tum non hostem iusticauistis Antonium? Quid? cum decreuistis

vt Consulum alter,amboue ad bellum proficiscerẽtur: quod erat bellũ,si hostis Antonius non erat ? Quo igitur profectus est vir fortissimus meus Collega, & familiaris A.Hirtius Consul?at qua imbecillitate , qua macie? sed animi vires corporis infirmitas non retardauit. Aequum,credo,putauit,vitam,quam Pop.Rom. votis retinuisset,pro libertate populi Rom. in discrimen adducere? Quid?cum delectus haberi tota Italia iussistis, cum vacationes omnes sustulistis,tum ille hostis nõ est iudicatus? Armorum officinas in Vrbe videtis: me milites sequuntur cum gladiis:Consuli præsidio sunt,specie Consuli,re & veritate nobis.Omnes sine vlla recusatione,summo etiam cum studio nomina dant:parent authoritati vestræ:nõ est iudicatus Antonius hostis? At legatos misimus.Heu me miserum , cur Senatũ cogor, quem laudarẽi semper,reprehendere? Quid?vos censetis P.C. Legatorum missionem Pop.Rom. probauisse? non intelligitis, non auditis meam sentẽtiam flagitari? qui cũ pridie frequẽtes essetis assensi , postridie ad spẽ essetis inanẽ pacis deuoluti. Quàm turpe porrò est legiones ad Senatum Legatos mittere,Senatum ad Antonium?quanquã illa Legatio non est:denũciatio est , paratum illi exitiũ nisi paruerit huic ordini. Quid refert? tamen opinio est grauior . missos enim Legatos omnes vident,decreti vestri non omnes verba nouerunt. Retinenda est igitur vobis constantia,grauitas, perseuerantia:repetenda est vetus illa seueritas . si quidem authoritas Senatus,decus,honestatem,laudem,dignitatẽ desi-

* cui cum.

* estis

derat:quibus hic ordo nimium caruit diu:sed erat tunc excusatio oppressis.misera illa quidem, sed tamẽ iusta: nunc nulla est.Liberati tũ regio dominatu videbamur. armis domesticis ea ipsa depulimus. nũc quidem vi extorquẽda sunt.quod si non possumus facere(dicã quod dignum est Senatore & Romano homine) moriamur. Quanta enim illa erit Reip.turpitudo? quãtum dedecus?quanta labes? dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium Consulari loco?cuius,vt omittam innumerabilia scelera Vrbani Consulatus, in quo pecuniã publicam maximã dissipauit,exules sine lege restituit, vectigalia vendidit,prouincias de populi Ro. imperio sustulit,regna addixit pecunia , leges ciuitati per vim imposuit,armis obsedit,aut excluſit Senatum . Vt hæc inquam omittam,ne hoc quidem cogitatis,eum,qui Mutinam coloniam populi Ro. & Consulem designatum obsederit,depopulatus agros sit , *nũc in eum ordinem recipi, à quo toties ob has ipsas caussas hostis iudicatus sit? Quàm fœdum,flagitiosumq; sit,videtis . Satis multa de turpitudine.dicam deinceps,quod proposui,de periculo.quod si minus est fugiendum,quàm turpitudo,tamen offendit animos maioris partis hominum magis. Poteritis igitur exploratam habere pacem,cum in ciuitate Antonium videatis?vel potius Antonios?nisi forte cõtemnitis Lucium.Egó ne Caium quidem: sed vt video,dominabitur Lucius : est enim patronus.xxxv. tribuum,quarum sua lege , qua cũ C.*fratre magistratum sortitus est,suffragium sustulit.

*hunc

* Cæsare magistratũ

Antonij fratres.

BEROALDVS. Vel potius Antonius) Tres fuerunt fratres nomine Antonij, Marcus, Lucius, Caius. de quibus in Epistolis ad Brutum sic scribit, Ego sic sentio: trium fratrum vnam & eandem esse caussam.

MATVR. EST enim patronus) iocatur cum stomacho, tamen & hæc in superiore Philippica dicta sunt. SVA lege) ac si dicat nulla lege: id enim propria authoritate, & sine vllis populi suffragijs egit: Lucius Tribunatum pl. Iulio occiso arripuit: Caius vero frater Prętura assumpsit, visiq; sunt hoc pacto sortiri magistratus sua lege, hoc est sorte Præturam & Tribunatũ inter se diuidere: quo facto & plebs, & equestris ordo, qui in Centurias diuidebatur, cũ veniebant ad danda suffragia, priuati iure suffragiorum visi sunt. Marcus, Lucius, & Caius nomine Antonij tres fratres fuere: Marcus Consul erat, cũ Iuli⁹ necatus est, Lucius Tr. pl. Caius Prętor est factus, author Plut.

Patronus Centuriarum equitum Rom. quas idẽ sine suffragio esse voluit: patronus fori, *cui Tribuni militares fuerũt: patronus Iani medii. O dii, quis huius potentiam poterit sustinere? præsertim cum eosdem *magistros etiam deduxerit? quis vnquã omnes tribus? quis Equites Ro. quis Trib. militares *habuit? Gracchorũ potentia maiorem fuisse arbitramini, quàm huius gladiatoris futura sit? Quem gladiatorem nõ ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet? sed vt appellant ii qui plane & latine loquuntur. Myrmillo in Asia depugnauit, cum ornasset *Thracidicis comitem & familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit: luculẽtam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. Qui familiarem iugularat, quid hic occasione data faciet inimico? & q illud animi caussa fecerit, hũc qd prædæ caussa facturũ putatis? Nõ rursus improbos decuriabit? nõ sollicitabit rursus agrarios? non quæret expulsos? M. vero Antonius nõ is erit, ad quẽ omni motu concursus fiat ciuium perditorum? vt nemo sit alius

*qui

*in agros etiam

*habuit, vacat in antiquo cod.

* Threcidicis

alius,niſi ii qui ynà ſunt,& ii qui hîc ei nunc aperte fauent:parùm ne erunt multi? præſertim cum bonorum præſidia ceſſerint,illi parati ſint ad nutum futuri. Ego verò metuo,ſi hoc tempore conſilio lapſi erimus,ne illi breui tempore nimis multi nobis eſſe videantur. Nec ego pacem nolo: ſed pacis nomine bellum inuolutum reformido. Quare ſi pace frui volumus, bellum gerendum eſt:ſi bellum omittemus,pace nunquã fruemur. Eſt autem *veteris conſilii P.C.in poſterum,quàm longiſſime prouidere. Iccirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus: vt vacuum metu populũ Ro. noſtra vigilia & prouidẽtia redderemus. Turpe eſt ſummo conſilio orbis terræ,præſertim in re tam perſpicua, conſilium intelligendi defuiſſe.

* noſtri

ASCEN. Patronus eorum qui Tribuni militares fuerunt) In Victoririno eſt,patronus fori cui &c.Eſt,cum eoſdem magiſtros,vbi alij habent miniſtros.Habet etiam,Quis Tribunos militares habuit, pro quo verbo Maturantius ſubaudit,deduxit. Eſt etiam cum ornaſſet Thracidicis non Threcidicis,forte pro Thracicis armis.Non habet fecerit aut fecerat. Illic,& qui, habet qua cum Cæſare magiſtratus partitus eſt: vbi nonnulli cum C.fratre ſortitus eſt.Illud animi cauſſa,&c.quia facile intelligitur in verbo facturum.

BEROAL. Patronus Iani medij)ſupra dixit Orator,Itá ne Ianus medius in Lucij Antonij clientela ſit:fuit enim Romæ vicus, in quo Senatores conſiſtebant:in quo ſimulachra Iani,in ſummo,in imo, & medio poſita conſpiciebantur:hinc illud Horat.Hæc Ianus ſummus ab imo Perdocet:hæc recinunt iuuenes dictata ſeneſcꝫ.Idem,Poſtq̃ omnis res mea Ianũ Ad medium fracta eſt. Cũ ornaſſet Threciditis)locus mendoſus eſt, & inexplicabilis, quem nos Marte noſtro,ita emendare atcꝫ explicare conſueuimus, vt legas Threcidicis hoc intellectu.Lucius Ant. gladiator ornauit comitẽ ſuũ Threcidicis,hoc eſt armis gladiatorijs, quibus gladiatores illi qui Thraces nominantur inſtructi digladiari conſueuerunt, & mox eundẽ in ſimulacho gladiatoriæ pugnæ fugientẽ iugulauit.Ornare Threcidicis elegãter dicitur,pro inſtruere armis gladiatorijs.Auſonius cum Cõmodum Imperatorẽ gladiatorẽ fuiſſe deſignaret,decẽter dixit, Cõmodus inſequitur pugnis maculoſus

Ianus medius.

Threcidicis.

harenæ, Threcidico princeps arma mouẽs gladio. Titus Imperator ſtudium armaturæ Thracum gladiatorum præſeferebat, vt docet Tranquillus. Labũtur errore non dubio, qui Threciditis exponunt, pro nomine proprio laniſtæ, corrupto verbo & ſenſu.

MATVR. EOSDEM magiſtros) eoſdẽ improbos & ſceleratos, quibꝰ magiſtris vtitur Terent. Tum ſi quis magiſtrũ ad eandẽ rẽ ceperit improbũ. Legitur & miniſtros, ſcilicet ſcelerũ. QVIS vnq̃ omnes tribus) ſcilicet deduxit. GRACCHORVM) Tyberij & Caij, qui turbulentos & ſeditioſos geſſerũt Tribunatus, alter à Scipione Naſica, alter ob Opimio Conſule oppreſſus. NON ita appellaui) vt gladiatorẽ dicere ſolemus crudelẽ, & facile in quẽuis gladios nudãtẽ, etiã ſi gladiator profeſſione nunq̃ fuerit, & hoc modo M. Antoniũ gladiatorẽ vocat Cic. ſed vere & ſerio gladiatorẽ appellat Luciũ: Myrmillo enim Mylaſis depugnauerat. LATINE) aperte vt res habet. Martialis, Si quis autẽ tã ambitioſe triſtis eſt, vt apud eũ in nulla pagina latine loqui fas ſit. Idẽ, Qui triſtis verba latina legis. Eſt igitur latine loq, aperte: & nulla vti obſcuritate, aut circuitu. CVM ornaſſet Threciditis) cuiuſdam laniſtæ comitẽ amicũ ſuum ornauit, & pro Retiario inſtruxit: cũ eo depugnauit, & fugientẽ in harena confodit. Nam ſequebatur alter, fugiebat alter: vnde ſecutor dicitur. Iuuen. Cũ Graccho iuſſus pugnare ſecutor. Idem ait, Luſtrauitq̃ fuga mediã gladiator harenã. LVCVLENTAM plagam) in facie vulnus: cuius cicatrix apparet, & in aperto ac luce eſt. QVI familiarẽ) ſimilis locus cõparationis apud Terent. eſt in re diſſimili. Nã ſi illũ obiurges, vitæ qui auxiliũ tulit, quid facies illi qui dederit dãnum aut malum?

Gladiator Lucius. Latine.

ANIMI cauſſa) delectationis gratia. DECVRIABIT) qui denis equitibus prẽeſſent, Decuriones ſunt dicti. primi ſingularũ decuriarũ (tres enim erãt in vna turma) quæ ex duobus &. xxx. cõſtabat: vnus Decurio maior cognominatus anteibat, iſq̃ etiã decanus & dux primus & præſtes nũcupabatur, authores Feſtus, Marcellus, Front. Erant & domi principũ Decuriones, alijs præpoſiti, & in municipijs quidẽ ac coloniis ijdẽ quod Romæ Senatores. Inde decuriare, eſt decuriæ in militia aſcribere vel præficere. AGRARIOS) eos quibus diuiſi ſunt agri aut diuidẽdi. EXPVLSOS) ex agrs ſuis ad eos repetẽdos. OMNI motu) Quicquid motꝰ & perturbationis in Rep. fuerit. VT nemo ſit alius) etiã ſi aliã quiſpiã improbꝰ nõ fuerit. BELLVM gerẽdũ eſt) nã quod ipſe ait Cic. in Offic. Bellũ gerẽdũ eſt vt in pace viuatur.

Decurio. Turma.

Eos Cõſules habemus, eã populi Ro. alacritatẽ, eum conſenſum Italiæ, eos duces, eos exercitus, vt nullã calamitatẽ Reſp. accipere poſſit ſine culpa Senatus. Equidẽ nõ deero, monebo, prædicabo, denunciabo, & teſtabor

ſemper deos,hominesq;,quid ſentiam:nec ſolum fidem meã,quod fortaſſe videtur ſatis eſſe,ſed in principe ciue non ſatis eſt:curã,conſiliũ,vigilantiãq; præſtabo.Dixi de periculo:docebo ne coagmẽtari quidem poſſe pacẽ: de tribus enim quæ propoſui,hoc extremum eſt. Quæ po teſt eſſe pax M.Antonio primum cum Senatu?quo ore ille *nos poterit,quibus illũ viciſſim*nos oculis intue- ri?quis veſtrum illũ?quem ille veſtrum nõ oderit? age, vos ille*ſolus,& vos illum?quid ii qui Mutinã circũſe- dent?qui in Gallia delectus habent?qui in noſtras fortu nas imminent?amici*vobis vnq̃ erunt?aut*vos illis? an equites Romanos amplectetur?occulta enim fuit eorũ volũtas,iudiciumq; de M. Antonio?qui frequentiſſimi in gradibus Concordiæ ſteterũt: qui vos ad libertatem recuperandã incitauerunt,arma,ſaga,bellum flagitaue- runt:me vnà cũ populo Ro. in concionem vocauerũt: hi Antoniũ diligent? cum his pacẽ ſeruabit Antonius? Nam quid ergo de vniuerſo populo Ro.dicam?qui ple no ac referto foro,bis me vna mente atq; voce in cõcio- nẽ vocauit, declarauitq; maximã libertatis recuperãdæ cupiditatẽ ? Itaq; quod erat optabile antea,vt populum Ro.comitẽ haberemus:nunc habemus ducẽ . Quæ eſt igitur ſpes,qui Mutinam circũſedent,Imperatorem po puli Ro.exercitumq; oppugnantes:pacem cum populo Ro.habere*poſſent? An cũ municipiis pax erit ? quorũ tanta ſtudia cognoſcuntur in decretis faciẽdis,militibus dandis,pecuniis pollicẽdis,vt in ſingulis oppidis*curam populi Ro. non*deſideres. Laudandi ſunt ex huius or-

* vos
* vos
*ſaluos
*nobis
* nos
* poſſint & poſſe
*curiam
*deſidere- tis

dinis ſententia Firmani, qui principes pecuniæ pollicẽdæ fuerunt, reſpondendum honorifice eſt Marrucinis, qui ignominia notandos cenſuerunt eos, qui militiam ſubterfugiſſent. Hæc iam tota Italia fiunt. magna pax Antonio cum eiſdẽ: his cum illo. quæ poteſt maior eſſe diſcordia? in diſcordia autem pax ciuilis eſſe vllo pacto poteſt? Vt omittã multitudinẽ: L. Naſidio Equiti Rom. homini in primis ornato atque honeſto, ciuiq; ſemper egregio, cuius ego excubias & cuſtodias mei capitis cognoui in Conſulatu meo, qui vicinos ſuos nõ cohortatus eſt ſolum, vt milites fierent, ſed etiam facultatibus ſuis ſubleuauit: huic inquã tali viro, quem nos Senatuſconſulto collaudarimus, poterít ne eſſe pacatus Antonius? Quid Cæſari, qui illum vrbe? quid D. Bruto, qui Gallia prohibuit? Iã vero ipſe ſe placabit & leniet prouinciæ Galliæ, à qua excluſus & repudiatus eſt? Omnia videbitis P. C. niſi proſpicitis, plena odiorum, plena diſcordiarum, ex quibus oriuntur bella ciuilia.

ASCEN. Eſt autem noſtri conſilij) In Victor. eſt, veteris conſilij, quod modeſtius dictum, Age vos ille ſolus ſup. oderit: in Victorino eſt, ſaluos ſup. velit &c. Habet circa finem, Quorſus & omnia fecerit oportet quæ indicta ſcilicet à Senatu illi ſunt, id eſt iuſſa, vbi alij exponunt interdicta, id eſt vetita. quod nõ placet. Authoritas veſtra ſup. agitur. In extremo calce adſcriptũ eſt in Victorino, Quibus referes? P. Seruilio aſſentior.

MATVR. IN ſpecula) in editiſſimo loco vnde lõge lateq; intueri poſſimus. Virgil. Specula Miſenus ab alta. SINE culpa Senatus) qui negligẽs in occurrendo malis imminentibus fuerit. COAGMENTARI) coaptari, & quodãmodo colligari. tranſlatio eſt ab ædificijs, in quibus coagmenta dicuntur arctæ cõmiſſiones & compages, à cogendo, hoc eſt conſtringendo. Cic. de Senect. Víuendi finis eſt optimus, cũ integra mente, certiſq; ſenſibus opus ipſa ſuũ eadẽ quæ coagmentauit natura diſſoluit. AGE vos ille ſolus)

Coagmẽta

ac si dicat, ferri posset si solus esset. AMPLECTETVR) amicûs ne erit Equitibus Romanis. OCCVLTA) quasi dicat minime occulta. BIS) quando habuit illas orationes ad Quirites quas interpretati sumus. DVCEM) præit enim vobis. CVM in municipijs) quæ erunt in authoritate Senatus, hæc autem quæ scribit Cicero vltro contra Antonium Senatui & pollicebantur & agebant. CVRAM) quia sic sua sponte omnia faciunt, vt publica cura opus nõ sit. FIRMANI) insignis Piceni ciuitas est firmũ: Marrucini populi sunt supra Pelignos iacentes Vestinis finitimi. eorum Metropolis Thegete, quæ ciuitas & Theate dicitur à Silio. QVI militiam subterfugissent) qui dare nomina recusassent. LVCIO Nasidio) fuit is Asculanus mnuicipio, Romanus Eques, Ciceroni hospes & amicissimus, cui egregiam contra Catilinam nauauit operam, & nunc contra Antonium nõ Asculanos solũ apud quos authoritate pollebat, sed & vicina municipia ad danda nomina solicitabat.

Firmum.

Marrucini.

L. Nasidi*.

Nolite igitur velle, quod fieri non potest: & cauete per deos immortales Patres Conscripti, ne spe præsentis pacis, perpetuam pacem amittatis. Quorsus hæc omnis spectat oratio? quid enim Legati egerint nondum scimus. At vero erecti, incitati, parati, armati animis iam esse debemus, ne blanda, aut supplici oratione, aut æquitatis simulatione fallamur. Omnia fecerit oportet, quæ* indicta & denunciata sunt, prius, quàm aliquid postulet: Brutum exercitúmque eius oppugnare, vrbes & agros prouinciæ Galliæ populari destiterit: ad Brutum adeundi Legatis potestatem fecerit: exercitúmque citra flumen Rubiconem eduxerit, nec propius vrbem millia passuum ducenta admouerit: fuerit in Senatus populíque Romani potestate. hæc si fecerit, erit integra potestas nobis deliberandi. si Senatui non paruerit, non illi Senatus, sed ille populo Romano bellum indixerit. Sed vos moneo Patres Conscripti, libertas agitur populi Romani, quæ est commendata

*interdicta

vobis: vita & fortuna optimi cuiusque, quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iampridem intendit Antonius: authoritas vestra, quam nullam habebitis, nisi nunc retinueritis: tetram & pestiferam beluam, ne inclusam, & constrictam dimittatis, cauete. Te ipsum moneo Pansa (quanquam non eges consilio, quo vales plurimum: tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent) hunc tuum tantum apparatum, támque præclarum, ne ad nihilum recidere patiare. tempus habes tale, quale nemo habuit vnquam. Hac grauitate Senatus, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore populi Romani potes in perpetuum metu & periculo Rempublicam liberare.

MATVRANTIVS. INTERDICTA) vetita. INDIXERIT) perinde habeatur, ac si indixerit. QVO) ad quam fortunam & vitam. A VECTORIBVS) ijs qui vehuntur: vtrunque tamen significat vector, & qui vehit, & qui vehitur.

Vector.

Septimæ Philippicæ Finis.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM PHILIPPICA OCTAVA.

ONfusius hesterno die est acta res Cai Pansa, quàm postulabat institutū Cōsulatus tui. Parum mihi visus es eos, quibus cedere non soles, sustinere. nā cū Senatus ea virtus fuisset, quæ solet: & cum re viderēt omnes esse bellum, quidámque id verbum remouendum arbitrarentur, tua voluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior.

TRAPEZVNTIVS.



Onfusius) Superiore oratione quam in Senatu habuit, cohortatione sua & sententia non tantum potuit vt fautores Antonij nō obtinuerint ne bellum decerneretur. Hac oratione confutat illorum sententiam, qui non animaduerterint si tumultus decernatur, bellum quoq; decerni. probat igitur bellum esse & maximum quidem, cōfutans sententias eorum. ad extremum dicit sententiam quæ est posita in fine orationis.

MATVR. SVPERIOREM Cicero habuerat orationem, & vt contra Antonium qui Mutinam obsidebat, & Decium Brutum Consulem designatum oppugnabat, bellum tandem decerneretur suaserat. Cúmque eorum valuisset sententia, qui non bellum appellandum, sed tumultum potius

censebant:hac oratione & L.Cæsaris sententiam cur sit dicta, videtur interpretari,& illorum arguit ac deridet inscitiam,qui aliud tumultum esse quàm bellum interpretabantur.cum bellum possit sine tumultu esse, sine bello tumultus esse non possit.differunt enim quòd genus & species, & quod animal & homo. Nam vt homo omnis animal est,sic omnis tumultus bellum, quod idem non erit si cõuertas,vt omne animal sit homo, & omne bellum sit tumultus:ea enim dũtaxat bella quæ vicina essent, tumult⁹ vocauere Romani, in quibus periculi vicinitate timor esset multus. Bellum igitur & quidem grauissimum probat esse confutatis aut aliorum sententijs, & in primis Q.Fusij Caleni suam in exitu orationis, quæ sit ostendit. Est autem hic finitionis status qui coniecturam sequitur:nam qui non potest dicere nõ factum aliquid,proximum habet,vt dicat non hoc nomine appellãdum quod factum est. Est autem finitio, rei propositæ propria & dilucida ac breuiter comprehensa verbis enũciatio. constat enim genere,specie,differentijs,proprijs:& in hac quidem caussa sic præcedit finitionem, coniectura hostis est Antonius,non est hostis,sed hostem esse probatum est pluribus coniecturis: quòd laudatæ legiones quæ eum deseruerunt, quòd laudatus & honoratus Octauius, quòd commendatus Decius & prouincia Gallia,quòd Consulem designatum & Coloniam populi Romani oppugnaret,prouinciamque vastaret.Sequebatur reprimendum esse:Cicero dicebat bellum contra hostem decernendum,ij quibus asperum nimis hoc videbatur, & qui Antonio fauebant,non bellum esse sed tumultum censebant appellãdum, quasi tumultus leuius quiddam bello esset. Cicero multo grauius ostendit & bellum omnino esse. Exorditur autem statim per expostulationem cum Consule Pansa,& ad ipsam rem quam primum accedit. CONFVSIVS)perturbatius. PARVM sustinere)statim enim inclinasti & veluti victus terga dedisti:sustinemus enim in bellis irruentium impetum. EA virtus) fortitudo & constantia. ID verbum)belli. IN dissentione)multorum concertatione. AD lenitatem)ad eos qui lenius se putabant verbũ quærere. PROpensior)inclinatior.

ASCEN. In dissentione)vidētur rect⁹ legere qui in discessione legũt.

Victa igitur est propter verbi asperitatem te authore,nostra sententia. Vicit Lucii Cæsaris amplissimi viri, qui verbi atrocitate dempta, oratione fuit, quàm sententia lenior. quanquam is quidem, antequam sententiam diceret, propinquitatem excusauit. Idem fecerat me

me Conſule in ſororis viro, quod hoc tempore in ſororis filio. vt & luctu ſororis moueretur, & ſaluti Reipublicæ prouideret. Atq; ipſe tamen Cæſar præcepit vobis quodammodo Patres Conſcripti ne ſibi aſſentiremini: cum ita dixit, aliam ſententiam ſe dicturum fuiſſe: eāq; ſe ac Republica dignam, niſi propinquitate impediretur. Ergo ille auunculus num etiam *auunculi, qui illi aſſenſi eſtis. At in quo fuit controuerſia? belli nomen in ſententia ponendum quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, ſed etiam verborum. poteſt enim *bellum ſine tumultu: tumultus, ſine bello eſſe non poteſt. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, vt *maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque maiores noſtri, tumultum Italicum, quod erat domeſticus: tumultum Gallicum, quod erat Ialiæ finitimus præterea nullum tumultum nominabāt. Grauius* etiā eſſe tumultum, quàm bellum, hinc intelligi *licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Ita fit, quemadmodum dixi, vt bellum ſine tumultu poſſit: tumultus ſine bello eſſe nō poſſit. *etiam cum inter bellum & pacem medium nihil ſit, neceſſe eſt tumultum, ſi belli non ſit, pacis eſſe. quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt? Sed nimis multa de verbo: rem potius videamus Patres Cōſcripti quàm quidem intelligo verbo fieri* deteriorem ſolere. Nolumus hoc bellum videri. Quam igitur municipiis & coloniis ad excludendum Antonium authoritatem damus? quam, vt

*vos

*eſſe.

*non

*autē eſſe

*poteſt.

*etenim cū

*interdum

vt milites * sint sine vi, sine tumultu, studio & volũtate? quàm vt pecunias in Rempublicam polliceantur?

* fiant.

ASCEN. Vicit L. Cæsaris) subauditur sententia. Victorinus tamen habet, Vicit L. Cæsar amplissimus vir. Habet etiam, Ne in nepotem moueretur: vbi alij, vt & Lucij sororis moueretur &c. Ex ijs quibus tumultum diffiniri dicit Maturantius, videtur legendum, Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta vt non maior timor oriatur? vulgo tamen deest negatio non: etiam in Victorino codice: sine qua, si recta est lectio, subaudiendum videtur solito: vt sit maior solito: vel maior, id est valde magnus. ego putem à Cicerone negationem appositam. Quod autẽ in bello Gallico, id est Trãsalpino & longinquo videtur contra mentem Ciceronis, qui dicit Gallos Italiæ finitimos.

MATVR. NOSTRA sententia) vt bellũ diceretur. PROPINQVITATEM) cum Antonio, cuius erat auũculus. Iuliæ matris eius frater. VIRO) P. Lentulo, qui cum Catilina coniurauit. PRAECEPIT) monuit. EAMQVE se ac Republica dignũ) scilicet dicturum fuisse. ILLI) L. Cæsari. IN sententia) vt dicerent decernendum quidem esse, non bellum, sed tumultum (potest enim bellum esse sine tumultu) nam genus est & comprehendit, non autem comprehenditur. vt omnis homo est animal, non autem omne animal est homo. QVID est enim tumultus) hæc est definitio quæ constat ex genere, quod est perturbatio, & differentia quæ est timor tantus vt maior esse nõ possit. DOMESTICVS) pene domesticus timor. GALLICVM) Cisalpinæ Galliæ. PRAETEREA) præter domesticum & finitimum. HIC) in hac caussa. GALLICO) Transalpino & longinquo. VACATIONES) beneficio Senatus & populi publice vel priuatim concessæ.

MEDIVM nihil sit) nam inducię pax sunt, sed temporaria: ne quis de illis forte obijciat, ostendit per definitionem aliud tumultum, aliud bellum esse: nunc autem argumentatatur à consequenti detrimẽto, si bellũ non vocetur.

Militię genera.

Tumultus.

BEROAL. Tumultus sine bello esse nõ potest) apud maiores tria erãt militiæ Genera in bellis gerendis: Nanque aut legitima erat militia, aut cõiuratio, aut euocatio. Legima erat militia eorum, qui singuli iurabãt pro Republica se militaturos, nec discedebant nisi completis stipendijs, & sacramẽta vocabantur. Aut si esset tumultus, id est si esset bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus: vnde nomen tumultus deriuatum, tunc singulos non vacabat. Qui fuerat ducturus exercitum ibat ad Capitolium & exinde proferens duo vexilla, vnum roseum, quod pedites euocabat: & vnum cæruleum, quod erat equitum, dicebat, qui vult Rempublicam saluam esse, me sequatur, & qui conueniissent simul iurabant, & dicebatur ista militia, coniuratio. Erat & tertium militiæ genus euocatio. De tumultu dixit poeta, Simul omne tumultu Cõiurat trepido Latiũ. Quin-

tilianus in ſeptimo docens argumenta duci ab etymologia,ait Mar. Tullium hinc argumentari,dum definit quid ſit tumultus. Item in tertio, In deliberatiuis interdũ eſt finitio vt apud Ciceronem in Philippicis, quid ſit tumultus.

Inter pacem & bellum nihil medium ſit) ſunt quædam, quæ vt Philoſophi & dialectici ſubtiliter diſputant, medium habent: quædam vero immediata,hoc eſt medium non habent. exempli cauſſa, mediata ſunt album & nigrum: eſt enim horum medius quilibet alius color,qui neque candidus ſit neque niger,vt luteus,ruber, & viridis:ſic inter frigidum & calidum, nouimus aliquid medium eſſe quod tepidum vocant:ſic aliquis beatus eſt, aliquis miſer,aliquis nec miſer,nec beatus,immediata vero contraria ſunt, quæ medium non habent,vt leuitas & grauitas,vt ſanitas & imbecillitas, vt bellum & pax: horum enim nihil eſt medium: immediatorum eſt iſta natura, vt alterum ſemper ineſſe ſubiecto neceſſe ſit, vt corpori grauitatem vel leuitatem,ſanitatem vel imbecillitatem: conſimiliter in rebus humanis neceſſe eſt vt ſemper ſit aut pax aut bellum. Quoniam hæc mediata ſunt, & horum nihil medium poteſt inueniri. hinc ſcite atque ſubtiliter argumentatur M. Tullius,tumultum,cum pacis non ſit,neceſſario belli eſſe.

Si enim belli nomen tollitur, municipiorum ſtudia tolluntur:conſenſus populi Romani qui iam deſcendit in cauſſam, ſi nos langueſcimus,debilitetur neceſſe eſt. Sed quid plura?*dum Brutus oppugnatur,non eſt bel- *D. Brut⁹.
lum? Mutina obſidetur: ne hoc quidem bellum eſt? Gallia vaſtatur, quæ poteſt pax eſſe certior? Illud vero quis poteſt bellum non eſſe dicere?quo fortiſſimum virum cum exercitu miſimus: qui cum eſſet infirmus & graui diuturnóque morbo,nullam putauit ſibi excuſationem eſſe oportere, cũ ad Reipublicæ præſidium vocaretur. C. quidem Cæſar nõ expectauit noſtra decreta, præſertim cum eſſet illius ætatis: Bellum contra Antoniu m ſua ſponte ſuſcepit. decernendi enim tempus nondum nouerat: belli autem gerendi tempus ſi prætermiſiſſet, videbat Republica oppreſſa nihil poſſe decerni. Ergo illi nunc, & eorum exercitus in pace ver-

ſantur: non eſt hoſtis is, cuius præſidium Claterna deiecit Hirtius: non eſt hoſtis, qui Conſulem armatus obſidet, qui Conſulem deſignatum oppugnat. nec illa hoſtilia verba, nec bellica, quæ paulò antè ex Collegæ literis Panſa recitauit, deieci præſidium, Claterna potitus ſum, fugati eqnites, prælium commiſſum, occiſi aliquot. Quæ pax poteſt eſſe maior? delectus tota Italia decreti ſublatis vacationibus: ſaga cras ſumentur: Conſul ſecum præſidio deſcenſurum dixit, vtrum hoc bellum non eſt? an etiam tantum bellum, quantum nonquam fuit? cæteris enim bellis, maximéque ciuilibus, contentionem Reipublicæ cauſſa faciebat. Sylla cum Sulpitio de iure legum, quas per vim latas Sylla dicebat. Cinna cũ Octauio, de nouorũ ciuiũ ſuffragiis: rurſus cum Mario & Carbone Sylla, ne dominarentur indigni, *vt clariſſimorum hominum crudeliſſimam *puniret necem. horum omnium bellorum cauſſæ ex Reipublicæ contentione natæ ſunt. de proximo bello ciuili non libet dicere: ignoro cauſſam: deteſtor exitum.

*&

*vlciſceret

Cinna.

TRAP. Cinna cum Octauio) Pulſis Marianis Cinna Conſul de exulibus reducendis legem ferebat, ſed Octauius Collega quieti atque ocio conſulens adiuuante Senatu, Cinnam eiecit. is poſtea cum Mario reuerſus vltus eſt iniuriam ſuam: nam caput Octauij Cõſulis pro roſtris propoſitũ eſt: Fimbria, Cráſſi pater & filius. Catulus, Merula, ſacerdos Anchari⁹, Quint⁹ Mutius Scęuola interfecti ſunt.

Fimbria.

Claterna.

BEROAL. Præſidium Claterna deiecit) Oraculum Plinianum eſt, Suiquẽq; ſitus & regionis diligentiſſimum authorem videri. Itaq; cum Claterna in territorio noſtro fuerit, eiuſq; extent expreſſa veſtigia, nõ debemus pati hæc ab alijs perperam, temereq; proferri. Fuit enim antiquit⁹ Claterna oppidum in agro Bononienſi, ſecus Aemyliam viam, inter Bononiam & forũ Cornelij, quaſi in meditullio poſita, hodieq; fluuius illic labens vulgo à no-

ſtris Claterna nominatur,à quo inditum fuit oppido nomen. In Epiſtolis ad Caium Caſſium ſic ſcriptum eſt, Magno præſidio Bononiam tenebat Antonius, erat Claternę Hirtius noſter, ad forum Cornelij Cæſar, vterq; cũ firmo exercitu. proinde errore manifeſtiſſimo cæcutiũt, qui ſinceriore ſcriptura interlita non Claternam legunt ſed Cliternam.

MATVR. DESCENDIT in cauſſam) in eam in qua nos ſumus, & idẽ ſentit quod nos. QVAE poteſt pax eſſe certior) ironice. FORTISSIMVM virum) alterum Conſulem Hirtium. EIVS ætatis) pene puer. DECERNENDI) ſtatuẽdi cum Senatu. IN pace verſantur) quaſi dicat minime, nã eſt hoſtis Antonius. CLITERNA) ſic arbitror legendum: nam Claterna oppidum eſt Appuliæ, Cliterna vero in medio Parmæ & Bononiæ exiguũ oppidum fuit. Cicero in Epiſtola ad C. Caſſium, Paruis omnino iam copijs obſidebatur, quòd magno præſidio Bononiam tenebat Antonius. erat autẽ Cliternæ noſter Hirtius, ad forum Cornelij Cæſar. EX collegæ literis) ſic enim Hirtius ſcripſerat. QVAE pax poteſt eſſe maior) cũ deriſu pronunciandum. SAGA) militaris habitus ab omnibus ſumetur: ſic enim decretum fuerat. CONSVL) Hirtius. DESCENSVRVM) ex Cliterna.

Saga.
Cliterna.

MVTINAM) cum præſidio, quo tutus ab Antonio eſſet. SYLLA cum Sulpitio) vt intelligi res poſſit facilius, expetenda eſt altius. POST ſociale bellum) cum Mithridates Ponti rex Bythiniam & Phrygiam aliaſq; Romanorum in Aſia prouincias inuaderet, L. Sylla Conſul cum Q. Pompeio declaratus, Mithridaticum bellum ſortitus eſt, ad quod anhelans Marius cupidita te accenſus P. Sulpitium Tr. pl. multis pollicitationibus ſibi conciliauit, & vt conſequi quod optabat facilius poſſet, nouos ciues qui minus poſſidebãt, & idcirco vltimi ſuffragium ferebant, inutileſq; fere erant: id impellit, vt admiſceri tribus poſtulent, legem ferre volenti Sulpitio repugnatum à veteribus ciuibus eſt. & in nouis lapidibus ligniſq; depugnatum. Res etiam per Conſules dilationibus impedita, poſt multas tamen contẽtiones lex perlata eſt Q. Pompeio altero Conſule è foro fugiente eiuſq; necato filio, ac Sylla omnia timore concedere coacto. Horum nouorum ciuiũ ſuffragijs qui numero veteribus longe erant ſuperiores lata à Sulpitio lex, qua prouincia Mithridatica adempta Syllæ, & Mario adiecta eſt: Sylla tamen veluti contra Mithridatem profecturus, Capuam confeſtim ad exercitum ſe contulit, apud quem pluribus de iniuria conqueſtus eſt, & Romam reuerſus atq; hoſtiliter ingreſſus eſt: Marius & cum eo. xij. pulſi & hoſtes iudicati. Sulpitius interfectus. Fugiens Marius in Minturnenſi palude delituit, captus eſt à Minturnẽſibus, & in cuſtodiam apud Fànniam mulierem datus: moxq; emiſſus in Africã nauigauit. hiſtoriam Appi. & Plut. ſcribũt pluribus. DE iure legum) & aliarum, & eius qua tribus admixtæ ſunt: & item eius qua decreta Syllæ prouincia Mario delata eſt. CINNA cum Octauio de nouorum ciuium ſuffragijs) exulum amici Cinna Conſ. poſt Syllam declarato cum Octauio, rurſus

Marij fuga

nouos ciues abrogatis per Syllam Sulpitij legibus, ad idem petendum, vt tribus admiscerentur, impellunt. Et nouis quidē Cinna, veteribus Octauius fauebat. Vincitur Cinna, pellitur vrbe, fugit ad partes: redit Marius Carthagine, Cinnæ iungitur, adduntur Sertorius, Carbo, Romam ingrediuntur, plurimas edunt cædes: exul fit Sylla, qui victor postea ex Mithridatica reuersus prouincia, afflictis aduersarijs. Dictaturam inuasit. DE PROXIMO) Pompeiano.

Hoc bellum quintum ciuile geritur, atq; omnia in nostram ætatem inciderunt. Primùm non modo nō in dissensione & discordia ciuium, sed in maxima cōsensione, incredibiliq; cōcordia. omnes idem volunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cum omnes dico, eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quæ est igitur in medio belli caussa posita? nos deorum immortaliū templa, nos muros, nos domicilia, sedesq; populi Ro. penates, aras, focos, sepulchra maiorum, nos leges, iura, libertatem, coniuges, liberos, patriam, defendimus. cōtrà, M. Antonius id molitur, id pugnat, vt hæc omnia pertur bet, euertat, prædam Reip. caussam belli putet, fortunas nostras partim dissipēt, partim dispertiat parricidis. In hac tam dispari ratione belli miserrimū illud est, quod ille latronibus suis pollicetur primùm domos: Vrbem enim se diuisurum confirmat: deinde omnibus portis, quo velint, deducturum. omnes Casones, omnes Saxæ, cæteraq; pestes, quæ sequuntur Antoniū, ædes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt: atque etiam homines agrestes (si homines sunt illi potius, quàm pecudes) inani spe ad aquas vsque Puteolanas prouehuntur. Ergo habet Antonius quod suis polliceatur. Quid

nos? nunquid tale habemus? dii meliora. id enim ipsum agimus, ne quid posthac eiusmodi quicquã possit polliceri. Inuitus dico, sed dicendum est: hasta Cæsaris P.C. multis improbis & spem affert, & audaciam. viderunt enim ex*modicis fieri repente diuites. Itaq; hastam sem per videre cupiunt ii, qui nostris bonis imminent, quibus omnia pollicetur Antonius. Quid nos nostris exercitibus? quid pollicemur? multò meliora atque maiora. scelerum enim promissio, & iis qui expectant, pernicio sa est, & iis qui promittunt. Nos libertatem nostris militibus, iura, leges, iudicia, imperium orbis terræ, dignitatem, pacem, ocium pollicemur. Antonii igitur promissa cruenta, tetra, scelerata, diis, hominibúsque inuisa, nec diuturna, neq; salutaria. nostra contrà, honesta, integra, glorioſa, plena lætitiæ, plena pietatis. Hic mihi etiã Q. Fusius vir fortis ac strenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat: quasi verò si laudanda pax esset, ego* id æque commode facere non possem.

*mẽdicis

*idem face com.

MATVRANTIVS. HOC bellum ciuile quintum geritur) Primũ fuit Syllæ, contra Marium & Sulpitium, quo Marius fugit, Sulpitius perijt: Cinnæ & Octauij Consulum, quo superior Octauius Cinnam expulit, qui confugit ad partes. Secundum Cinnæ, Marij, Sertorij, Carbonis, qui quadruplici agmine in vrbem rediere, & plures ex Romanis principibus trucidauere: inter quos Octauium Cõsulem, M. Antonium Oratorem, M. Crassum vnà cũ filio, Fimbriam, Bebium, Numitorium, Merulam, Anacharium, & alios nõ nullos. Tertium Syllæ ex Asia reuertentis Consulibus Norbano & Scipione, cum Norbani ad Capuam fudit exercitum, & apud Sacriportum debellauit omnes hostium copias. totq; tum in prælijs, tum in vrbe, & inermes occidit, quot numerare difficile est, proposita illa ingenti proscriptionis tabula, qua ad duo milia ex ipso equestris ordinis flore, ac Senatu, electi, qui mori iuberentur. Quartum Cæsaris & Pompeij. Quintum intelligit quod geri-

Bella ciuilia quinq;,

tur contra M. Antonium. IGNORO cauſſam) non quòd re vera ignoret, ſed præ dolore nõ libet dicere. EXITVM) quòd perijt Põpeius. QVINTVM) cum M. Antonio. IN noſtram ætatem) ſuperiora ſicut hoc præſens. PRIMVM) cætera ex diſſenſione nata ſunt, & ciuium contentione: in hoc vero omnes conſentiunt, & idem volunt, ſcilicet perſequendum eſſe Antonium. EOS ſceleratos & impuros) qui Marco hærent & Lucio. Quæ eſt igitur in medio cauſſa belli poſita? Nobis cauſſa belli eſt vt defendamus, quę euertere optat & quærit Antonius. PRAEDAM) vt Rempub. diripiat. OMNIBVS portis) quibuſcũq; velit portis Vrbis. QVO velit) ad quaſcunq; optent villas ad prædia, & quæcũq; cõcupierint ciuiũ bona. OMNES Cafones omnes Saxæ) Cafo & Saxa, gladiatores fortaſſe, certe improbiſſimi Antonij ſectatores. TVSCVLANA Albana) villas & prædia in Tuſculano & Albano. AD aquas Puteolanas) ac ſi diceret Puteolanum littus, ad quod prouehebantur, hoc eſt perducebantur ſpe obiecta, vt illic prædia haberent, quæ alijs adimerentur: Vel aquas calidas intelligit, quæ in toto illo Baiarum, Cumarum & Puteolano tractu exiſtunt. HASTA Cæſaris) hoc idem Cicero ipſe in Officijs. QVINTVS Fuſius Calenus) is Senator erat & ſub pacis ſuadendæ prętextu Antonium defendebat. Fuit autem in partibus Cæſaris bello ciuili, & Ciceroni parum amicus, vt in Epiſtolis ad Atticum pluribus cognoſcitur locis.

Fuſius Calenus.

Semel enim pacem defendi? nõ ſemper ocio ſtudui? quod cum omnibus bonis vtile eſt, tũ præcipue mihi. quem enim curſum induſtria mea tenere potuiſſet, ſine forenſibus cauſſis, ſine legibus, ſine iudiciis? quæ eſſe nõ poſſunt ciuili pace ſublata. Sed quæſo Calene, quid? tu ſeruitutem pacem vocas? maiores quidem noſtri nõ modo vt liberi eſſent, ſed etiam vt imperarent, arma capiebant: at tu arma abiicienda cẽſes, vt ſeruiamus. Quæ cauſſa iuſtior eſt belli gerẽdi, quàm ſeruitutis depulſio? í qua etſi nõ ſit moleſtus dominus: tamẽ eſt miſerrimũ, poſſe, ſi velit. immo alia cauſſa iuſta ac neceſſaria eſt, niſi forte ad te hoc non putas pertinere, quòd te ſociũ fore ſperas dominationis Antonii. in quo bis falleris: primum

mum,quòd tuas rationes communibus anteponis: deinde,quòd*quicquam ſtabile in regno, aut iucundũ putas,non ſi tibi antea profuit,ſemper proderit.quinetiam de illo homine quæri ſolebas: quid te facturum de belua putas? Atqui*ais eum te eſſe qui ſemper pacẽ optaris,ſẽper omnes ciues ſaluos volueris. honeſta ratio, ſed ita,ſi bonos,& vtiles Reipub.ciues:ſin eos,qui natura ciues ſunt,voluntate hoſtes,ſaluos velis:quid tandem intereſt inter te & illos? Quid?pater tandẽ tuus,quo vtebar ſene*adoleſcens*non ſeuerus & prudens primas omnium ciuium P.Naſicæ,qui Tyberium Gracchũ interfecit,dare ſolebat,eius*virtute,conſilio,magnitudine animi,liberatam Remp.*arbitrabatur. Quid nos àpatribus,num aliter accepimus?Ergo is tibi ciuis, ſi temporibus illis fuiſſes,non probaretur: quia non omnes ſaluos eſſe voluiſſet. Quòd L.Opimius Conſul, verba fecit de Rep.de ea re ita cenſuerunt,vti Opimius Conſul Remp.defenderet.Senatus hoc verbis,Opimius armis. num igitur eum,ſi tum eſſes,temerarium ciuẽ,aut crudelem putares?aut Q.Metellũ,cuius quatuor filii Conſulares?aut P.Lentulum principem Senatorem,*aut cẽ plures alios ſummos viros,qui cum L. Opimio Conſule armati Gracchũ in Auentinum perſecuti ſunt ? quo in prælio Lentulus graue vulnus accepit:interfectus eſt Gracchus , & M. Fuluius *Conſularis eiuſq; duo adoleſcentuli filii.Illi igitur viri vituperandi?non enim ciues omnes ſaluos eſſe voluerunt . Ad propiora veniamus.C.Mario,L.Valerio Conſulibus,Senatus Rẽp.de-

*quicquid

*es qui

*in ant.codi.deeſt qu d et tãdem.

*authore.

* hõ, ſeu.

* enim,

* arbitra. tur,

quid cõp.

* conſulares.

fendendam dedit: L. Saturninus Trib. pl. Glaucia Prætor est interfectus. omnes illo die Scauri. Metelli, Claudii, Catuli, Scæuolæ, Crassi arma sumpserunt, num autẽ Consules illos, aut clarissimos viros vituperãdos putas?

ASCEN. In Victorino est, Semper enim pacem defendi, nam ocio semper studui. quæ lectio manifesta est, nec video cur mutanda: vt enim legatur per figuratam interrogationem quæ negationem innuit, refragatur particula, enim: nam tali interrogationi aptior sit particula, nam: posset etiam citra interrogationem legi sic, Semel enim, id est sine mutatione defendi pacẽ, nã semper &c. quæ lectio non minus placet. Lego, Atqui ais eum te esse qui semper pacem &c.

MATVR. SEMEL enim pacem defendi?) quasi dicat, non semel: sed pacem semper defendi, & ocio studui: probat errare Calenum, quoniam ea pax quam suadet, seruitus potius sit. POSSE) scilicet iniustũ esse. ANTEA) dominante Cæsare, cui charus fuit Fusius. DE illo homine) Cæsare. DE belua) Antonio. AT qui es) sic dicebat Calenus. QVID interest inter te & illos) qui malis fauet, is non nisi malus censeri potest. P. Nasicam) is est qui vir optimus à Senatu est iudicatus, & ob insignem prudentiam Corculũ appellatus: P. Scipionis Africani superioris patruelis frater: CN. Scipionis, qui in Hispania vnà cum Pub. fratre cecidit filius: Tyberium Gracchum Africani ex filia nepotem, Tribunum plæbis qui pernicioſas leges tulerat, & prorogare sibi magistratum volebat, omniaq; aduersus nobilitatẽ moliebatur: Mutio Cõsule segniter cessante, præfatur vt se quicũq; saluam Remp. vellet, sequeretur, persecutus in Capitolium oppressit. P. Nasicam. NVM aliter) q̃ pater tuus & dicebat & sentiebat. NON omnes) qui voluissent perire Tyberium.

QVOD L. opimius) cum C. Gracch⁹ & ipse Tr. pl. ea grassaretur via, qua frater Tyberius grassatus fuerat, & de ea re L. Opimius Consul retulisset. cẽ fuerunt Senatores vt videret ne quid Respub. detrimenti caperet: is Caiũ qui armata familia Auentinum occupauerat inuasit, & fugientem vel sua vel serui manu interfecit. AVT QV. Metellum) ij omnes armati cum L. Opimio Gracchũ persecuti sunt. QV. Metellum) qui à deuicta Macedonia, Macedonicus est cognominatus, quatuor filiorũ pater supremo tẽpore humeris eorum ad sepulturã latus est: ex quibus Prætor vnus, duo Cõsulares, duo triũphales, vnus Cẽsor⁹, author Plin. P. Lentulũ) libro de claris Oratorib⁹ meminit. GRACCHVS & M. Fului⁹) soci⁹ eiusdẽ furoris. EIVS) Fuluij Flacchi.

C. Mario) qui fuit septies Consul & Arpinas. L. Apuleius Saturninus) seditiosum egit Tribunatum, multas inuito Senatu leges tulit. Nouiũ cõpetitorẽ occidit. Qu. Numidicum quòd in suas leges non iuraret, in exilium

P. nasica.

P. Metell⁹.

abire cõpulit: Tertio Tribunus refectus est, à Mario Cõsule tãdem Senatus authoritate armato in Capitolio vnà cum Glaucia eiusdem furoris socio obsessus est, cûmque se eidem Mario dedidisset, minime seruata fides est, Glauciæ facta ceruix: Apuleius cum in curiam fugisset, lapidibus & tegulis interfectus est, caput eius à Rabirio quodam Senatore in ludibrium per conuiuia circunlatum est. OMNES illo die) hæ omnes nobilissimæ & illustrissimę Romæ fuere familiæ. CONSVLES illos) Caium Marium & L. Valerium.

TRAP. Industria) labor honeste susceptus propria virtus summorum virorum qui in iure versantur, & eius quem Græci πολιτικὸν appellant, ab instruo dictũ. Quod L. Opimi⁹) interfecto Tyberio Graccho, C. Gracch⁹ eius actiones de re agraria suscipiens cum Capitoliũ occupasset, L. Opimio Consule authore est intefectus. à Glaucia Prætore L. Apuleius Saturninus instigãte Mario, interfecto Antonio in ei⁹ locũ collegã C. Mario Cõsuli quẽ dam C. Gracchum substituere conatus, hominem sine tribu, sine nomine, vt ei⁹ auxilio leges Gracchanas asserere posset. Verum nõ obtinuit) postea cũ Caium Memmium competitorem Glauciæ interfici iussisset, vt Glauciam sibi adiungeret ipso Glaucia duce & Mario adiuante (timebant enim ne libertatem occuparet) interfectus est: nam cum & ipse in capitolium confugisset, tandem per legatos in Senatum venit, ibi facta irruptione populus fustibus saxísque opertum in ipsa quoque morte lacerauit.

Ego Catilinam perire volui. num tu, qui omnes saluos vis, Catilinam saluũ esse voluisti? Hoc interest Calene, inter meam sententiam & tuam. ego nolo quenq̃ ciuem committere, vt morte mulctandus sit: tu, etiam si commiserit, conseruandum putas. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri ac secari *patimur, vt membrorũ aliquod potius, quàm totum corpus intereat: sic in Reip. corpore, vt totum saluũ sit, quicquid est pestiferum amputetur. Dura vox: multò illa durior, salui sint improbi, scelerati, impii: deleantur innocẽtes, honesti, boni, tota Resp. vno in homine Qu. Fusi fateor te vidisse plusquã me. Ego P. Clodium arbitrabar pernicioſum ciuẽ, sceleratũ, libidinosum, impiũ,

* quod noceat

audacem,facinoroſum:tu cõtrà,ſanctum, temperatum, innocentem,modeſtum, retinendum ciuem & optandum.in hoc vno te plurimum vidiſſe, multùm me erraſſe concedo.nam me tecum iracunde agere dixiſti ſolere:non eſt ita.vehementer me agere fateor, iracunde nego:omnino iraſci amicis non temere ſoleo, neſi merentur quidem. Itaq; ſine verborũ contumelia à te diſſentire poſſum:ſine animi ſummo dolore non poſſum. parua eſt enim mihi tecum,haud parua de re diſſenſio. *Ego huic vel huic vel illi videlicet faueo:tu illi.immo vero ego D.Bruto faueo,tu M.Antonio.ego conſeruare coloniam*percupio:tu expugnare ſtudes. anhoc negare potes,qui omnes moras interponis , quibus infirmetur Brutus,melior fiat Antonius? Quouſq; enim pacem dicis velle te?res geritur,conductæ vineæ ſunt,pugnatur acerrime.qui intercurrerẽt,miſimus tres Principes ciuitatis:hos cõtẽpſit,reiecit, repudiauit Antonius: tu tamẽ permanes cõſtantiſſimus defenſor Antonii. & quidẽ quo melior Senator videatur, negat ſe illi amicũ eſſe debere,cũ ſuo magno beneficio*reũ veniſſe eũ cõtra ſe. Vide quãta charitas ſit patriæ,cũ homini ſit iratus, tamẽ Reip.cauſſa defendit Antoniũ. ego te,cũ in Maſſiliẽſes tã ſis acerbus Fuſi,nõ animo æquo audio. Quouſq; enim Maſſiliã expugnabis?ne triũphus quidẽ finẽ fecit belli?per quẽ ſũblata eſt vrbs ea,ſine qua nunq̃ ex Trãſalpinis gẽtibus maiores noſtri triũpharũt. Quo qui dẽ tẽpore Pop.Ro.ingemuit . q̃q̃ enĩ proprios dolores ſuarũ rerũ oẽs habebãt,tamẽ huius ciuitatis fideliſſimæ

*ego huic vid.
*pop.Ro ceu,

reũvacat in cod. ant.

miſerias nemo erat ciuis, qui à ſe alienas arbitraretur. Cæſar ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat. te nulla *calamitate ciuitas ſatiare tam fidelis poteſt? Rurſus iam me iraſci fortaſſe dices, ego autem ſine iracundia dico, vt omnia, nec tamen ſine dolore. neminem illi ciuitati inimicum eſſe arbitror, qui amicus ſit huic ciuitati. Excogitare quæ tua ratio ſit Calene non poſſum. Antea deterrere te, ne popularis eſſes, non poteramus: vt nunc ſis popularis, exorare non poſſumus. Satis multa cum Fuſio, ac ſine odio omnia, nihil ſine dolore. Credo autem qui generi querelam moderate ferat, æquo animo laturum amici.

* ſua.

MATVRANTIVS. VRI ac ſecari patimur) Ouidius. Sed immedicabile vulnus Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur. DVRA VOX) hæc mea. VNO in homine) Publio Clodio. totus autem hic ſermo ironic⁹ eſt. VEHEMENTER) cum contentione & dicendi genere concitato: animo vero ſedato & leni. TV illi) Antonio, COLONIAM) Mutinam. VINEAE) inſtrumentum militare vinea eſt: crates ſcilicet vineæ terra & arborum ramis opertæ, ſub quibus milites latent, muros hoſtiles ariete demoliẽtes & ab ſaxis tuti, quæ ex propugnaculis deijciuntur. TRES principes) tres Legatos de quibus iam dictum. ET quidem quo melior) ad P. C. cõuertitur: quo melior Senator videatur Fuſius, negat ſe Antonio amicum eſſe, dicens eum ſcilicet Antonium veniſſe contra ſe reum, hoc eſt accuſatum aliquando & reum factum cum ſuo magno ipſius Antonij ſcilicet beneficio, qui ſubornatus & in Fuſium productus, magni idcirco aliquid conſequutus eſſet VIDE quanta ſit charitas patriæ) omnia ironice & cum deriſu: in cõtrarium enim vertitur ſenſus verborum. Maſſilienſes Cæſare occiſo quæ victor ille ademerat repetitum venerant à Senatu. Cicero ad Atticũ in Epiſtola, Maſſiliẽſibus ſua reddis: hæc armis (que quã firma habeamus, ignoro) reſtitui fortaſſe poſſunt, authoritate non poſſunt. QVINTVS Fuſius impugnabat) Cicero Maſſilienſibus aderat & defendebat ac iuuabat quantum poterat, iccirco acerbitatem nunc Fuſij in amiciſſimam populi Romani ciuitatẽ inuadit. HOMINI) Antonio qui contra eum reũ venerat. TRIVM-

Vineæ. Crates. Maſſilia.

Triũphus de Massiliẽsibus.

PHVS) de quo inquit in Officijs Cicero, Itaque vexatis & perditis cæteris nationibus ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharũt. ILLIS) Massilienſibus. REMITTEBAT) quotidie lenior fiebat. POPVLARIS) populo fauens, & eius gratiam colligere ſtudens. VT nunc ſis popularis) rem populo gratam facias, & in Antonium, quem populus odit potius dicas quàm eum defendas. GENERI) Panſæ Conſulis, quod ex epiſtola ad Brutum colligo, vbi inquit Cicero, Erat præterea in Senatu Panſa ſatis vehemens & acer: cum in cæteros huius generis, tum in ſocerum conqueſtus in Senatu longa oratione de Caleno fuerat Panſa. quod Antonio faueret.

Popularis.

TRAP. Conductæ vineæ ſunt) prouerbium quod tunc vſurpari ſolet, cum ſpatium alicuius rei gerendæ aut faciendæ ſublatum eſt.

Venio nunc ad reliquos Cõſulares, quorum eſt nemo (iure meo hoc dico) qui non mecum habeat aliquã coniunctionem gratiæ, alii maximam, alii mediocrem, nemo nullam. Quàm heſternus dies nobis (Conſularibus dico) turpis illuxit? iterum Legatos? Quid? ille faceret inducias? ante Cõſulem, oculóſque Legatorum, tormentis Mutinam verberauit: opus oſtendebat, munitionémque Legatis: ne punctum quidem temporis, cũ Legati adeſſent, oppugnatio reſpirauit. Ad *hunc Legatos? cur? an vt in eorum reditu vehementius pertimeſcatis? Equidem cum antea Legatos decerni non cenſuiſſem, hoc me tamen conſolabar: quod cum illi ab Antonio contempti & reiecti reuertiſſent, dixiſſentq; Senatui non modo illum è Gallia non diſceſſiſſe, vt cẽſuimus, ſed ne à Mutina quidem receſſiſſe, poteſtatem ſibi D. Brut. conueniendi non fuiſſe, *fore vt omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, *æquis viribus D. Bruto ſubueniremus. Nos etiam languidiores facti ſu-

*adhuc

*putabam

*equis,

mus, postquam Antonii non solum audaciam & scelus, sed etiam insolentiam, superbiámque perspeximus. Vtinam Lucius Cæsar valeret, Seruius Sulpitius viueret: multo melius hæc causſa ageretur à tribus, quàm nunc agitur ab vno. Dolenter hoc dicam potius, quàm contumelioſe. deſerti *inquam ſumus Patres Conſcripti à principibus. ſed, vt iam ſæpe dixi, omnes in tanto periculo, qui recte & fortiter ſentient, erunt Conſulares. Animum nobis afferre Legati debuerunt, timorem attulerunt: quanquam mihi quidem nullum vnquam timorem: quanuis *de illo ad quem miſſi ſunt, bene exiſtiment: à quo etiam mandata acceperunt. Proh dii immortales, vbi eſt ille mos, virtúſque maiorum? Caius Pompilius apud maiores noſtros, cum ad Antiochum Regem Legatus miſſus eſſet, & verbis Senatus nunciaſſet, vt ab Alexãdria diſcederet, quam obſidebat: cum tempus ille differret, virgula ſtantem circunſcripſit, dixítque ſe non antea renunciaturum Senatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quàm ex illa circunſcriptione excederet. Præclare. Senatus enim faciem ſecum attulerat, authoritatémque Reipublicæ. cui *non paret, non ab eo mandata accipiẽda ſunt, ſed ipſe eſt totus repudiandus. An ego ab eo mandata acciperem, qui Senatus mandata cõtemneret? aut ei cum Senatu quicquam commune iudicarem, qui Imperatorem populi Romani Senatu prohibente obſideret? At quæ mandata? qua arrogantia? quo ſtupore? quo ſpiritu? Cur autem ea Legatis noſtris dabat? cum

*deſertĩ

*illi

*is qui

ad nos Cotylam mitteret ornamentum atque arcem amicorum suorum, hominem ædilitium: si vere tum fuit AEdilis, cum eum iussu Antonii in conuiuio serui publici loris ceciderunt. At quã modesta mandata fert? ii sumus Patres Conscripti qui quicquã huic negemus?

MATVRANTIVS. ITERVM Legatos) scilicet censuerunt mittendos vt tẽtaretur, possẽnt ne proficere qui mitterentur, postquam nihil profecerant qui missi prius fuerant. QVID?) suspendendum est, & cum indignatione pronũciandum. ILLE) Antonius. quasi dicat minime faceret inducias. ANTE Conf.) Hirtiũ. RESPIRAVIT) intermissa est. ADHVC Legatos) scilicet mittem⁹. SIBI) ipsis Legatis. CONVENIENDI) colloquendi. LVCIVS Cæsar) vnus ex Legatis. SERVIVS Sulpitius) qui mortuus est in Legatione. A TRIBVS nobis) quàm à vobis omnibus. NVLLVM vnquam timorem attulerunt) nam hæc præuideram, & timueram mea sponte prius. CAIVS Pompilius) is à Senatu Legatus ad Antiochum missus vt bello quo Ptolemæum lacessebat, abstineret cum ad eum veniisset. atque is prompto animo & amicissimo vultu dextram ei porrexisset, inuicem illi suam porrigere noluit. Sed tabellas Senatusconsultũ continẽtes tradidit, quas vt legit Antiochus dixit se cũ amicis collaturũ: indignat⁹ Põpili⁹ quod aliquã moram interposuisset, virga solum quo insistebat denotauit, & prius inquit quã hoc circulo excedas, da responsum, quod Senatui referam. continuo Rex affirmauit fore ne amplius de se Ptolemæus conquereretur: ac tum demum manum eius Pompilius tanquam socius apprehendit. Liuius author libro lxv. ab Vrbe condita. Valerius libro sexto titulo de grauiter dictis aut factis. COTYLAM) hũc in Epistolis quoque ad Atticũ nominat, & cum stomacho Aedilitium vocat. SERVI publici) quibus in munere Aedilitio vtebatur Respublica.

ASCEN. In Victorino quoque est multo melius, hæc causa ageretur à tribus quàm nunc agitur ab vno: quo modo legendum esse quis dubitet: nã tunc agebatur ab vno Cicerone non ab omnibus.

TRAP. Virgula circunscripsit) id est circunduxit lineas quasdam in modum geometricum, quod dicunt Græci περιέγραψε.

BEROAL. Pompilius apud maiores) Plinius à cæteris scriptorib⁹ dissentiẽs non Pompilum hũc appellat, sed Octauium. cuius hæc verba subscripsi, ex libro. xxxiiij. quæ sunt hæc. Non præteribo Caium Octauium ob vnum verbum quo Regem Antiochum dilaturum se responsum dicentem, virga quam tenebat forte circunscripsit, & prius quàm egrederetur circulo

culo illo, responsum dare coegit: in qua Legatione interfecto Senatus statuã poni iussit q̃ oculatissimo loco in Rostris. Hactenus Plinius. Cui fortasse sicut olim Ciceroni obrepsit μνημονικὸν μμάρτημα id est memoriæ peccatum. Nisi prius respõdisset) Apud Plutarchũ sic Græce scriptum est ἐυναῦθα τοίνυν ἑστὼς βούλευσαι καὶ ἄποκριναι, id est hic ergo stans consulta & responde.

Vtrãque prouinciam inquit remitto, exercitum depono, priuatus esse non recuso. Hæc sunt enim verba. redire ad se videtur, omnia obliuiscor, in gratiã redeo. Sed quid adiungit? si legionibus meis, & si equitibus, & si cohorti Prætoriæ prædam agrumque dederitis. His etiam præmia postulat, quibus vt ignoscatur, si postulet, impudentissimus* videatur: Addit præterea, quos ipse cum Dollabella dederit agros, teneant ii, quibus dati sunt. hic est Campanus ager & Leõtinus, quæ duo maiores nostri annonæ perfugia ducebant. Cauet mimis, aleatoribus, lenonibus: Cafoni etiam & saxæ cauet: quos Centuriones pugnaces, & lacertosos inter mimorum & mimarum greges collocauit. Postulat præterea vt chirographorum & commentariorum, sua, Collegæq; sui decreta maneant. Quid laborat? vt habeat quod quisque mercatus est. si quid accepit, habeat qui vendidit, & ne tangantur rationes ad Opis, id est ne sextertiũ septies milies recuperetur: ne fraudi sit septemuiris quod egissent. Nucula hoc credo admonuit. verebatur fortasse, ne admitteret tantas clientelas. Caueri etiam vult iis qui secum sunt, quicquid contra legem commiserunt. Mustelæ & Tyroni prospicit: de se nihil laborat. Quid enim commisit vnquam? num aut pecuniam publicam attigit? aut hominem occidit? aut secum ha-

* iudicetur

buit armatos? Sed quid eſt, quod de his laboret? poſtulat enim ne ſua iudiciaria lex abrogetur: quo impetrato, quid eſt quod metuat? an ne ſuorum aliquis à Cyda, Lyſiade, Curio condemnetur? Neque tamen nos vrget mandatis pluribus. remittit aliquantum, & *laxat. Galliam inquit Togatam remitto, Comatam poſtulo: ociosus videlicet eſſe malo. cum ſex legionibus inquit, iiſq; ſuppletis ex D. Bruti exercitu, nõ modo ex delectu ſuo, tãdiuq; vt obtineat, *dum D. Brutus, C. Caſſius Conſules Proueconſules prouincias obtinebunt: vel Proconſul huius comitiis C. frater eius: eſt enim *annus, vt repulſam tulit. ipſe autem vt quinquẽnium inquit *obtineat. at iſtud *tua Lex Cæſaris defendit. Hæc tu mandata L. Piſo & tu L. Philippe Principes ciuitatis non dico æquo animo ferre, verũ auribus accipere potuiſtis? Sed (vt ſuſpicor) terror erat quidam: nec vos, vt legati apud illum fuiſtis, nec vt cõſulares, nec vos veſtram nec reip. dignitatem tenere potuiſtis. & tamẽ neſcio quo pacto, ſapientia quadam credo, quod ego nõ *poſſem non nimis irati reuertiſtis.

*relaxat

*quandiu

*iam
*obtineam
*vetat lex Cæſ. & ſua

*poſſum,

MATVRANTIVS. VTRAMQVE) Prouinciam aliam Ciſalpinam, & Macedoniam. REMITTO) quaſi ſui iuris eſſent. IMPVDENTISSIMVS videatur) impudens ſit, quoniam contra rempublicam arma ſumpſerit. DEDERIT) prius. nam agros diuiſerat quibus voluerat. CAVET) proſpicit, conſulit. cautum vult eſſe illis quibus agros aſſignauerat. PVGNACES) Ironice. MANEANT) rata ſint. SEPTEMVIRIS) quos diuidundis agris præfecerat. NVM aut) ironice & cum deriſu. IVDICIARIA) quam etiam Centurionibus iudicia communicauerat. COMATAM) quæ eſt Tranſalpina. in tres partes Gallia diuiſa eſt, Bellicam, Celticam quæ & Lugdunenſis dicitur, & Aquitaniam quæ quondam Are-

Galliarum diuiſio.

morica vocata est. Narbonensis enim, quæ interno mari alluitur, amne Varo ab Italia discreta, alpiũq; iugis à reliqua Gallia, Bracchata nominat, subiecta ipsis montibus & Rauennam vsque producta Togata est. ACIDALISIA) lege de rebus Venereis, nam Acidalia Venus est dicta ab Acidalio fonte in Orchomeno Macedoniæ, qui ei & musis dicatus est. quanquã & proprium potest esse Decurionis cuiuspiam corruptissimi. ESSE malo) quã aliquid dicere. PRO veconsules & proconsules) postquam finito consulatu abierunt in prouincias. Proconsul huius comitijs suis proconsulem fecit, hoc est cui prouinciam dedit Macedoniam sua authoritate, & religiosa illa prouinciarum sortitione, vt tertia Philippica dictum est. REPVLSAM) cõsulat⁹, & tamẽ prouinciã ei M. Antoni⁹ Cõsularẽ dedit. LEX Cęsaris) de prouincijs de qua dictũ prius. ET tua) quia Antonius spatiũ prorogabat, sed nõ quinquẽnij. L. PISO & tu L. Philippe) ij Legati cũ L. Cæsare & Seruio Sulpitio Ad Antonium missi fuerant.

BEROAL. Annonę perfugia) De agro Campano sic scribit in oratione de lege Agraria, contra Publium Rullum. Ager Campanus hac lege diuidetur orbis terrarum pulcherrimus. Eundem agrum paulò pòst appellat subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum regionum, solatium annonę. Ex fundo Campano) nunquam malus nuncius auditus est. De Leontino agro qui in Sicilia est feracissimus, ait in Verrinis. Caput rei frumẽtarię est cãpus Leõtinus, cui⁹ antea hæc spes erat, vt cũ obsitũ vidisses, annonæ caritatẽ nõ verereris. Ad Opis, locutio est vsitata eruditis & perinde elegãs, vt ad Opis dicas, pro ad ædem deæ Opis: sic ad Vestæ, ad Telluris, ad Apolinis dicunt. quod & supra memoraui. & in libro Annotationum fusius explicaui. Acidalisia) mendosus locus hic est & prorsus inenodabilis, quem ego ita emẽdo enodóque, vt legas. à Cyda Lysiade, Curio. sunt enim hæc nomina propria Iudicum Antonianorum. qui cum essent turpissimi, & à re iudiciaria longe abhorrentes, lecti fuerunt ab Antonio: qui à Cicerone per contemptum fastidiũmque atque indignationem nominatur. hic est verus sensus, hæc lectio sinceriss ima, quã euidẽter ostẽdit ipse Cicero in quinta Philippica mentionem faciens pleniss imam istorum trium, quorum confessum in iudicium subselijs docet esse turpissimum, vbi ait Cydam fuisse Cretensem, portentum insulæ, hominem audaciss imum & perditiss imum: Lysiadem vero Athenien sem Phędri filium, hominem festiuum & scurrilem: Curium autem crudelem & aleatorem. Meræ nugæ sunt & somnia eorum, qui Acidalisia legunt: interpretantũrque pro lege venerea.

Ager Cãpanus.

Leontinus ager.

Ad Opis.

Cyda.

ASCEN. In Victorino est à Cuda Lysiade) vbi Cuda pro Cyda, vt Sylla nunc qui olim Sulla. Est laxat, non relaxat. Est galliam togatam remitto, communicatam postulo. Est, At istud tua lex Cæsaris defendit &c.

Vobísque M. Antonius nihil tribuit clariss imis vi

ris, Legatis populi Romani: nos quid non Legato Antonii Cotylæ concessimus? cui portas huius vrbis patere ius non fuit, huic hoc templū patuit: huic aditus in Senatum fuit: hic hesterno die sententias nostras in codicillos, & omnia verba referebat: huic se etiam summis honoribus hi contra dignitatem suam venditabant. O dii immortales, quàm magnum est personam in Republica tueri principis, quæ non animis solum debet, sed etiam oculis seruire ciuium. domū recipere Legatum hostium, in cubiculum admittere, & reducere, hominis est nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis. Quod autem est periculum? nam si maximū in discrimē venietur, aut libertas parta est victori, aut mors exposita victo: quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest: turpis autem fuga mortis omni est morte peior. nā illud *nō adducor vt credam, esse quosdam, qui inuideant *constantiæ, qui labori eius, qui eius perpetuam in Republica adiuuanda voluntatem & à Senatu & à populo Ro. probari molestè ferant. Omnes quidem id facere debebamus: eáq; erat, nō modo apud maiores nostros, sed etiam nuper summa laus Consularium, vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro Republica aut facere, aut dicere. Ego Quintū Scæuolam Augurem memoria teneo bello Marsico, cum esset summa senectute, & perdita valetudine, quotidie, simul atque luceret, facere omnibus conueniendi sui potestatem: neque eum quisquam illo bello vidit in lecto, senéxque & debilis primus veniebat in Curiam.

*equidem
*alicuius

huius induſtriam* maximam equidem vellem vt imitarentur ii, quos oportebat: ſecundo autem loco, ne alterius labori inuiderent. Etenim P.C. cum in ſpem libertaris ſexẽnio ſimus ingreſſi, diutiuſq; ſeruitutẽ perpeſſi, q̃ captiui frugi & diligẽtes ſolẽt: quas vigilias? quas ſolicitudines? quos labores liberandi populi Ro. cauſſa recuſare debemus? Equidem P.C. q̃q̃ hoc honore vſi, Togati eſſe ſolent, cum eſt in ſagis ciuitas, ſtatui tamen à vobis, cæteriſq; ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantáq; perturbatione* reipub. nõ differre veſtitu. nõ enim ita gerimus nos hoc bello Conſulares, vt æquo animo populus Ro. viſurus ſit noſtri honoris inſignia. cũ partim ẽ nobis ita timidi ſint, vt omnem ii populi Ro. beneficiorum memoriam abiecerint: partim ita á repub. auerſi, vt huic hoſti fauere pre ſe ferant: Legatos noſtros ab Antonio deſpectos eſſe, & irriſos facile patiantur: Legatum Antonii ſubleuatum velint.

* maxime

*POP.RO.

MATVR. TEMPLVM) vbi habebatur Senatus. REFEREBANT) qui Antonio fauebant, Senatorum ſententias referebant in codicillos, hoc eſt libellis mandabant & deſcribebant, dabántq; Antonij ad Senatum Legato Cotulę. SVMMIS honoribus) ſcilicet functi. HI) Antonio fauentes. VENDITABANT) vendere & addicere quodammodo videbantur. PERSONAM) decorum. LEGATVM) Cotulam. REDVCERE) honoris gratia & deducimus domo in forum, & reducimus domum. ALTERVM) libertatem adipiſci. NAM illud quidem) occurrit quęſtioni & fieri hoc timore dicit ſuſpicari, non inuidia aliqua in ſe. QVIN. Sceuolã) scæuola, is eſt de quo in Lęlio, Qu. Mutius Augur Scęuola. fuit autem P. filius, eo prę ceptore iuris ciuilis vſus eſt Cicero, quod ipſe tradit lib. de Claris Oratoribus. ante Syllam & Quintum Pompeium cum Craſſo Conſulatum geſſit, quo cum etiam Cenſura functus eſt. Pontif. erat Maxi. cum Mariana clade in Senatu occiſus eſt, & fluuio immerſus. Liuius libro lxxxvi. in veſtibulo Veſtæ marſicum dum fugeret tradit necatum. BELLO Marſico) quod contra Marſos ge- bellum

ſtum eſt, tempore belli ſocialis, quod & Italicum dicitur, cum diuerſis in locis bella Italiæ populi ob negatam ciuitatem concitauere, Marſis & Latinis duce Popedio initium facientibus. Vltra Picenum ſunt Marſi & Peligni, de

Marſi

quibus plura Strabo. Alterius) meo. IAM ſexennio) iam ſunt anni ſex exquo pugnari cum Iulio cœptum à Pompeio & bonis omnbius pro libertate: cõpoſitis rebus tribus annis imperauit Cęſar, paulò amplius quatuor ſuperſtes Pompeio fuit. DIVTIVS) tres annos & amplius. CAPTIVI frugi) Nam captiui ſi frugi & induſtrij fuerint, etiam citius ſolent dimitti &

Captiui frugi.

liberi fieri. HOC honore) qui Conſulatum geſſere, nam mutante veſtẽ populo & ſaga ſumente, conſulares togam retinebant, idq; eorum honori tribuebatur.

BEROAL, non differre veſtitu) id eſt ſumere ſagum, quod bellicum geſtamen eſt, à quo conſulares immunes erant.

TRAP. In codicillos) in codices & libellos. Venditabant) gratiam inire ſtudebãt metus cauſſa turpiter & ignominioſe. Deducimus) in forũ. Reducimus) in domum. Sed etiam oculis ſeruire) princeps inquit ſenatus eniti debet vt nihil aut dicat aut faciat quod aut aſpectu turpe ſit aut exiſtimatiõe & iudicio alicui reprehẽdi poſſit. Bello Marſico) bello ſociali, quia nunc gallia citerior quaſi tota defecit.

ASCEN Hic heſterno die ſententias noſtras in codicillos & omnia verba referebat. ſic victori. alij legunt huic referebant.

MATVR. NOSTRI honoris inſignia) nos alijs ſagatis videat in conſulari veſte. HVIC hoſti) Antonio. Pre ſe ferant) aperte oſtẽdãt, ac minime diſſimulẽt. LEGATVM Antonio) L. Variũ qui & ipſe venerat cũ Cotyla.

Huic enim reditum ad Anto. prohiberi negabãt oportere, & in eodem excipiendo ſententiam meã corrigebant. quibus geram morem. Redeat ad Imperatorem ſuum Varius, ſed ea lege, ne vnq; Romã reuertatur: cæteris autem, ſi errorem ſuum depoſuerint, & in reipu. gratiam redierint, veniam & impunitatem dãdam puto. Quas ob res ita cenſeo, eorum, qui cum M. Anto. ſunt, qui ab armis diſceſſerint, & aut ad Pãſam, aut Hirtium Conſſ. aut ad Decium Brutum Imperatorẽ Conſ. deſignatum, aut ad C. Cæſarem Propretorem, ante Idus Mart. primas adierint, eis fraudi ne ſit, quod cũ M. An-

Primas deeſt in co, antiquo.

tonio fuerint: si quis eorum, qui cum M. Anto. sunt, fecerit, quo honore, præmióve quis dignus esse videatur: vti C. Pansa, A. Hircius Consules. alter, ambóve, si eis videatur, de eius honore præmióve primo quoq; die ad Senatum referant: si quis posthæc ad Anto. profectus fuerit, præter L. Varium, Senatum existimaturum eum contra remp. fecisse.

MATVR. PROHIBERI) hoc enim suadebat Cicero nõ permittendũ vt rediret Varius, qui Cotyla cognominabatur. FRAVDI sit) pœnæ. PRIMO quoq;) quocunq; die, quando eis libuerit.

TRAP. Pro populo Romano) corrige propr̃totem. vt enim ante docuimus, Cesar Augustus Proprætoris dignitate decoratus fuit.

Octauæ Philippicæ Finis.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM PHILIPPICA NONA.

VEllem dii immortales fecissent P. C. vt viuo potius Ser. Sulpitio gratias ageremus, quã mortuo honores quæreremus. Nec vero dubito, quin si ille vir renũciare Legationẽ potuisset, redit⁹ eius nobis gratus fuerit, & Reip. salutaris futurus. non quòd L. Philip-

lippo,& L.Piſoni aut ſtudium,aut cura defuerit:in tãto officio,tantóq; munere : ſed cum Seruius Sulpitius ætate illis anteiret,& ſapiẽtia oĩbus,ſubito ereptus totã legationẽ orbam,& debilitatã reliquit. Quod ſi cuiq̃ iuſtus honos habitus eſt in morte Legato,in nullo iuſtior q̃ in Seruio Sulpitio reperietur. Cæteri, qui in Legatione mortẽ obierunt, ad incertũ vitæ periculũ ſine vllo mortis metu profecti ſunt:Seruius Sulpitius cũ aliqua perueniẽdi ad M.Antoniũ ſpe profectus ſte, nulla reuertẽdi.

GEORGIVS TRAPEZONTIVS.

VEllem dij immortales)In ſenatu de Seruio Sulpitio honorando Cic.ſuadet vt ei ſtatua decernatur: confutat autẽ illorum ſententiã,qui legem eſſe dicebant de his qui in legatione intefecti fuiſſent,vt illis tantum ſtatua collocaretur: nam docet maiores ea lege ſenſiſſe,vt idẽ honos ęque omnibus haberetur,qui propter Legationem publicam mortui fuiſſent.Ereptus)immatura morte præuentus.trãſlatio eſt de parẽte quæſumma ætate filium vnicum amiſerit.

sulpitius.

MATVRANTIVS. SERVIVS sulpitius qui primum in orando) aut certe optimum poſt M. Tullium locum tenuit,cum aliquando Qu. Mutium Scęuolam de re amici ſui conſuluiſſet,& de iure ſemel ſibi atq; iterũ interroganti,ille reſpondiſſet,neq; tamen percepiſſet, dixiſſetq; Mutius, Turpe eſſe patricio & cauſſas oranti ius in quo verſaretur ignorare,velut contumelia commotus iuri ciuili operam dedit, euaſitq; omnis humani & diuini iuris peritiſſim⁹.Ciceroni extitit admodum familiaris, quod & eius ad Ciceronẽ & Ciceronis ad eum indicant epiſtolæ.tametſi aliqua quãdoq; interuenit offenſio:ſed tunc pręcipue, cum L.Murenam ab eo reum factum defendit Cicero.& Legatus cũ L.Philippo L.Piſone ad M.Antonium, Mutinam illic D. Brutum Conſulem deſignatum obſidentem, cum aduerſa teneretur valetudine profectus eſt,ſed pene impulſus non tamen inuitus,vt reipublicę ſi poſſet prodeſſet: peruenit quidem ad Antonium anteq̃ tamen mandata exponeret Senatus,diſceſſit ẽ vita.Actũ eſt in Senatu de eo honorando, cũq; ſtatuã ei ponendam cenſeret Cic.plures & in primis P. Seruilius non ſtatua,ſed ſepulchro honorandum ducebant: legemq; illis duntaxat qui interfecti in Legatione fuiſſent,ſtatuã poni velle aſſerebant.Contradicit Cic. æque ponẽdã

omnibus qui in legatione mortui essent, maiores lege probat sensisse. Exorditur per desiderium hominis defuncti, & per ademptum commodum: sed breuissime narrat, & quidem aptissime: subijcit deinde diuisionem, quã plures & pulcherrimę sequuntur probationes & refutationes etiam additis per exempla exornationibus. Genus caussę est partim deliberatiuum & hoc prĩcipale. (Suadetur enim ponendam statuam Sulpitio) partim demonstratiuũ, sed incidens, cum laudatur Sulpitius. Status vero legitimus ex scripto & sententia, nam aliter legem aduersarij, aliter interpretatur Cicero. SAPIENTIA) erat enim iuris consultissimus. EREPTVS) immatura morte. ORBAM) veluti orbam. AD incertam) ea metuentes quæ metuere possunt. NVLLA reuertendi) graui valetudine oppressus, uiones & vi morbi.

BEROAL. vetus hic fuit populi Ro.mos, vt Legatis in legatione cęsis statuæ ponerentur. Qui honos amplissimus habebatur: sic Publio Iunio & Tito Coruncano. qui ab teuca Illiricorum regina interfecti sunt, statuę positę. sic Tullo, Cęlio, seu Clunio Sp. Antio, L. Roscio, C Fulcinio, à Fidenatibus in legatione interfectis statuas in Rostris posuerunt, Annotauere annales tripedaneas his statuas in foro statutas. hæc videlicet mẽsura honorata tunc erat. Hĩc M. Tullius hac oratione suasoria censet Seruio Sulpitio statuã pedestrẽ statui oportere, qui in legatione perierat. vt ita extet monumentũ eius hominis, cui Legatio ipsa mortis caussa fuerit. Tanq; Ser. Sulpitium occiderit Antonius vsq; mortem attulerit, qui mortis caussa extiterit. Ex hac Ciceronis sententia posita statua est Ser. Sulpitio, Cuius rei & iurisconsulti meminerunt his verbis, Hic cum in Legatione perisset, statuę ei populus Romanus pro rostris posuit, hodiéq; extat.

Qui cum ita affectus esset, vt si ad grauem valetudinẽ labor accessisset, sibi ipse diffideret: non recusauit, quo minus vel in extremo spiritu, si quã opem reipu.* ferre posset, experiretur. Itaq; illum non vis hyemis, nõ nives, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingraueścens retardauit: Cumq; iam ad cõgressum, colloquiumq; eius peruenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura & meditatione obeũdi sui muneris excessit è vita. Vt igitur alia, sic hoc Pansa præclare, quod nos ad ornandum Seruium Sulpitium cohortatus es,

* afferre

et ipse multa copiose de illius laude dixisti. quibus à te dictis nihil præter sententiam dicerem, nisi P. Seruilio respondendum putarem, qui hūc honorem statuæ nemini tribuendum cēsuit, nisi qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autem P. C. sic interpretor sensisse maiores nostros, vt causſam mortis censuerint, non genus esse quærendū. etenim cui Legatio ipsa *morti fuisset, eius monimētum extare voluerunt, vt in bellis periculosis obirent homines Legationis munus audacius. Non igitur exempla maiorum quærenda, sed cōsilium est* ipsorum, quo ipsa exempla nata sunt, explicādum. Lartes Tolumnius Rex Veientiū quatuor Legatos populi Ro. Fidenis interemit, quorū statuæ in rostris steterunt vsq; ad nostrā memoriam: iustus honos. his enim maiores nostri, qui ob rēpub. mortem obierāt, pro breui vita diuturnam memoriam *reliquerunt. Cn. etiam Octauii clari & magni viri, qui primus in eam familiā, quæ postea viris fortissimus floruit, attulit Consulatum, statuā videmus in rostris. Nemo enim tū nouitati inuibat, nemo virtutem non honorabat. At ea fuit Legatio Octauii, in qua periculi suspicio nō subesset. nam cum esset missus à Senatu ad animos Regum perspiciēdos, liberorumq; populorum, maximeq; vt nepotem Antiochi Regis, eius qui cum maioribus nostris bellum gesserat, classeis habere, elephantos alere prohiberet: Laodiceæ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus. Reddita est ei *tamen à maioribus statua pro vita, quæ multos per annos progeniem eius honestaret: nunc

* mortis causſa

*eorum

*reddiderunt

*tum

ad tantæ familiæ memoriam sola restaret.

BEROAL. Ita affectus esset)id est ægrotaret,& graui valetudine langueret.sic enim absolute, nec minus elegãter dicimus affectum hominẽ pro ægrotum,inualidum atq; languentem.Propertius,Iuppiter affectæ tãdẽ miserere puellę.Liuius,Vires corporis affectę,sensus oculorum atq; aurium hebetes.Cornelius Celsus:Pulmo totus afficitur. Itẽ, At renes vbi affecti sunt, diu male habent.Item,At lienis,vbi affectus est,intumescit. Affectus

Nouitati inuidebat) Nouos homines appellãt ignobiles,qui nullis maioribus nullaq; claritudine natalium orti sunt.et vt author est Appian.eos nouos Romani solẽt nominare,qui à semetipsis nulla maiorum dignitate claruerunt. Inde nouitas dicta pro humilitate natalium.In oratione de supplicijs.Videmus inquit, quanta sit inuidia,quantoq; in odio,apud quosdam homines nobiles nouorum hominũ virtus & industria.M. Tullium scriptores nouũ hominem appellãt.hinc illud Satyrographi,Hic nouus Arpinas ignobilis & modo Romæ Municipalis equis. Noui homines.

MATVRANTIVS. ITA affectus esset) ita sese haberet. SIBI ipsi diffideret)spem de vita sua non haberet. OBEVNDI) sui muneris exequendi. QVI hunc honorem statuæ) diuisio est. EORVM)maiorum.

LARTES Tolũmius) Fidenę stadijs.xl.ab vrbe distabant, ciuitas olim magna & populo frequens,Romanorum etiam colonia. hę ad Lartem Tolumnium Vegentium regẽ defecere.Quatuor missi sunt à Senatu Legati,quos Cicero inferius nominat, qui noui cõsilij caussam quærerent. eos Fidenates Tolumnij iussu occidere. Tribunis militum Consulari potestate, Qu. Cincinnato Cincinnati filio,M.Aemilio,L.Iulio, statuę Legatis pro rostris posi tę sunt.Ipse Tolumnius postea cũ Cor.Cosso congressus cæsus est:eius opima spolia Ioui Feretrio relata, author Liuius libro quarto ab vrbe condita. Lartes Tolumnius

CN. octauij)C.Rufus vir Quęstorius,CN.& C.procreauit, à quibus duplex Octauiorũ familia defluxit.CN.& deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt honorib⁹ summis: at C.eiusq; posteri in equestri ordine vsq; ad Cęsaris Augusti patrem constitere.Et CN.quidem Octauij legendum est. aliter cũ historia nõ consonaret.Sed id admiror quòd apud Plinij scriptũ inuenio lib.xxxiiij.nat.hist.his verbis,Non preteribo CN. Octauiũ ob vnũ verbũ quo Regẽ Antiochũ daturũ se respõsum dicẽtem,virga quã tenebat forte circũscripsit,& prius q̃ egrederetur circulo illo responsum dare coẽgit, in qua Legatiõe interfecto,Senat⁹ statuã poni iussit q̃ oculatissimo loco in rostris.Nã circunscriptũ virga à C.Popilio Antiochum in superiore Philippica dicit Cicero.Sed profecto hic Octauiⁿ,nepotẽ Antiochi missus ad explorãdos Regũ Asię animos circunscripsit,Põpilij exemplũ secut⁹q auũ Antiochũ Cn.Octauiⁿ & octauiorũ origo.

Noui. circunſcripſerat. NOVITATI) noui enim erant quorum maiores magiſtratum non geſſerant. NEPOTEM) Antiochum eodem nomine appellatũ quo auus. LAODICEAE) in Media ciuitas fuit Laodicea noïe à Macedõib⁹ cõdita: altera in maiori Phrygia & vrbium Phrygiarum maxima, de qua hic loquitur Cic. Lyco fluuio proxima eſt, qui ex Cadmo profluit monte, vrbi ipſi imminente, author Stra. Gymnaſium vero locus eſt, vbi varijs ludis exierceri iuuentus ſolebat: γυμνάζω enim exerceo eſt, et γυμνασὶς, exercitationum corporis præceptor, pueros & adoleſcẽtes inſtruẽs. AQVODAM Leptine) Antiochi iuſſu. SOLA reſtaret) nam familia pene interierat Ciceronis tempore. Monumentũ) eſt quod mortui cauſſa ædificatum eſt, & quicquid ad memoriam alicuius factum eſt.

*Cælio Atq; & huic & Tullo*Cluuio, & L. Roſcio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, qui à vegentium Rege cæſi ſunt: non ſanguis, qui profuſus eſt in morte, ſed ipſa mors ob rem pub.*obita, honori fuit. Itaq; P.C. ſi Seruio Sulpitio ca-

*habita ſus mortẽ attuliſſet, doleré equidem tanto reipub. vulnere: mortem vero eius nõ monimentis, ſed luctu pub.

*decorãdũ eſſe*honorandam putarem. nunc autem quis dubitat, quin ei vitam abſtulerit ipſa Legatio? ſecum enim ille mortem extulit, quam ſi nobiſcum remanſiſſet, ſua cura, optimi filii, fideliſſimeq; coniugis diligẽtia vitare potuiſſet. At ille, cum videret ſi veſtræ authoritati non paruiſſet, diſſimilem ſe futurum ſui: ſi paruiſſet, munus ſibi illud pro republica ſuſceptum vitæ finem alaturũ: maluit in maximo reipublicæ diſcrimine mori, quã minus, quã potuiſſet, videri reip. profuiſſe. multis illi í vrbibus, iter faciebat, qua reficiẽdi ſe & curãdi poteſtas fuit: aderat & hoſpitũ inuitatio liberalis, pro dignitate ſũmi viri, & eorũ hortatio, qui vna erant miſſi, ad requieſcen

dum,& vitæ ſuæ conſulendum . at ille properans,feſtinánſque, mãdata veſtra cõficere cupiens,in hac conſtãtia morbo aduerſante perſeuerauit.cuius cum aduentu maxime perturbatus eſſet Antonius, quòd ea, quæ ſibi iuſſu noſtro denunciarẽtur, authoritate erãt & ſentẽtia Seruii Sulpitii conſtituta:declarauit,quàm odiſſet Senatum,cum authorem Senatus extinctum,læte atque inſolenter tulit. Non igitur magis Octauium Leptines, nec Veientium Rex eos,quos modo nominaui, quàm Seruium Sulpitium occidit Antonius . Is enim profecto mortem attulit,qui cauſſa mortis fuit. Quocirca ad poſteritatis etiam memoriam pertinere arbitror, extare quod fuerit de hoc bello iudicium Senatus . Erit enim ſtatua ipſa teſtis, bellum tam graue fuiſſe, vt Legati interitus honoris memoriam conſecutus ſit. Quod ſi excuſationem Seruii Sulpitii P . C. Legationis obeundæ recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur, quin honorẽ mortuo,cui iniuriam viuo fecimus, *faciamus. Vos enim P.C.(graue dictu eſt) ſed dicendum tamen, vos inquam Seruium Sulſpitium vita priuaſtis . quem cum videritis ſe magis morbo,quàm oratione excuſantem,non vos quidem crudeles fuiſtis : quid enim minus in hunc ordinem conuenit? ſed cum ſperaretis nihil eſſe, quod non illius authoritate & ſapientia effici poſſet,vehementius excuſationi obſtitiſtis: atque eum, qui ſemper veſtrum conſenſum grauiſſimum iudicauiſſet, de ſententia deieciſtis . Vt vero Panſæ Conſulis acceſſit cohortatio grauior, quàm aures Seruii Sulpitii

*farciam.

ferre didicissent, tum filium méque seduxit: atque ita locutus est, vt authoritatem vestram vitæ se diceret anteferre. cuius nos virtutem admirati, non ausi sumus aduersari eius voluntati. mouebatur singulari pietate filius: non multum perturbationi eius meus dolor concedebat.

MATVRANTIVS. HVIC) Cneo Octauio. Itaque est argumentum â minori ad maius: si inquit ereptum communi casu, non autem Reipublicæ caussa monumentis publice ob singularem virtutem honorãdum putarem: multò magis nunc persuadere & censere debeo cum in legatione perierit: mortem vero ei Legationem attulisse, & seruari adhuc in vita, nisi profectus esset, potuisse colligit pluribus. DISSIMILEM sui) à sua pristina consuetudine vobis parẽdi discessurum. Is enim profecto, optimam hanc viam vocat Fabius, cum finitionem præcedit probatio: vt hic Seruium Sulpitium ab Antonio occisum colligit Cicero: & in Clausula demùm ita finit, Is enim profecto mortem attulit, qui caussa mortis fuit, ergo Antonius occidit.

DE hoc bello) Antoniano. EXCVSATIONEM) nam morbum excusabat. SED VXIT) seorsum duxit: aliâs seducere decipere est. NOS) ego & filius. EIVS) filij.

Seducere.

BEROAL. Is mortem attulit) vt iurisconsulti prodiderunt titulo ad legem Aquiliam, Occidisse dicitur, qui mortis caussam quolibet morbo præbuit. Item ad legem Corneliam de Sicarijs inquit Vlpianus, Nihil interest occidat quis, an caussam mortis præbeat. Hinc illa scholastica controuersia, stuprator decem milia dare debeat, stupratus se suspendit: petitur stuprator ad mortem, & contradicit. quæritur an capite puniendus sit tanquã caussam mortis fuerit, quia stupratus ob id stuprum se suspenderit. Quintilianus in septimo. Finitionem inquit præcedit probatio, vt in Philippicis Cicero Seruium Sulpitium occisum ab Antonio colligit, & in clausula demùm ita finit, Is profecto mortem attulit, qui caussa mortis fuit.

Occidisse qui dicat.

Finitio.

TRAP. Properans festinansq;) propero animo: festino corpore.

ASCEN. In Victorino est, honorem sarciamus: & quod nouum videtur, tum filium equitem seduxit: vbi alijs est, tum filium méque seduxit, quam lectionem sequentia probare videntur.

Sed vterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi, orationísque grauitati: cum quidem ille ma-

xima laude & gratulatione omnium vestrum pollicitus est, se quod velletis esse facturum: neque eius sententiæ periculum vitaturum, cuius ipse author fuisset. quem exequi mandata vestra properantem mane postridie prosecuti sumus. Qui quidē discedēs mecum ita locutus est, vt eius oratio omen fati videretur. Reddite igitur Patres Conscripti ei vitam, cui ademistis. vita enim mortuorum in memoria posita est viuorum. Perficite vt is, quem vos ad mortem inscii misistis, immortalitatem habeat à vobis. cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla eius Legationis posteritatem inobscurabit obliuio. Nam reliqua Seruii Sulpitii vita multis erit præclarísque monimentis ad omnē memoriam commendata. semper illius grauitatem, constantiam, fidem, præstantiam, in Republica tuenda curam atque prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit. Nec vero silebitur admirabilis quædam & incredibilis & pene diuina eius in Legibus interpretandis, æquitate explicandis, scientia. omnes ex omni ætate qui hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt comparandi: neque enim ille magis iurisconsultus quàm iustitiæ fuit. Itaque quæ proficiscebantur à legibus & à iure ciuili, semper ad facilitatem, æquitatemq; referebat: neque constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere: ergo hoc statuæ monumēto non eget, habet alia maiora. Hæc enim statua honestæ mortis testis erit: illa memoria vitæ glorioſæ: vt hoc

magis monimentum gratiæ Senatus, quàm clari viri futurum sit. Multum etiam valuisse ad patris honorem pietas filii videbitur: qui quanquam afflictus luctu nō adest, tamen sic animati esse debetis, vt ille si adesset. est enim ita affectus, vt nemo vnquam vnici filii mortē magis doluerit, quàm ille mœret patris. Equidem etiam ad famam Serui Sulpitii filii arbitror attinere, vt videatur honorem debitum patri præstitisse. quanquam nullum monimentum clarius Seruius Sulpitius relinquere potuerit, quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenii, filium. cuius luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio leuari potest. Mihi autem recordāti Seruii Sulpii multos in nostra familiaritate sermones, gratior illi videtur, si quis est sensus in morte, ænea statua futura, & ea pedestris magis, quàm inaurata equestris: qualis Lucii Syllæ prima statua est. magnifice enim Seruius Sulpitius maiorum continentiam diligebat: huius seculi insolentiam vituperabat. Vt igitur si ipsum consulam quid velit, sic pedestrem ex ære statuam, tanquam ex eius authoritate & voluntate decerno. quæ quidem magnum ciuium dolorem, & desiderium honore monimenti minuet & leniet. Atque hāc meam sententiam Patres Conscripti Publii Seruilii sententia probari necesse est, qui sepulchrum publice decernendum Seruio Sulpitiio censuit, statuam non censuit.

MATVR. EIVS sententiæ) vt Legati mitterentur. QVAM iustitiæ) quod ipse interprætatur, quia ad æquitatem semper declinabat: cū sit plerūq; summum

ſummũ ius,ſũma iniuria. GRATIAE)gratitudinis. L.Syllę)tres ſtatuę Lucij Syllæ Dictatoris fuere iuxta roſtra ,ſed minores,inquit Plin.lib . xxxiiij.

BEROALDVS Cum Sulpitio non ſunt comparandi)Scribit in Bruto Cicero , Seruium Sulpitium in ſecunda arte primum eſſe maluiſſe, quàm in prima ſecundum: vbi annotandum primam artem à Cicerone dici eloquentiam oratoriam,ſecundam vero iuris ciuilis ſcientiam, aduerſus iſtorum opinionem,qui legalem diſciplinam in ſummo faſtigio,oratoriam artem in imo collocandam pertinaciter affirmẽt:ſed Seruius Sulpitius lõge omnium fuit, non eiuſdem modo ætatis,ſed eorum etiam qui fuiſſent in iure ciuili , princeps. Pietas filij)de hoc ſic refert epiſtola quadã ad Seruiũ Sul.Seruiº quidẽ tuº in omnibº ingenuis artibus,in primiſq; in hac in qua ego me acquieſcere ſcripſi,ita verſatur , vt excellat:à me vero ſic diligitur ,vt tibi vnico cedam, præterea nemini. Pedeſtri ſtatua)Docet Plinius,pedeſtres ſtatuas Romæ fuiſſe in authoritate longo tempore, cum equeſtres Romanam celebrationem ſerius habuerint,orto ſine dubio à Græcis exemplo:menſura autem pedeſtrium ſtatuarum tripedanea fuit honorata.

TRAP. Maiorum continentiam) abſtinemus à pecunia.continemus à cupiditatibus & à libidine.

Ser.Sul.excellentia.

Ars prima.

Pedeſtres ſtatuæ.

Abſtineo.

Contineo.

Nam ſi mors Legati ſine cæde atque ferro nullum honorem deſiderat , cur decernit honorem ſepulturæ, qui maximus haberi poteſt mortuo ? Sin id tribuit Seruio Sulpitio,quod non eſt datum Cneo Octauio : cur quod illi datum eſt,huic dandum eſſe non cenſet?Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerunt , ſepulchra paucis.Sed ſtatuæ intereunt tempeſtate,vi,vetuſtate:ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt , quod nulla vi deleri neque moueri poteſt . Atque vt cætera extinguntur,ſic ſepulchra fiũt ſanctiora vetuſtate . Augeatur igitur iſto etiam honore is vir , cui nullus honor tribui non debitus poteſt . Grati ſimus in eius morte decorãda,cui nullam aliam gratiam referre iam poſſumus. Notetur etiam Antonii nefarium bellum gerentis ſcelerata audacia. his enim honoribus habitis Ser-

uioSulpitio,repudiatæ reiectæq; Legationis ab Antonio, manebit testificatio sempiterna. Quas ob res ita censeo: Cũ Seruius Sulpitius Quinti filius *Lemonia Rufus difficillimo Reipublicæ tempore,graui,periculosoq; morbo affectus,authoritémque Senatus,salutẽq; *Reipublicæ vitæ suæ præposuerit: contráque vim, grauitatémque morbi contenderit,vt ad castra Antonii, quo Senatus eum miserat,perueniret:ísque cum iam prope castra venisset, vi morbi oppressus, vitam amiserit in maximo Reipublicæ munere: ciúsque mors consentanea vitæ fuerit,sanctissime,honestissiméque actæ: in qua sæpe magno vsui Reipublicæ Seruius Sulpitius & priuatus & in magistratibus fuerit:cum talis vir,ob Rempublicam in Legatione mortem obierit:Senatui placere,Seruio Sulpitio statuam pedestrem æneam in rostris, ex huius ordinis sententia statui: circúmque eam statuam locum gladiatoribus, ludisq;, liberos,posteróque eius, quaq; versus pedes quinque habere: quod is ob Rempublicam mortem obierit: eámque causſam in basi inscribi:vtique Caius Pansa,Antonius Hirtius Cõsules,alter,amboue,si eis videbitur,Quæstoribus Vrbis imperent,vt eam basim,statuamq; faciendã,& in rostris statuendam locent: quantíque locarint, tantam pecuniam redemptori soluendam,attribuendámque curẽt. cúmque antea Senatus authoritatem in virorum fortium funeribus ornamentísque ostenderit, placere eũ quàm amplissime supremo die suo efferri: & cum Seruius Sulpitius, Quintus Fabius Lemonia Rufus ita de

*Lemona.

*pop.Ro.

Republica meritus sit, vt his ornamentis decorari debeat. Senatum censere atque è Republica existimare, AEdiles Curules edictum, quod de funeribus habeãt, Seruii Sulpitii Quinti Fabii Lemoniæ Rufi funeri mittere: vtq; locum sepulchro in campo Esquilino Caius Pansa Consul, seu quo in loco videtur, pedes triginta quaque versus designet, quo Seruius Sulpitius inferatur: quod Sepulchrum ipsius, liberorum, posterorumq; eius sit, vti quod optimo iure sepulchrum publice datum est.

MATVRANTIVS. ID) sepulturæ honorem. SANCTITAS in ipso solo est) ostendit longe plus esse sepulchrum, quàm statuam publice tribuere: quoniam statua pereunte, desinit locus vbi posita statua erat cuiusquam esse: at vero pereunte sepulchro, locus ipse remanet religiosus, & reuocari in profanum vsum non potest: nam ædis sacræ etiam diruto ædificio, locus sacer manet, & illato semel mortuo in locum quempiam, religiosus est locus, quod iureconsulti dicunt, Digestis, titulo de rerum diuisione & qualitate. ITA censeo) suam vt consueuit subijcit sententiam. LEMONIVS Rufus) à tribu Lemonia quæ à pago Lemonio appellata est, ad portam Capenam via Latina, nam Rufus à colore dictus, Seruius pronomen est, Sulpitius nomen. ET in basi) in lapide qui subest statuæ, & eam sustinet. QVAESTORIBVS vrbanis) erant enim & castrenses & prouinciales. REDEMPTORI) is est redemptor, qui publica & priuata ædificia redimit & conducit facienda, vnde redemptura: quo vocabulo Liuius vtitur, qui itẽ conducunt conuehendas sarcinas & onera quæuis tum publice, tum priuatim, suis humeris aut mulis & rheda, redemptores vocantur. Horatius, Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor. Salustius. Et perpennam forte cognoscit mulio redemptoris. DESIGNET) vnde sepulchrorũ designatores dicũtur. Horatius in Epistolis, Dum ficus prima calórque Designatorem decoret littoribus: & si aliter, sed minus vere, enarrat Acron.

Sepulchrũ pluscq; statua est.

Quęstores Redẽptor.

BEROAL. Locum gladiatoribus) Menius cum domum suam venderet Catoni & Flacco Censoribus, vt ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi vnius columnæ, super quam tectum proijceret tabulatis prouolantibus atque productis, quæ Meniana dicuntur: inde ipse & posteri eius spectare gladiatores possent: & ex illo columna Menia vocitata est, vt in Apuleiũ

latius dixi. SEPVLCHRVM ipsius) familiaria sepulchra dicuntur, quæ quis sibi familiæq; suæ constituit: Hæreditaria autem quæ quis sibi hæredibusq; suis constituit. Author iurisconsultus, titulo de religiosis.

Sepulchra familiaria & hæreditaria.

TRAP. Decoranda) honestanda. In basi.) ἐμ τῇ βάσει λίθος ἐν ᾧ ἐπιγέγραπται ἀνδρίας. Lemonia) nomen tribus. Designet) vnde designatores sepulchrorum dicuntur. Horatius, Designatorem decoret lictoribus atris.

ASCEN. In Victorino & alijs quibusdam est Lemonia, nõ Lemonius, idque ter scriptum. Est etiam statuam æneam, non meniam nec menianam: & circũmque eam statuam scilicet prędictam, quam puto æneam recte scribi, quia paulò antè scripserat, pedestrem ex ære statuam.

Nonæ Philippicæ Finis.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA DECIMA.

MAximas tibi Pansa gratias omnes & habere & agere debemus: qui cũ hodierno die Senatũ te non habiturum arbitraremur, vt Marci Bruti præstantissimi ciuis literas accepisti, ne minimã quidem moram interposuisti, quin quam primũ maximo gaudio & gratulatione *fruerentur, cũ tuũ factũ gratũ omnibus debet esse, tum vero oratio, qua recitatis literis vsus es. de-

*fruerea- aur.

clarasti enim verũ esse id quod ego semper sensi, neminem alterius, qui suæ cõfideret, virtuti inuidere. Itaq; mihi qui plurimis officiis sum cum Bruto & maxima familiaritate cõiunctus, minus multa de illo dicẽda sunt: quas enim *sententias ipse mihi sumpseram, eas *præcepit oratio tua. Sed mihi P.C. necessitatem attulit paulò plura dicendi sententia eius, qui rogatus est ante me: à quo ita sæpe dissentio, vt iã verear, ne id quod minime fieri debet, minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio. Quæ est enim ista tua oratio Calene? quæ mens? qui nunq̃ post Calend. Ianuar. idem* censueris, quòd is, qui te sententiam prius* rogatus, cum nunq̃ tam frequens Senatus fuerit, vt vnus aliquis tuam sententiam secutus sit. cur semper tui dissimiles defendis? cur cum te & vita & fortuna tua ad ocium & ad dignitatem inuitet: ea probas, ea decernis, ea sentis, quæ sunt inimica & ocio communi, & dignitati tuæ? nã vt superiora omittam: hoc certe, quod* me maxima admiratione mouet, non tacebo. Quod enim tibi cum Brutis bellum? cur eos, quos omnes venerari debemus, solus oppugnas? alterum circunsederi non molesse fers: alterum tua sentẽtia spolias iis copiis, quas ipse suo labore, & periculo ad reip. non ad suum præsidium, per se nullo adiuuante confecit? Quis est iste tuus sensus? quæ cogitatio? Brutos vt non probes? Antonios probes?

*partes ipe
*prçoccupauit
*censeris
*rogat cur
*fuit q̃ vnus
*mihi maximam admirationẽ

NATVRANTIVS.

Bruti acta.



Arcus Brutus ex Italia discedens in Græciam nauigauit, & inde Athenas profectus est, vbi Theonnesto Academico & Cratippo Peripatetico sic operam dabat, vt nihil aliud agere videretur. Interea tamen bellicam rem non negligebat: Herostratum enim in Macedoniam misit, qui Pompei reliquias quasdam quę illic erant, collegeret. Nobiles adolescẽtes qui Athenis studiorum gratia morabantur, sibi adiunxit: ex quibus Ciceronis filium precipue admirabatur ac diligebat, ꝙ & generosus esset, & tyrannos vehementer odisset. Manifeste deinde sese apparãs ad bellum, ab Antistio Prætore ex Asia redeunte sibi amicissimo obuiam factus, apud Caristum naues aliquot, & æris quinquaginta milia accepit: quot quot milites in Pharsalia ex Pompeij copijs vagabantur, ad eum confluxere: Aulo Cinnę equites per Domitium abstulit, quos in Asiam ad Dolobellam ducebat: Arma que ad C. Antonium Demetriade conuehebantur à Cęsare Dictatore ad Parthicum pręmissa bellum, intercepit. Reges & principes finitimos sibi conciliauit: C. Antonium M. fratrem ad copias accipiẽdas quas Gabinius Epidanni & Apollonię habebat, veniẽtem vt cõprehenderet, profectus, aduersam contraxit valetudinẽ cum fame laboraret: Apolloniatę non solum cibaria prębuere, sed ĩtra mœnia sua recepere. C. Antoni⁹ vero & milites qui circa Apolloniã erant, & Apolloniatas ipsos Bruto obsecuturos vidẽs, Butrotum perrexit, sed tres in itinere cohortes amisit, quæ à Bruto cęsę sunt. Loca deinde circa Billidem valide pręoccupata superare conatus, à M. Cicerone filio commisso prælio vict⁹ est, cui seipsum Caius cũ exercitu dedidit. Mansit autem in honore apud Brutũ, dignitatisq; suę insignia retinuit, donec exercitum corrumpens, neq; reprehensus desistens naui impositus, cu stodię traditus est. Appianus tamen interfectum scribit. ingens iam erat Bruti authoritas, ingens exercitus. Traijcere in Asiam destinauerat, Dolabellam oppressurus: literas ad Senatum dederat, eas Pansa Consul coactis Senatoribus recitauerat, & Brutum laudauerat. Qui Antonio fauebant, & in primis Calenus, adimendam Bruto authoritatem, abducendásq; ab eo copias censebãt: periculosum asserentes libertati, tantum potentię Brutum habere, & rebus communib⁹ officere posse, cum pręsertim veterani omnes ei essent infesti. Cic. per officium Consulis exorditur, qui simulat ꝙ Bruti literas acceperat, Senatum coegerat, & literis recitatis Brutum laudauerat, in Calenũ dicit, et eius sententiã cõfutãs, oẽs de Bruto suspitiones diluit. De ijs qui Bruto cum copijs se adiunxerant, verba facit: suam postremo profert sentẽtiam. Tota autem oratio in contentione posita est & refutatione. QVAS partes) qđ officiũ. EIVS) Q. FVLVII Caleni) quem primũ omnino quia socer erat senteniam rogabat Pansa. QVE mens) consilium Virgil. Qua facere id possis nostram nunc accipe mentem. ALTERVM,) Marcum.

Ciceronis filius

BEROAL. Brutos vt non probes)magna vis,magnũ pondꝰ eſt in nominibus.Brutos cum audis,intellige viros optimos,& libertatis aſſertores ac Ro.populo chariſſimos: Antonios vero accipe nequiſſimos,& reip. oppugnatores,ac Romanis inuiſos:proinde nomen Brutorum cũ laudatione pronunciandum eſt:Antoniorum vero cum vituperatione deprimendum.

TRAP. Magno in dolore) allato de morte Treboniį nuncio, quẽ Dolabella dolo oppreſſum in Aſia crudeliſſime cruciatum ĩterfecerat:& Dolabella hoſte iudicato, cum alij iudicarent priuato imperium deferendum, alij alterum Cõſulem mittendum ad id bellum: Cicero neutram ſentẽtiam probat,quia prẽter morem maiorum fiat.deinde quia inutile & inhoneſtũ, tum reip.tum vero Conſulibus: ſeddecernendum vt id negotiũ Bruto & Caſſio, qui ipſi partim in Grẽcia,partim in Aſia ſint, committatur

ASCEN. Cum factum,in Victorino eſt,cum factum tuũ. Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram,eas prẽoccupauit oratio tua) in Victo.eſt, Quas enim ſententias & cætera,eas p̃cepit & cætera.Et loco illorum, Qui ſe ſentẽtiam prius rogat: habet,Qui ante te ſententiam primum rogatus.Et pro illis,Cur nunq̃ tam frequens Senatus fuit ꝙ vnus aliquis & cætera.habet, Cũ nũq̃ tam frequens Senatus fuerit, vt vnus aliquis & cætera.cur fui & cætera.

Quos omnes chariſſimos habent,tu oderis ? quos acerbiſſime omnes oderũt,tu conſtantiſſime diligas ? Ampliſſimæ tibi fortunæ ſunt, ſummus honoris gradus:filius(vt audio,& ſpero)natus ad laudẽ:cui* q̃q̃ reip.cauſ ſa faueo,*tamen etiam tua.Quæro igitur eum Bruti ne ſimilãmalis, an Antonii?ac permitto vt de tribus Antoniis eligas quem velis. D.Brutus melior eſt inquies, cur igitur non eis faues,eos laudas,quorum ſimilem filium tuum eſſe vis? ſimul enim reip. cõſulis,& proponis illi exempla ad imitãdum.Hoc vero Q.Fuſi copioſius ſine offenſione noſtræ amicitiæ*ſicut tecũ *aut,à te diſſentiens Senator*queror.Ita enim dixiſti,& quidem de ſcripto: nam te inopia verbi lapſum putarem, niſi tuam in dicẽdo facultatem noſſem. Literas Bruti recte

*cum reip.
*tum
*ſic*vt
*quæro

& ordine ſcriptas videri. quod quid eſt aliud, q̃ librariũ Bruti laudare, nõ Brutum? Vſum in repub. Calene magnum iam habere et debes & potes. quando ita decerni vidiſti? aut quo S.C. huius generis (ſunt enim innumerabilia) bene ſcriptas literas, decretum à Senatu? Quod verbum tibi non excidit (vt ſæpe fit) fortuitu: ſcriptum, meditatum, cogitatum, attuliſti. Hanc tibi cõſuetudinẽ pleriſq; in rebus bonos obtrectãdi ſi quis detraxerit, qui tibi velit obtrectare non relinquetur. Quamobrem collige te, placaq; animum aliquando & mitiga. audi viros bonos, quibus vteris multum, loquere cum ſapientiſſimo homine genero tuo ſæpius, q̃ tu ipſe tecum: tũ deniq; ampliſſimi honoris nomẽ optinebis. An vero hoc pro nihilo putas? in quo equidem pro amicitia tua iure dolere ſoleo, afferri hæc foras? & ad populi Rom. aures peruenire? ei qui primus ſententiam dixerit, neminem aſſenſum: quod etiam hodie futurum arbitror. Legiões abducis à Bruto: quas? nempe illas, quas ille ab Antonii ſcelere auertit, & ad rẽp. ſua authoritate traduxit. Rurſus igitur vis nudatum illum atq; ſolum ab repu. relig-
tum videri? Vos autem P. C. ſi M. Brutum deſerueritis & prodideritis, quem tãdem ciuem *vnq̃ ornabitis? cui fauebitis? niſi forte eos qui diadema impoſuerunt, conſeruandos eos, qui nomen Regis ſuſtulerunt, deſerẽdos putatis. Ac de hac quidem diuina atq; immortali laude Bruti ſilebo, quæ gratiſſima memoria omnium ciuium incluſa, nondum authoritate publica teſtata eſt, tantam ne patientiam dii boni, tantam moderationẽ, tantam in

*habebitis quem orn.

iniuria tranquillitatē & modeſtiam? qui cū Pretor vrbanus eſſet, vrbe caruit: ius non dixit: cū omne ius populi Ro. recuperaſſet, cunq; cōcurſu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri ſolebat, præſidióq; Italiæ cūctæ ſeptus poſſet eſſe, abſens iudicio bonorum defenſus eſſe maluit, q̄ præſens manu: qui ne Apollinares quidē ludos, pro ſua populiq; Ro. dignitate apparatos, pæſens fecit, ne quam viam patefaceret ſceleratorum hominum audaciæ.

MATVR. AMPLISSIMAE fortunæ) diuitię. SVMMVS honoris gradus) quia Cōſularis. EVM) filiū. DE tribus Antonijs) M, Caio, Lucio.

DESCRIPTO) ex ſententia quam ſcriptam attuleras. INOPIA verbi) quod aliud tibi verbum non ſuccurrerit, vt accidit multis. TVAM facultatem) nam ea in dicendo facultate es, vt deeſſe tibi verba non poſſint. LITERAS Bruti) hoc ſenſuerat Calenus Senatuſcōſulto declarandum literas Bruti bene ſcriptas videri: cęterū ab eo dimittēdas copias. hoc eleuat & irridet Cicero. LIBRARIVM) quem ſcriptorē & cancellariū vulgus vocat.

VSVM) experiētiam. Quo. S.C. decretū bene ſcriptas literas?) quaſi dicat nullo. HANC tibi conſuetudinē bonis inuidendi oībus non haberes, nemo tibi inuideret.) quaſi dicat hac vna cauſſa te oderunt oēs, q̄ tu bonos odiſti. Detrectare autē eſt contra recte tractantes facere. COLLIGE te) reſipiſce. GENERO tuo) Panſa. AMPLISSIMI honoris) Conſularis dignitatis. EOS qui diadema) inuidioſe hoc de vno dicit M. Antonio. VRBE carent) de his in prima Philipp. ſatis multa.

BEROAL. A te diſſentiēs) Senator Tyberi⁹ diſſentiēs in curia â Quinto Atherio. Ignoſcas inquit, rogo ſi quid aduerſus te liberi⁹ ſicut Senator dixero. De ſcripto) Conſimiliter in oratione pro Plācio inquit, Recitetur oratio quę propter eius magnitudinē dicta de ſcripto eſt. Diuiſim autem legendum eſt de ſcripto, vt dictiones duę ſint. Collige te) Quod eſt ſeipſum colligere, vt inquit M. Tul. in Tuſculanis quęſtiōibus, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum cogere? Tantá ne patientia dij boni) Apoſiopeſis. quam Cicero reticentiā, Celſus obtinentiā, nōnulli interruptionem appellant. figura eſt familiaris indignātibus, qua ſenſus interrūpitur, nec ſentētia integra enūciatur, vt, Me ne incepto deſiſtere victā? Et illud Horatianū, Hunccine ſolem Tam nigrum ſurrexe mihi? Apollinares Ludos) Relege

De ſcripto

Detrecto

Apoſiopeſis

quæ in primo commẽtario de Apollinaribus ludis fusius explicauimus, quos Brutus Prætor absens fieri procurauit.

Quãq; vnq; aut ludi, aut dies his lætiores fuerunt, q; cũ in singulis versibus populus Ro. maximo clamore & plausu Bruti memoriã prosequebatur? Corpus aberat liberatoris, libertatis memoria aderat, in qua Bruti imago cerni videbatur. At hunc his ipsis ludorũ diebus videbam in insula clarissimi adolescentis Luculli propinqui sui, nihil nisi de pace & concordia ciuiũ cogitantẽ: eũdem vidi postea Veliæ cedentẽ Italia, nequa oriretur belli ciuilis caussa propter se. O spectaculũ illud nõ modo hominibus, sed vndis ipsis & littoribus luctuosũ: cedere patria seruatorẽ eius, manere in patria perditores? Cassius lapsis paucis pòst diebus consequebatur, vt me puderet P.C. in eam vrbẽ redire, ex qua illi abirent. sed quo consilio redierim, initio audistis, pòst estis experti. Expectatum igitur tempus à Bruto est: nam quoad vos oía pati vidit, vsus est ipse incredibili patientia: posteaq; vos ad libertatem sensit erectos, præsidia vestræ libertati parauit. At cui pesti, quãtæq; restitit? si enim C. Antonius quod animo intenderat perficere potuisset (potuisset autẽ, nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset) Macedoniã, illyricũ, Græciam perdidissemus: esset vel receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnãdæ Italiæ Græcia: quæ quidẽ nunc M. Bruti imperio, authoritate, copiis non instructa solũ, sed etiã ornata, tetendit dexteram Italiæ, suúmq; ei presidium pollicetur, quod qui ab illo abducit, exercitum pulcherrimum & præsi-

dium firmiſſimum adimit reipub. Equidem cupio hæc q̃primum Antonium audire, vt intelligat non D. Brutum, quem vallo circũſedet, ſed ſeipſum obſideri. Tria tenet oppida toto in orbe terrarum: habet inimiciſſimã Galliã: eos etiam, quibus confidebat, alieniſſimos Tranſpadanos. Italia omnis infeſta eſt: exteræ nationes à prima ora Græciæ vſq; ad AEgyptũ optimorum & fortiſſimorum ciuium imperiis, & preſidiis tenentur. Erat enim ſpes vna in C. Antonio: qui duorũ fratrũ ætatibus medius interiectus, vitiis cum vtroq; certabat: qui tanq̃ extruderetur à Senatu in Macedoniam, & non contra prohiberetur proficiſci, ita cucurrit. Quæ tempeſtas, dii immortales, quæ flamma, quæ vaſtitas, que peſtis Græciæ fuiſſet? niſi incredibilis vis ac diuina virtus Cæſaris, furentis hominis conatum atq; audaciam compreſſiſſet? Quæ celeritas illa Bruti? quæ cura? quæ virtus? etſi ne illa quidẽ Antonii celeritas contẽnenda eſt: quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eũ, non iter feciſſe diceres. alios ad negocium publicum ire cũ cupimus, vi ſolemus extrudere: hũc retinẽtes excluſimus.

MATVRANTIVS. LVCVLLI adoleſcentis) qui fuit Luculli preſtãtis illius Imperatoris & locupletiſſimi filius. Inſulæ proprię dictę ſunt que nõ diſtinguntur cõmunibus parietibus cũ vicinis, circumcinctuq; publico aut priuato iunguntur, ad ſimilitudinem terrarũ quę fluminibus aut mari imminẽt, ſic vocatę, q̃ in ſalo, id eſt in mari ſunt. VIDI velię) & hoc in prima Philip. Perditorem) Antonium. INITIO) in prima Philippica.

Luculli, Inſulæ.

C. Antonius) M. Antonij frater in Illyricum & Macedoniam miſſus, & ad militẽ colligendum & prouincias ſollicitandas. TETENDIT dextrã) porrigit auxilium, quod ipſe interpretatur. ORNATA) apparata ad dimicandum. QVOD) preſidium. AB illo) M. Bruto. TRIA tenet oppida) aut

pauciſſima dicit vt vulgus ſolet: aut Brũduſiũ, Tybur, Sueſſam intelligit. IN Antonio) Caio. MEDIIS interiectus) nã Caiꝰ erat medius, maior eo Macus, minor Lucius. ET non prohiberetur) nã prohibuerat in Macedoniam cum ſenatꝰ proficiſci. CAESASIS) octauij. QVEM niſi in via caducę hæreditates tenuiſſent) Caducę hęreditates dicebãtur, cũ nemo erat qui iure eas adire poſſet, & vel ad ærariũ vel ad fiſcum deuoluebãtur, aut à potẽtioribus occupabantur. Et quoniam à certo hęrede cadebãt, caducę vocabantur. Tribus aũt modis relicta vltimis voluntatibus deficiebant, & pro nõ ſcriptis habebãtur: vel cũ ijs relinquebãtur qui in vita tũc nõ erant, ignaro tamẽ teſtatore: vel cum is qui hæres inſtitutus fuiſſet, aut legatariꝰ viuo teſtatore decedebat: aut condicio ſub qua relictũ aut legatum aliquid fuerat, deficiebat. Lege aũt Papia de caducis, relictum aut legatum deficiente conditione viuo vel mortuo teſtatore, ad ęrarium perueniebat. Legi autem cauſſam dedere ciuiuilia bella, quibus plurima fiebant caduca, & pereuntibus viuis teſtatoribus ijs quibus relictum legatũ ve fuerat, & implere conditiones non valentibus. Emẽdata poſtea lex eſt vt nõ ad ęrariũ & fiſcum, ſed ad proximiores deuouerentur quę deficerent. Et luuen. ait, Iura parentis habes. propter me ſcribe ris hęres: Legatum omne capis, necnon & dulce caducũ. Abolita poſtremo penitus eſt, vt ſcribitur lib. Codicis. vi. ti. de caducis tollendis. CVM Apollonia) Dyrrachij & Apollonię copię erant, quibꝰ Gabinius pręerat. Illyricũ cum imperio Vatiniꝰ obtinebat: ſed Caius in Macedoniam proficiſcebatur.

QVID ergo ei cum copijs Gabinij aut Vatinij erat?) quaſi dicat nihil.

TRAP. Caducę ſunt hęreditates quę tũc adeuntur, quum nemo eſt qui iure eas adeat. Adiudicaret) attribueret, aſſignaret.

Caducę.

Teſtamẽta trib. modis inualida.

At quid ei cũ Apollonia? quid cum Dyrrhachio? quid cum Illyrico? quid cũ P. Vatinii Imperatoris exercitu? Succedebat (vt ipſe dicebat) Hortẽſio, certi fines Macedoniæ, certa conditio, certiſſimo modo erat etiam illius exercitus. cũ Illyrico vero, & cũ Vatinii legiõibus quid erat Antonio?* ac ne cũ Bruto quidẽ: id enim fortaſſe quiſpiam improbus dixerit, omnes legiones, omnes copiæ quæ vbiq; ſunt, populi Romani ſunt. neq; enim legiones quæ Antonium reliquerunt, Antonii potius q̃ reip. fuiſſe dicũtur, *Omnis enim exercitus & iperii ius

*at ne bruto

*omne

amittit is,qui in eo imperio & exercitu Rẽp.oppugnat. Quod si Resp.iudicaret, aut si omne ius decretis eius statueretur,Antonió ne an Bruto legiones pop.Ro.adiudicaret?alter aduolaret subito ad direptionem pestẽq; sociorum,& quacunque iret,omnia vastaret,diriperet, auferret: exercitu populi Romani contra ipsum populum Romanum vteretur. alter vero eam sibi legem statueret, vt quocunque venisset, lux venisse quædam & spes salutis videretur. deniq; alter ad euertendam Rempublicam præsidia quærebat: alter ad cõseruandam.Nec vero hoc nos magis videbamus, quàm ipsi milites,à quibus tanta in iudicando prudentia non erat postulanda.Cum septem cohortibus Apoloniam isse scribit Antonium:qui iam aut captus est (quod dii dent)aut certe homo verecundus in Macedoniam non accedit, ne contra Senatum feciſſe videatur. delectus habitus in Macedonia est summo Quinti Hortẽsii studio & industria.cuius animum egregium,dignúmque & ipso & maioribus *eius ex Bruti literis perspicere potuistis. Legio,quam Lucius Piso ducebat, Legatus Antonius Ciceroni se filio meo tradidit. Equitatus qui in Syriam ducebatur,bipertito,alter eum à quo ducebatur reliquit in Thessalia,seq; ad Brutum cõtulit: alterum in Macedonia Cneus Domitius adolescẽs summa virtute & constantia ab Legato Syriaco abduxit. Publius autem Vatinius * qui & antea iure laudatus à nobis, & hoc tempore merito laudandus est:aperuit Dyrrhachii portas Bruto,& exercitum tradidit.

*suis.

*decimo anno.

Apollonia. MATVRANTIVS. Macedoniæ ciuitas est Apollonia libera olim & optimis instituta legibus: quam Corinthij & Corcyrei ædificauere super Aoum fluuium sita, quam Eantem Ecateus vocat: distans ab eo stadijs decẽ, A sinu vero Rhizonico sexaginta. Dyrrachium Macedoniæ & ipsa libera ciuitas, quam Corcyrei condidere, sic vocata à Chersonesso in quo sita est, ante Epidannus dicta. Author Strabo: Appianus à Dyrracho Epidammi filio tradit appellatam, libro secũdo de bellis ciuilibus. HORTENSIO) qui præerat Macedoniæ. CERTISSIMO modo) finibus indubitatis. ILLIVS) Hortensij certus erat exercitus, nec ad eum Gabinij & Vatinij pertinebant copiæ. AC ne cum Bruto quidem) dicet quispiam, Nam occurrit quæstioni, ne cum Bruto quidem aliquid erat Gabinij, Vatinij, & Hortensij copijs, & tamen eas Brutus accepit. OMNES legiones) respondet si Respublica ipsa adiudicaret, hoc est attribueret & assignaret has copias quæ suæ sunt, Bruto assignaret, nõ Antonio. Nã Antoni⁹ ad perniciẽ, Brut⁹ ad defẽsionẽ vteretur. IPSI milites) qui se Bruto adiũxerãt. SRIBIT) Brutus. CAPTVS est) id quod accidit diuinat Cicero, nam re vera captus fuit. AVT certe homo verecundus) ironice. LEGATVS Antonij) Cai Antonij. EQVITATVS. qui in Syriam ducebatur) ii quingenti fuere, quos Au. Cinnæ abstulit, qui eos in Syriam ad Dolabellam ducebat. ALTERVM) quingentos equites prædictos. CN. Domitius) is Domitij illi⁹ filius fuit, quem Pharsalica pugna Antonius occidit: de hoc Brutus in Epistola ad Ciceronem. De Domitio & Apuleio quid attinet me scribere? ablegato Syriaco, Cinna, Publius Vatinius qui decimo anno &c. cum Gallias Cæsar teneret, & Lucam prouinciæ suæ vrbem hybernatũ venisset, Pompeius & Crassus ad eum profecti sunt, facta est inter eos conciliatio & cõcordia, sic vt omnis Respublica eorum arbitrio administrareture. Cõuenerunt autem vt Cæsari in aliud quinquennium Galliæ prorogarentur, Crassus & Pompeius in sequentem annum Consulatum peterent. Rediere Candidati, in campum descendere. Cato Lucium Domitium sororium suum ad petitionem compulit, vt cum vtrouis crearetur, eius libidini repugnaret: sed armis acta res est & multi occisi sunt, Cato vulneratus, Demúmque Põpeius & Crassus renũciati Consules. Cato cum Domitium opposuisse parum profuisset, & animaduerteret initam trium ptincipum concordiam primum & maximum ciuile malum esse, Præturam ipse statuit petere. Cæsar vero & Pompeius Præturam in Catone Consulatui parem fore videntes, Senatum multis ignorãtibus habuere, decreuerúntque vt qui Prętores crearentur, confestim magistratum inirent, neque consuetum tempus expectarent, & ne fraudi esset siquis eum magistratum per ambitum obtineret, ac simul amicos ad petitionem ipsi impulere pecuniam qua suffragaturos corrumperent submini strantes, cúmque nihilominus Catonis virtus superaret, & prima tribus quæ prærogatiuam habebat, eum renunciasset, tonitrua Pompeius memitus est: vetabãt autem auspicia agi cum populo Ioue tonã-

Dyrrachiũ

Adiudico.

Cn. Domitius

Cõciliatio Cęs. Põpei & Crassi.

Cato vulneratur.

te. Pulsis inde è cãpo optimatib⁹, magnis largitionib⁹ factũ est vt Vatini⁹ pro Catone Prętor renunciaretur, qui anno sequẽti ambitus reus factus est, & à Cicerone defensus ac laudatus: quod quamobrem fecerit, ipse docet Cicero in Epistolis ad Lentulum quæ est libro primo familiarium, Hunc Vatinum oderat prius Cicero, quoniam Tribunus plebis Clodio fauerat: extátque oratio contra Vatinium testem, quæ eum proscindit & lacerat. DECIMO anno) totidem exierant ex quo Vatinium Cicero defendit & laudauit.

Vatini⁹ prętor.

BEROAL Ciceroni se filio meo.) per id tempus Cicero filius Marci Tulij Ciceronis sub Bruto militabat: eúmque Brutus cum primis admirabatur, vtpote generosum iuuenem ac Tyrannos exosum, qui Cratippo tunc philosopho in Peripathetica philosophia clarissimo operam dabat. ab hoc Caius Antonius prælio victus capitur. Verum qui in adolescentia specimen maximum futuræ virtutis ostenderat, is mox decoxit degenerauitque à seipso: quem scriptores tradunt nihil ex paterno ingenio habuisse, præter vrbanitatem: cui ebrietas memoriam omnem subduxit, quem ferunt binos vini congios vno potu haurire solitum, Marcoq; Agrippæ à marcido ac temulento scyphum impactum. Vatinius iure laudatus) Nihil notius odio Vatiniano, nihilque oratione illa Ciceronis in Vatinium testem virulenta & criminosa celebratius, quem multo sale perfricuit, & vrbana amaritudine perstrinxit. olim Vatinij morte nũciata, cuius parum certus dicebatur author, dixit Marcus Tullius interim vsura fruar. Item cum audita falsa Vatinij morte Quinium eius libertum interrogasset recténe omnia? dicenti, recte: mortuus est, inquit. Item cum Vatinius pedibus æger vellet videri commodioris valetudinis factus, & diceret se bina milia passuũ ambulare: Dies, inquit longiores sunt. In Consulatu quoque Vatinij quem paucis diebus gessit, notabilis Ciceronis vrbanitas circũferebat, magnũ ostẽtũ iquit anno Vatinij factũ est. Quod illo Cõsule nec bruma, nec ver, nec æstas, nec Autumn⁹ fuit. Illud quoq; nõ indignũ, quod annoret, Vatiniũ hominẽ natũ & ad risũ & ad odiũ, scurrã fuisse ac dicacẽ. In pedes suos ipse plurima dicebat, & ĩ fauces inflatas, sic inimicorum (quos plures habebat quàm morbos) & in primis Ciceronis vrbanitatem effugit. Attamen cum inimicitiæ mortales esse debeant, Marcus Tullius oblitus pristini odij, oblitus iniuriarũ, vtpote molli ingenio præditus. Vatinium non solum laudauit, verumetiam in iudicio defẽdit. De quo sic refert Quin. in vndecimo: Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vatinio inimicissimis sibi antea hoĩb⁹, & in quos etiã orationes descripserat.

Cic. filius

Ciceronis scõmata in Vatinium. Odiũ Vatinianum.

Cic. placabilis

ASCEN. In victorino non est, qui antea iure laudatus.

Tenet igitur populus Romanus Macedoniam, tenet illyricum, tuetur Græciam: nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, maximéque noster est Brutus, sempérque noster, cum sua excellentif-

fima virtute Reipublicæ natus, tum fato quodam paterni materníque generis & nominis. Ab hoc igitur quiſquam bellum timet? qui antequam nos id coacti ſuſcepimus, in pace iacere, quã in bello vigere maluit. quanquam ille quidem nunquam iacuit, nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præſtantiam poteſt. Erat enim in deſiderio ciuitatis, in ore, in ſermone omnium. Tantum autem aberat à bello, vt cum cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit ciuiũ ſtudiis potius, quã eos in armorũdiſcrimen adduceret. Itaq; illi ipſi, ſi qui ſunt, qui tarditatẽ Bruti reprehenderãt, tamen eiuſdem moderationem, patientiámque * mirentur. Sed iam video quid loquantur, neque enim id occulte faciunt. Timere ſe dicunt quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere, quaſi vero quicquam interſit inter Auli Hirtii, Cai Panſæ, Decii Bruti, Caii Cæſaris, & hũc exercitum Marci Bruti. Nam ſi quatuor exercitus ii, de quibus dixi, propterea laudantur, quod pro populi Romani libertate arma cœperũt. quid eſt cur Marci Bruti exercitus nõ in eadem cauſſa reponatur? At enim Veteranis ſuſpectum eſt nomen Marci Bruti, magis quã Decii. Equidem non arbitror, & ſi eſt enim Brutorum commune factum & laudis ſocietas: eo tamen Decio Bruto iratiores ſunt ii, qui id factum dolebant, quo minus ab illo rem illam dicebant fieri decuiſſe. Quid ergo nunc agunt tot exercitus, niſi vt obſidione Decius Brutus liberetur: qui autẽ hos exercitus ducũt, ii, credo, qui Cæſ. res actas euerti, qui cauſſam veteranorũ prodi volunt.

*mirãtur.

volunt. Si ipse viueret Cæsar, acrius credo acta sua defenderet, quã vir fortissimus defendit Hirtius: aut amicior caussæ potest inueniri, quàm filius. at horum alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus, quicquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam contulit: quorum votis iudicauit se à morte reuocatum. Alter virtutis robore firmior, quàm ætatis, cũ istis ipsis veteranis ad Deciũ Brutum liberandum est profectus. Igitur illi certissimi, iidémque *Cæsaris actorum patroni, pro Decii Bruti salute bellum gerunt, quos veterani sequũtur. De libertate enim populi Romani, non de suis commodis armis decernendum vident. Quid est igitur cur iis, qui Decium Btutũ omnibus copiis conseruatum velint, Marci Bruti sit suspectus exercitus? An vero si quid esset, quod à Marco Bruto timendum videretur, Pansa id non videret? aut si videret, non laboraret? Quis enim aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum, aut ad propulsandum metum diligentior? atqui huius animum erga Marcum Brutũ studiũmque vidistis. præcepit oratione sua quid decernere nos de Bruto, quid sentire oporteret: tantũq; abfuit vt periculosum Reipublicæ Marci Bruti putaret exercitum, vt in eo firmissimum Reipublicæ præsidiũ & grauissimum poneret. Scilicet hæc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit. Quæ enim Cæsar egit, ea rata esse nõ curat. de quibus cõfirmãdis & sanciendis legem comitiis Cẽturiatis ex authoritate nostra laturus est.

*acerrimi



MATVRANTIVS. PATERNI) Brutorum. MATERNI) Seruiliorum. QVO minus) Decius præcipue à Cæsare diligebatur, plurimíque fiebat, & secundo ab eo institutor hæres fuerat. ACRIVS credo acta sua defenderet) quasi dicat minime. QVAM filius) Octauius. ALTER) Brutus. QVORVM votis populi) vt est dictum in prima Philippica. ALTER) Octauio scilicet, cũ derisu hoc & stomacho. COMITIIS Cẽturiatis) Comitia Centuriata quid sint, prius est dictum. Constat enim ex sensu & ætate, fieri vero intra pomerium nefas erat.

Desígnant igitur aut ii, qui non timent, simulare se timere, sed prospicere Reipublicæ: aut ii qui omnia verentur, nimium esse timidi: ne illorum simulatio, horum *obsit ignauia. Quæ (malum) est ista ratio? semper optimis caussis veteranorum nomẽ opponere? quorum etiam si amplecterer * virtutem, vt facio: tamẽ si essent arrogantes, nõ possem ferre fastidium. * At nos conantes seruitutis vincula rumpere, impediet, si quis veteranos id nolle dixerit? Non sunt enim credo innumerabiles, qui pro communi libertate arma capiant. nemo est præter veteranos milites, *qui ad seruitutẽ propulsandam ingenuo dolore excitetur? Potest igitur stare Respublica freta veteranis sine magno subsidio iuuentutis? quos quidem libertatis adiutores complecti debetis, seruitutis authores sequi non debetis. Postremo, erumpat enim aliquando vera & me digna vox, si veteranorum nutu mentes huius ordinis gubernantur, omniáque ad eorum voluntatem dicta factáque nostra referuntur, optanda mors est: quæ ciuibus Romanis semper fuit seruitute potior. Omnis est misera seruitus: sed fuerit quædam necessaria: ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ? an cum illũ necessarium

& fatalem pene casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Tota Italia desiderio libertatis exarsit: seruire diutius non potest ciuitas. Serius populo Romano hunc vestitum atque arma dedimus, quàm ab eo flagitati sumus. Magna nos quidem spe & propè explorata, libertatis caussam suscepimus. sed vt concedam incertos exitus esse belli, Martémque comunem, tamen pro libertate vitæ, periculo decernendū est, nō enim in spiritu vita est, sed ea nulla est omnino seruienti. Omnes nationes seruitutem ferre possunt, nostra ciuitas non potest. nec vllam aliam ob caussam, nisi quod illæ laborem dolorémque fugiunt: quibus vt careāt, omnia perpeti possunt. nos ita à maioribus instituti atque imbuti sumus, vt omnia consilia atq; facta ad virtutem atq; dignitatem referamus. Ita præclara est recuperatio libertatis, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Quod si immortalitas consequeretur præsentis periculi * fugam, tamé eo magis ea fugienda esse videretur, quo diuturnior esset seruitus. Cūvero dies & noctes omnia * vndique fata circunstent, nō est * viri nominísque Romani dubitare, eum spiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. Concurritur vndique ad commune incendium restinguendum, veteranique primi Cæsaris authoritatem secuti, conatum Antonii repulerunt. Pòst eiusdem furorem Martia legio fregit, quarta afflixit. sic à suis legionibus condemnatus irrupit in Galliam, quam sibi armis animisq; infestam inimicamq; cognouit. Hunc A. Hirtii & Cai Cæsaris

* fuga.

* nos * vestri

exercitus insecuti sunt. Post Pansæ delectus Vrbem totámque Italiam erexit. Vnus est omnium hostis, quanquam habet secum Lucium fratrem charissimum Reipublicæ ciuem: cuius desiderium ciuitas ferre diutius non potest. Quid illa tetrius belua? quid immanius? qui ob eam caussam natus videtur, ne omniũ mortalium turpissimus esset Antonius. Est vna Trebellius, qui iam cum tabulis nouis redit in gratiam:

MATVR. SED prospicere Reipublicæ) quia simulãt se timere & prospicere ne quid Respublica detrimenti capiat. ILLORVM simulatio) qui non timent. SIT ignauia) vt credat eos timere qui re vera non timent, sed timere se simulant: ipsi qui timent, vehementius timent. MALVM) interiectio est. Fastidium) superbiam, à fastu. Non sunt credo innumerabiles, quasi dicat sunt innumerabiles, vt non sint timendi veterani. INGENVO dolore) non seruili, sed qui ingenuos decet. POTEST igitur stare) quasi dicat minime potest. QVOS) veteranos. FATALEM casum) quo victus est Pompeius & Cæsar rerum potitus. HVNC vestitum) saga. NON enim in spiritu vita est) hoc est in viuendo & spiritum ducendo, sed in actionibus & rebus gestis ac virtute. SED ea nulla est omnino seruienti) nam qui seruit verius mortuus est, quã viuit. QVOD si &c) etiã si immortales euaderem⁹ p̃sens periculũ effugiẽtes, tamẽ tãto magis fugere ĩmortalitatẽ deberem⁹, quãto seruit⁹ futura esset diuturnior per ipsã ĩmortalitatẽ. QVEM naturę qs debeat) omnino enĩ morituri sum⁹. CHARISSIMVM reip. ciuẽ) ironice. TABVLIS nouis) quæ ne fierent interceſſit Ant. nũc vero vt faciat author est.

Vita ĩ quo consistat.

Seruitus.

Laconis pueri animus.

BEROAL. Nulla seruienti) Iurisconsulti seruitutem morti comparãt tanquam mors sit seruituti anteponẽda. hinc vox illa Laconis pueri memorabilis, qui ab Antigone captus venditúsque cum iuberetur à domino matulam ferre, viriliter dixit οὐ δουλεύσω. id est non seruiam, mox se præcipitem dedit: atque ita mori generose maluit, quàm turpiter seruire.

TRAP. Fastidiũ) arrogãtiã, à fastu, id est supbia. Ingenuo dolore) nõ seruili.

ASCEN. In Victorino est. horum obsit ignauia: legitúrque sic, Omnes nationes seruitutem ferre possunt, nos ista à maioribus &c. Cætera interposita desunt, nec sunt sane necessaria. Habet, Quod si immortalitas consequeretur præsentis periculi fugam, tamẽ eo magis effugiẽda esse videbatur, quo &c. Item, nõ est viri nominisque Romani, quod placet, quia dicendo vestri, significentur illi non esse Romani.



T.Plancus:cæteri pares:qui id pugnant,id agunt,vt contra rempublicam reſtituti eſſe videantur:ſolicitant homines ĩperitos,Saxas & Caphones:ipſi ruſtici atq; agreſtes:qui hãc rempublicam nec viderunt vnq̃,nec videre conſtitutam volunt:qui non Cæſaris,ſed Antonii acta defendunt:quos*auertit agri Campani infinita poſ- *auertet
ſeſſio. cuius eos non pudere miror,cum videant ſe mimos & mimas habere vicinos. Ad has peſtes opprimẽdas,quid eſtcur moleſte*feceramus,quod M.Bruti acceſ *feramus
ſit exercitus?immoderati credo hominis & turbulenti: vide ne nimium pene patientis. etſi in illius viri conſiliis atq; factis,nec nimium,nec parum vnq̃ fuit. Omnis voluntas M Bruti P.C.omnis cogitatio,tota mẽs,authoritatem Senatus, libertatem Populi Romani intuetur. hæc habet propoſita,hæc tueri vult: Tentauit quid patientia proficere poſſet:nihil cum proficeret,cõtra vim experiendum putauit. Cui quidem P. C. vos idem tribuere hoc tempore debetis,quod ad. xiii. Calen. Ianua.D.Bruto & C.Cæſari me authore tribuiſtis: quorũ priuatum de repub. conſilium & factum authoritate veſtra eſt comprobatum atq; laudatum. Quod idem in M.Bruto facere debetis,à quo inſperatum & repentinũ reipublicæ preſidium legionum,equitatus, auxiliorum magnæ & firmæ copiæ comparatæ ſunt:adiungendúſq; eſt Q. Hortenſius,qui cum Macedoniam obtineat, adiutorem ſe Bruto ad comparandum exercitum fideliſſimum & conſtantiſſimum prebuit. Nam de Apuleio ſeparatim cenſeo referendum: cui teſtis eſt per literas

Brutus, eum principem fuisse ad conatum exercitus cõ parandi. quæ cũ ita sint, quod C. Pansa Cons. verba fecit de literis, quæ à Q. Cepione Bruto Procõs. allatæ & huic ordini recitatæ sunt, de ea re ita cẽseo: Cum Q. Cepionis Bruti Procons. opera, consilio, industria & virtutute, difficillimo reip. tẽpore prouincia Macedonia, Illyricum, cuncta Græcia, legiones, exercitus, equitatus in Cons. Senatus, populiq; Ro. potestate sunt: id Q. Cepionẽ *in Brutum Proncõs. bene & è republica & sua, maiorumq; suorum dignitate, consuetudineq; reip. bene gerendæ fecisse, eamq; rem Senatui populoq; Ro. gratam esse & fore: *Qu. Cepio Brutus Procõs. prouinciã Macedoniam, Illyricũ, totãq; Græciam tueatur, defendat, custodiat, incolumenq; seruet: eiq; exercitui, quem ipse constituit, comparauit, præsit, pecuniaq; ad rem militarem, si qua opus sit, quæ publica sit, & exigi possit, vtatur, exigat: pecuniasq; à quibus videtur ad rem militarem mutuas sumat: frumẽtum imperet: operamq; det, vt cum suis copiis q̃ proxime Italiã sit. cunq; literis Qu. Cepionis Bruti Procons. intellectum sit, Qu. Hortensii Procons. opera & virtute vehementer remp. adiutam, omniaq; eius consilia cum consiliis Qu. Cepionis Bruti Procõs. cõiuncta fuisse, eãq; rẽ magno vsui reip. fuisse, Qu. Hortensium Procons. recte et ordine exq; republi. fecisse: Senatuiq; placere Qu. Hortensium Proconsulẽ cum Quinto Cepione Proconsule. & legatis suis macedoniam prouinciam obtinere quoad ei ex S. C. successum sit.

*in, deest in ant. cod.

*etq;

MATVRANTIVS. IPSI rustici) homines rustici erant Saxa & Capho. AVERTIT)abduxit à republica & ad Antonium traduxit. CVIVS)agri. MIMOS & mimas)quibus & ipsis ager Campanus fuerat diuisus. DE Apuleio) de quo Brutus ad Cice.scribit in Epistol.A.Qu.Cepione)M.Brutus proprio & vero nomine dictus est Qu. Cepio Brutus: & tamen M.Brutus appellatus.Senatusconsultis verum exprimebatur nomen. Cepio

BEROAL. Pecuniam exigit)M.Brutus cum à Lyciis pecuniam popposciſſet,eos ad desperationem redegit, vt se omnes vltronea cæde ferro flãmaq; perimerent. Quod spectaculum prorsus Tragicum haud q̃q̃ Brutus spectare sustinuit. Idem scribẽs olim ad Pergamenos epistolam ex Laconismo breuitateq; Spartana sic inquit,audio vos Dolabellę dedisse pecunias,quas si quidem sponte dedistis,fassi estis mihi iniuriam:si vero inuiti,ostendetis illas mihi vltro dare debere.

Decimæ Philippicæ Finis.

M.T.CICERONIS IN M. ANTONIVM PHILIPPICA VNDECIMA.

MAgno in dolore sum P. C. vel mœrore potius, quem ex crudeli & miserabili morte C. Trebonii optimi ciuis,moderatissimiq; hois accepimus. Inest tamẽ aliquid quod reip. profuturum putẽ.perspeximus enim quanta in iis,qui contra patriam sceIerata arma

ceperunt, ineſſet immanitas. nam duo hæc capita nata ſũt poſt homines natos teterrima & ſpurciſſima, Dolabella & Antonius: quorũ alter effecit, quod optabat: de altero patefactum eſt, quid cogitaret, L. Cinna crudelis: C. Marius in iracundia perſeuerans: L. Sylla vehemens: neq; vllius horum in vlciſcendo acerbitas progreſſa vltra mortẽ eſt. que tamẽ pœna ĩ ciues nimis crudelis putabatur. Ecce tibi geminum in ſcelere par, inuſitatũ, inauditum, ferum, barbarum. Itaq; quorum ſummũ quõdam inter ipſos odium, bellũq; meminiſtis, eoſdẽ poſtea ſingulari inter ſe cõſenſu, & amore deuinxit impuriſſimæ naturæ & turpiſſimæ vitæ ſimilitudo. Ergo id, quod fecit Dolabella, in quo potuit, multis idẽ minatur Antonius: ſed ille cum procul abeſſet à Conſt. exercitibuſq; noſtris, *neq; dum Senatum cũ * rep. conſpiraſſe ſenſiſſet, fretus Antonii copiis ea ſcelera ſuſcepit, quæ iã Romæ ſuſcepta arbitrabatur à ſocio furoris ſui.

*nec
*Pop.Ro.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS.

Agno in dolore) Allato de morte Treboniį nuncio, quem Dolabella dolo oppreſſum in Aſia crudeliſſime cruciatũ interfecerat: & Dolabella hoſte iudicato, cũ aliį iudicarent priuato impium deferẽdum, aliį alterũ cõſulẽ mittendũ ad id bellũ: Cic. neutrã ſententiam probat, quia prẽter morẽ maiorum fiat. deinde quia inutile & inhoneſtũ tum reip. cum vero Conſulibus. ſed decernẽdũ vt id negocium Bruto & Caſſio, qui ipſi partim in Grẽcia, partim in Aſia ſint, committatur.

MATV. CVM Brut⁹ & Caſſius Antoniũ & amicos Cæſaris occiſi formidantes vrbe exceſſiſſent, aucta ilico Antoniį poteſtas eſt: itaq; ad prouincias occupandas, & exercitus qui vſq; eſſent ſibi vendicandos animũ adiecit. Cũq; in primis Syriam cuperet iam Caſſio decretam, & ſuſpectũ ſe animaduerteret, foreq; colligeret vt maiorem de ſe ſuſpicionem excitaret, ſi illam peteret: Dolabellam iuuenẽ audacẽ & ambitioſum. quẽ clã ſibi adiungebat Senatus, qm̃ Antonio aſſiduo prius fuiſſet aduerſatus, ad Syriam petendã & paratũ im

in Parthos exercitum impulit.cunq; impetrari res per Senatum non posset, lege lata ad populum magnis tamen cõtentionibus,Syria & Partichum bellum Dolabellę decreta prouincia est.Erat tũc Asię prętectus C. Trebonius vn⁹ ex Cęsaris percussoribus, qui Antonium extra curiam detinuerat dũ Cę sar cõfoderetur.Is ciuitates muro sepiebat, pecunias congerebat, exercitũ parabat,Bruto Cassioq; vt id faceret imprimis adhortantibus, venientem ad se Dolabellam Pergamo & Smyrna nõ admisit,& quoniam Cõsulerat, extra muros cõmeatum parari iussit. cunq; vrbes ille inuaderet, neq; tamen proficeret quicq̃,vt Ephesi reciperetur Trebonius, mandauit: illuc vero tendentẽ ex interuallo quosdam subsequi iussit.ij recedẽtem Dolabellã nocte superueniente intuentes, nec vlterius suspicati quicq̃,paucis relictis qui persequerẽtur,adhuc Smyrnam se recepere.Sed conuersus Dolabella & eos qui relicti fuerant adeptus,occidit omnes,Smyrnam contendit, incustoditam offendit,admotisq; muro scalis occupat: Trebonius in lecto deprehensus sic occiditur:vt ipse narrat Cic.et Appianus refert. Trebonium supplicasse militib⁹ vt ad Dolabellam duceretur,spõteq; secuturum se dixisse. Ducem vero turmę cum intueretur illum, eia sequere tu, pòst respõdisse caput interim nobis prebe: nam vt hoc afferamus nobis mandatũ, & hoc dicto caput abscidisse: Dolabellã ante lucẽ pro Tribunali vbi iudicans sedere solebat Trebonius poni iussisse,exercitui, q; ex Cęsaris fuisset percussoribus, & caput & reliquum corpus ludibrio extitisse. Allato Romam de Treboniį cęde nũcio Dolabella hostis iudicatus est, de quo persequendo cũ in Senatu relatũ fuisset,& alij priuato cuius optimo & innocentissimo imperium deferendũ,alij alterum Consulem mittendũ censerent,neutram sententiã probat Cic.dicens præter maiorũ morẽ faciẽdum,si priuato imperium deferatur,& inutile atq; inhonestum tũ ipsis Consulibus,tũ reip.si alter Consulum mittatur.Negociũ Bruto & Cassio qui in vicinis erãt locis dandũ suadet:nam Brutus in Macedonia versabatur & Gręcia:Cassius eo consilio ex Italia profectus fuerat,vt Dolabellam Syria prohiberet.Exorditur autẽ Cic. per comodum quod ex ipso nasci videtur incommodo, quo affecta erat respub.miserabili Treboniį morte.vt animaduertẽtes tã atrox Dolabellę facinus, ab Antonio qui longe crudelior est & sceleratior diligentius vigilantiúsq; caueãt. Et hoc in hac Philippica Ciceronis fuit consilium,per hanc ex Dolabellæ scelere occasionem magis magisq; in Antonium Senatores accendere,in quem inuehitur,ei⁹ sceleratissimos commemorans & audacissimos comites, ac nihil non ausuros dicens,nisi q̃ primũ opprimantur. VEL mœrore potius) nã dolor est quiddam generalius,mœror particularius, vtrunq; sic diffinit Cicero, Dolor est ægritudo cruciãs:mœror ęgritudo flebilis. CRVDELI)qm̃ abscissum caput MISERABILI)qui etiã post mortem ludibrio fuit militibus. IMMANITAS) qualis ferarum omnem egressa humanitatem. ALTER) Dolabella Trebonium occidit,& Syriam prouinciam occupauit. DE altero) Anto-

Trebonius

Dolor mœror.

nio. patefecit enim quid cogitaret prouinciam Galliam occupare, vt inde armatus Vrbem & imperium inuaderet. VLTRA mortem) sicut in Trebonio Dolabella. ECCE tibi) superabundat tibi, vt sępe apud Vergiliũ, & sermo est iratis congruens. QVORVM) Dolabellę & Antonij, de quorũ inimicitijs satis multa dicta sunt prius. IN quo potuit) in Trebonio. CONSS.) Pansa & Hirtio. A socio furoris) Antonio.

Vltra mortem sæuientes.

BEROAL Progressa vltra mortem nimirum inhumana crudelitas, & efferata immanitas videri potest illorum, qui in inimicos sæuiũt atq; grassantur vltra mortẽ, quibus dici potest illud Maronianũ, Vlterius ne tende odijs, Carpitur apud poetas merito conuicio Achilles, perinde ac omnis humanitatis oblit⁹, qui trahit Hectorẽ ad currum religatum, lacerari & sentire putans, in quo nullus residebat sensus. Fuerunt pręterea non pauci, qui inimicos etiam mortuos punierunt. Execratur apud Ennium Thyestes, & dirum cruciatum optat fratri, primum vt naufragio pereat Atreus, vt saxis fixus asperis euisceratus saxa aspergat tabo sanie & sanguine atro, neq; sepulchrũ quo se recipiat habeat. Ita ignaris homines in vita mẽtibus errãt, qui in mortuos acerbe sæuiunt atq; grassantur. Ecce tibi) familiare M. Tullio est vt in rebus aduersis inopinatisq; atq; indignis vsurpet id genus elocutionis. In Epistolis ad Atticum: Ecce tibi nuncius pueros venisse Rom. Inusitatum) inauditum. Dialyton est siue dissolutum. quę rhetorica exornatio multũ habet concinnitudinis.

Ecce tibi.

Dialyton.

Quid ergo hunc aliud moliri? quid optare censetis? aut quam omnino causſam esse belli? omnes qui libere de republica sensimus, qui dignas nobis sententias diximus, qui rempublicã *liberam esse voluimus, statuit ille quidem non inimicos, sed hostes: maiora tamen in nos q̃ in hostem supplicia meditatur. Mortem naturæ pœnam putat esse: iracundiæ, tormentum atq; cruciatum. Qualis igitur hostis habẽdus est is, à quo victore si cruciatus absit, mors in beneficii *parte numeretur? Quam obrem P.C. q̃q̃ *hortatione nõ egetis (ipsi enim vestra spõte exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem) tamen eo maiore animo studióq; libertatem defẽdite, quo maiora proposita victis supplicia seruitutis vide-

*Pop. Ro. liberum

*partem

*hortatore

tis. In Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolabella, in alienam vterq; prouinciam. Alteri se Brutus obiecit, impetumq; furentis atq; omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ suæ periculo suo colligauit, & à progressu arcuit, à reditu refrenauit: obsideri se passus, ex vtraq; parte constrinxit Antonium. alter in Asiam irrupit cursum, vt in Syriam patebat via certa neq; longa. Quid opus fuit cum legione, premisso * Marso neſcio quo Octauio scelerato latrone atq; egente? qui popularetur agros, vexaret vrbes, non ad spem constituendæ rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norũt (mihi enim hic Senator ignotus est) sed ad præsentẽ *pastum mendicitatis suæ, cõsecutus est Dolabella* nulla suspicione belli. Quis enim id putaret? secutæ collocutiones familiarissimæ cum Trebonio: complexusq; summæ beneuolentiæ falsi indices extiterunt in amore simulato: *dexteræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. *Nocturnus fit itroitus in Smyrnã, quasi in hostiũ vrbẽ, quæ est fidelissimorũ antiquissimorũq; sociorũ oppressus est Trebonius: si vt ab eo q aperte hostis esset, incautus: si vt ab eo, qui ciuis etiã tum speciem haberet, miser. Ex quo nimirũ documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Consularem hominem, Consulari imperio prouinciam Asiam obtinentem Samario exuli tradidit: interficere statim captum noluit, ne nimis credo in *victoria liberalis videretur: cum verborum cõtumeliis optimum virum incesto ore lacerasset, tum verbe-

*Marso

*statũ *in

*dextræ,
*qui noct. intr,

*victoriis

ribus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ, idq; per biduum.

MATVRANTIVS. MORTEM) si enim occidat, existimat naturã pœna affici, quia dissoluitur anima à corpore: si etiã torqueat & crucier, iracũdiq; satisfieri. EX vtraq; parte) reditu & progressu. MARCO Octauio) hic legatus cum Dolabella est profectus. QVI popularetur agros) Asiati cos. QVAM) rem familiarem. TENERE) tueri & seruare. his enim erat moribus, eaq; prodigalitate, vt tueri parta nequiret. HIC senator) hoc cum stomacho ait. AD pręsentem pastũ) quę pręsentem pascerent edacitatẽ cũ in dies viuerent, & pręsentis tantũ diei haberent rationem. NVLLA suspitione belli) cũ nihil bellicum metuerent ij populi per quorum agros iter habebat. SECVTE collocutiones) nã & si intra vrbes non recipiebat, cũ eo tamen colloquebatur, & cõmeatus extra vrbem prębebat. FIDEI) cui Numa Pompilius dextram consecrauit, vt ait Liuius: quam etiam Plinius in fide inqt appeti. NOCTVRNVS) scalis noctu admotis muro. SMYRNAM) post Clazomenas in Ionia Smyrna est: à qua sinus Smyrneorũ. Lydi eã euertere. Antigonus prius, deinde Lysimachus suscitauit. Pars in monte sita est, pars maxima in cãpo iacet, Melas amnis prętefluit. De Homeri origine eũ alijs quibusdam certãt Smyrnei, author Strabo, qui hoc in loco obsidione à Dolabella Trebonium captũ dicit, & dirutas cõplures vrbis partes. QVI aperte hostis esset) sed hostis aperte non erat, nã si hostis fuisset, incaut⁹ esset habendus Trebonius, qui sic se opprimi siuisset. Qui ciuis etiam tum speciem haberet, cũ hostis esset patrię sicut postea iudicatus est. MISERVM) nam occidi à ciue miserum est. QVID esset victis extimescendum) cũ hęc fiunt, neq; victis neq; ab hostib⁹, sed a ciuib⁹. CONSVLAREM) Treboniũ. SAMARIO) is à Dolabella ad Trebonio caput amputandum missus est. INTERFICERE statim) aliter tamen recitat Appianus. INCESTO) turpi, impuro. QVAESTIONEM habuit) quęsiuit per tormenta vbi esset pecunia publica ex vectigalibus & tributis.

Mors naturę poena.

Dextera fidei sacrata.

Smyrna.

Samarius.

TRAPE. Samarium à Samario) quæ est regio Assyriæ iuxta Palęstinam. Tortorem) A torquendo tortor dicitur. Eculeus) genus est tormẽti.

BEROALDVS. Mortem naturæ pœnam) vetus sententia celebratur, Mors misera non est, sed aditus ad mortẽ est miser. Contra in oratione pro Milone mortem putat naturę finem esse, non pœnam. In oratione pro Sestio, Nesciebam vitam breuem esse, cursum glorię sempiternum: cum esset oĩbus difinita mors, optandum esse vt vita quę necessitati deberetur⁹ patrię poti⁹ donata q̃ reseruata naturę videretur. Hĩc à Cestio declamatore dictũ est, Vbi est sacra illa vox tua, Mori naturę finis est non pœna: hoc tibi vni

Cæsar mortem adeô leue ſuppliciũ putabat, vt cum audiſſet Carnuliũ morti damnatum anticipaſſe eam, exclamauerit, Carnulius me euaſit. Et in recognoſcendis cuſtodijs, præcanti cuidam pœnæ maturitatem, reſponderit, Nõdum tecum in gratiam redijt.

Pòſt autẽ ceruicibus caput abſcidit, idq; fixũ geſtari iuſſit in pilo: reliquum corpus tractũ atque *laniatum abiecit in mare. Cum hoſte hoc bellandum eſt, â cuius teterrima crudelitate omnis barbaria ſuperata eſt. Quid loquar de cæde ciuium Romanorum? de direptione fanorum? quis eſt qui pro rerum atrocitate deplorare tãtas calamitates queat? Et nunc tota Aſia vagatur, volitat vt Rex: nos alio bello detineri putat, quaſi vero non vnum idemq; bellum ſit contra hoc iugum impiorum nefarium. Imaginem Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis. ex hoc illa effecta eſt, ab hoc illa Dolabellæ ſcelerum præcepta ſunt tradita. *Num leniorem quàm in Aſia Dolabella fuit, in Italia, ſi liceat, fore putatis Antonium? Mihi quidẽ & ille peruenisſe videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia: neque Antonius vllius ſupplicii adhibendi, ſi poteſtatem habeat, vllam partem *eſſe relicturus. Ponite igitur ante oculos Patres Conſcripti miſerã quidem illam & flebilem ſpeciem, ſed ad incitandos animos veſtros neceſſariam, nocturnum impetum in vrbem Aſiæ clariſſimam, irruptionem armatorum in Trebonii domum, cum ille miſer prius latronum gladios videret, quàm quæ res eſſet, audiſſet, furẽtis introitum Dolabellæ, voc emimpuram, atque os illud infame, vincula, verbera, eculeũ,

*laceratũ

*Nunc

*eſſe

carnificem,tortorémque Samarium, quæ tuliſſe illum fortiter & patienter ferunt. Magna laus, meóque iudicio omnium maxima. eſt enim ſapientis, quicquid homini accidere poſſit, id præmeditari : ferendū modice eſſe,ſi aduenerit. Maioris eſt omnino conſilii, prouidere,ne quid tale accidat: ſed animi non minoris,fortiter ferre ſi euenerit. At Dolabella quidē tā fuit immemor humanitatis, quanquam eius nunquā particeps fuerit, vt ſuam inſatiabilem crudelitatem exercuerit, non ſolum in viuo,ſed etiā in mortuo: * ac in eius corpore lacerando atque vexando,cum animum ſatiare non poſſet,oculos pauit ſuos. O multo miſerior Dolabella,quā ille,quem tu miſerrimum eſſe voluiſti. Dolores Trebonius pertulit magnos. multi,ex morbi grauitate maiores,quos tamen non miſeros,ſed laborioſos ſolemus dicere. Longus fuit dolor bidui:at compluribus hominibus annorum ſæpe multorum. nec vere grauiora ſunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum. alia ſunt* inquam,ô perditiſſimi homines & amentiſſimi,multo miſeriora:nam quo maior vis eſt animi,quàm corporis, hoc ſunt grauiora ea,quæ concipiūtur aío,quā illa,quæ corpore. miſerior igitur qui ſuſcipit in ſe ſcelus,quā is,qui alterius facinus ſubire cogitur. Cruciatus eſt à Dolabella Trebonius: & qdē à Carthaginēſibus Regulus. in qua re cū crudeliſſimi Pœni iudicati* ſūt í hoſte,qd í ciue de Dolabella iudicādū eſt?

*at

*alia

*ſint

MATVR. HOC iugum) hanc ſeruitutem, quam nobis veluti iugum volunt imponere. ECVLEVM) tormenti genus eſt. equuleus ab equo diminutiuum dicitur & æquulus & æquula feminini generis. MODICE)

Eculeus.

moderate. MISERIOR qui suscepit in se scelus)qui peccat:concipit enim qua pœna ob commissum peccatum dign⁹ sit,& torquetur assidue. hinc Iuuenalis ait,Cur tamen hos tu Euasisse putes,quos diri conscia facti Mēs habet,attonitos.& surdo verbere cædit Occultum quatiēti animæ tortore flagellum? Pœna autem vehemens,& multo sæuior illis Quas & Cæditius grauis inuenit & Rhadamantus:Nocte,diéque suum gestare in pectore testem. CRVCIAMENTA morborum)vt claui,podagræ, tormina. SVBIRE) pati. REGVLVS)de quo notissima historia. Est autem locus comparationis à minori ad maius,si crudeles in hoste iudicati sunt Pœni, quãto crudelior in ciue Dolabella est habendus? Cõscientiæ tormenta.

BEROAL. Ceruicibus caput abscidi)veteres maluerunt pluraliter dicere ceruices quàm ceruicem singulariter.Primus Hortẽsius ceruicem dixisse traditur,in oratione contra Vatinium,Fregeris in carcere ceruicem ipsi Vectio.græce αὐχὴν dicitur ceruix:inde κυρταυχένα, incuruam ceruicem dicunt: quod cum imitari vellet Pacuuius,improspere ac duriter effinxit incuruiceruicum pecus.hinc ait Quintilianus,Cum κυρταυχένα mirati sumus, incuruiceruicum pecus vix à risu defendimus. Ceruices. Incuruicer uicum.

Iugum impiorum)Dolabellam & Antonium significat,qui duo veluti coniugati copulatique bellum nephariũ moliebantur.consimiliter Aupuleius iugum sororum appellat sorores duas Psyches perfidiosissimas nequissimásque. O multo miserior) Socraticum decretum est, quod & à Platone atque Aristotele principibus philosophorum latissime explicatur,pei⁹ esse iniuriam facere quã pati.quod græce dicit, κακίον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι. Dolores non miseros sed laboriosos) in secũda Tusculana asserit dolorem nõ esse malum, & ob hoc consequenter non esse miserum,quanuis res sit tristis,aspera,amara, inimica naturæ ad patiendúmque difficilis. Dolor nõ est malum.

An vero hoc cõferendum est? an dubitandum vter miserior?is ne,cuius mortem S.P.q; R. vlciscitur: an is, qui cuncti sententia Senatus hostis est iudicatus? Nam cæteris quidẽ vitæ partibus,quis est,qui possit sine maxima contumelia conferre vitam Trebonii cum Dolabella? Alterius consilium,ingenium,humanitatem,innocentiã,magnitudinẽ animi in patria liberanda. quis ignorat? Alteri à puero pro deliciis crudelitas fuit.deinde ea libidinũ turpitudo,vt in hoc sit sẽper ipse lætatus,

quod ea faceret, quæ sibi obiici ne ab inimico quidem possent verecundo. Et hic(dii immortales) aliquãdo fuit meus amicus:occulta enim erant vitia non inquirenti: neque nunc fortasse alienus ab eo essem, nisi ille vobis. nisi mœnibus patriæ, nisi huic vrbi, nisi diis penatibus,nisi aris & focis omnium nostrûm, nisi denique naturæ & hnmanitati inuentus esset inimicus,à quo admoniti diligentius & vigilantius caueramus Antonium.Etenim Dolabella non ita multos secum habuit notos ac insignes latrones. At videtis quot & quàm multos habeat Antonius. primum Lucium Fratrem: quam facem dii immortales? quod facinus? quod scelus?quem gurgitem?quam voraginem? Quid eum non sorbere animo?quid nõ haurire cogitatione? cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mẽte defigere?Quid * Cẽsonium?qui se verbo Prætorem esse Vrbanũ cupere dicebat,re certe noluit.quid bestiam? qui se Cõsulatum in Bruti locum petere profitetur. atque hoc quidem detestabile omen auertat Iuppiter. quàm absurdum autẽ,qui Prætor populi Romani fieri non potuerit,petere eum Consulatum? nisi forte * damnatus etiam à vobis populóque Romano, putat altercari vobiscum,homo summo ingenio, summa potentia,qui ex ædilitate*ad Cõsulatum,* soluatur legibus, quanquam leges*eã nõ tenẽt credo dignitatẽ. At hic me defendente quinquies absolutus est: sexta palma vrbana etiam in gladiatore difficilis, sed hæc Iudicum

*cẽsorinũ

*dãnationẽ pro prætura putat. Alter Cæsar Vopiscꝰ ille homo &c. deest,ad,in cod.ant.

*petit

*eum

dicum culpa, non mea est. Ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum & præstãtissimum Senatorem in ciuitate retinere. qui tamen nunc nihil aliud agere videtur, nisi vt intelligamus illos* quorum res iudicatas irritas fecimus, bene & è Republica iudicasse. neq; hoc in hoc vno est: sunt alii in eisdem castris honeste condemnati, turpiter restituti. quod horum consilium qui omnibus bonis hostes sunt, nisi crudelissimum putatis fore?

*iudices

MATVRANTIVS. ALTERIVS) Trebonij. ALTERI) Dolabellę. RE certe noluit) quia ad prædas & rapinas Antonium sequi maluerat. QVID Bestiam) is est L. Bestia, qui in Præturæ petitione repulsam passus est, & ambit⁹ damnatus, & si Cicero eũ defendit. Ipse in Epistola ad Quint. Fratrem: Ad quartũ Idus Februarias dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorem CN. Domitium in foro medio maximo conuentu: incidique in eum locum in dicendo, cum Sextius multis in templo Castoris vulneribus acceptis præsidio Bestiæ seruatus esset. DAMNATIONEM) quia non Prætor renuntiatus est, sed ambitus paulò pòst damnatus frustra defendẽte Cicerone. ALTER Cæsar Vopiscus) & hic cum Antonio erat homo Aedilitius, & tamen Consulatum petebat, cum lex esset vt fieri Consul non posset qui prætor non fuisset. erat præterea adolescens, vt per ætatem adipisci magistratum nequiret. HOMO summo ingenio) ironice omnia. meminit huius Vopisci Cicero in Epistolis ad Atticum sæpe. Vopiscum vocabant veteres vnum ê geminis qui recenti vtero nasceretur: altero interempto, abortu, vt tradit Plinius. SEXTA palma) si accusaretur iterũ difficile esset defendere, & victoriam defendendo consequi cum ad Antonium transierit, & gladiator factus sit. SED hæc iudicum culpa non mea est) quo minus absolueretur: nam defendi quidem ego, vt alias, sed iudices damnauerunt & extruserunt. omnia tamen ironice. QVID tum nihil aliud nunc agere videtur) Antonio hærens, & omnia contra patriam faciens. ILLOS iudices) qui damnauerunt sentẽtijs suis: quorum res iudicatas irritas fecimus, defendendo Vopiscum, & irritum iudicium faciendo, illum absoluendo & restituendo. NEQVE hoc in vno est) hoc est non in vno solo irritas fecimus res iudicatas. IN eisdem castris) Antonij.

Vopiscus.

BEROAL. Cæsar Vopiscus) Vopiscum Prisci appellãt eũ qui ex duobus conceptis vno abortu excluso, ad partum legitimum perducitur.

ASCEN. Multum per totam hanc orationem aberrant exemplaria, quæ secuti sunt interpretes, à Victorino: & propterea in exponendis pluscu-lis locis misere hallucinantur, sed ipsis ignoscendum est, cum veram lectio-nem diuinare nequierint. Post illud, mœnibus patriæ, deerant hæc verba, nisi huic vrbi, nisi dijs penatibus, nisi aris & focis omniũ nostrũ, nisi deniq; natu-ræ, &c. vbi vero exemplũ quod sequor habet omniũ nostrum. Trapezũ-tiꝰ legit nostrorũ. Vbi vero Vopiscꝰ legebat, sic legendũ est, Nisi forte dãnatꝰ à vobis populoq; Ro. putat altercari vobiscũ, homo &c. eaq; sũt verba. Quid enĩ Cæsar Vopiscꝰ ad hũc locũ. Et quod sequit, qui ex ædilitate ad Consula tũ, sic in eodem exemplari legitur, & subauditur transuolare contendit.

TRAP. OMNIVM nostrorum) pro nostrûm, more antiquo.

Accedit Saxa nescio quis, quem nobis Cæsar ex vlti-
*vt sperat vrbis: ma Celtiberia Tribunũ plebis dedit, castrorum antea
metator, nũc* sperat vrbem, à qua cum sit *alienus, ca-
*alieniſſimus, ptis aliis nobis dominetur. Cum hoc veteranus Capho,
quo neminem veterani peius oderunt. His quasi præ-
ter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum
Campanum est largitus Antonius, vt haberent reli-
quorum nutriculas prædiorum: quibus vtinam contẽti
esse possent: ferremus: & si tolerabile nõ erat. Sed quid-
uis patiendum fuit, vt hoc deterrimum bellum nõ ha-
beremus. Quid illa castrorum M. Antonii lumina, nõ-
ne ante oculos proponitis? primum duos Collegas An-
toniorum & Dolabellæ, Nuculam, & Lentonem, Italiæ
*iudicauit. diuisores, lege ea, quam Senatus per vim latam *iudica-
uerit: quorum alter commentatus est mimos, alter ægit
*Apalo Tragœdiam. Quid dicam de *Apulo Domitio? cuius
bona modo proscripta vidimus: tanta procuratorum est
negligentia. At hic nuper sororis filio effudit venenũ,
non dedit: sed non possunt nõ prodige viuere, qui no-
stra bona sperant cum effundunt sua. Videte etiam Pa-

tres Conſcripti P. Decii auctionẽ clariſſimi viri, qui maiorum ſuorum exempla perſequens, pro alieno ſe ære deuouit: emptor tamen in ea auctione inuentus eſt nemo. Hominẽ ridiculum, qui ſe exire ære alieno putet poſſe, cum vendat aliena. Nam quid ego de Trebellio dicam? quàm multæ videtur furiæ debitorũ? *vindicem enim nouarum tabularum, nouam tabulam vidimus. Quid de Planco? qui præſtãtiſſimos ciues Aquilæ potentia expulit? & quidem crure fracto. quod vtinã ante illi accidiſſet, ne huc redire potuiſſet. Lumẽ & decus illius exercitus pene præterii *C. Annium Cimbrũ Lyſidici filium, Lyſidicum ipſum in Græco verbo, qui omnia iura diſſoluit: niſi forte iure germanum Cimber occidit. Cum hanc & huius generis copiã tantam habeat Antonius, quod ſcelus omittet, cum Dolabella tãtis ſe obſtrinxerit parricidiis: nequaquam pari latronũ manu & copia? Quapropter vt inuitus ſæpe *diſſentior Q. Fuſio, ita ſũ eius ſẽtẽtiæ libẽter aſſẽſus: ex quo iudicare debetis, me nõ cũ hoie ſolere, ſed cũ cauſſa diſſidere.

*vindices

*Caniniũ

*diſſenſi à

MATVRANTIVS. CAESAR) Iulius. NESCIO quis) per contẽptum ſic ait. EX vltima Celtiberia) quæ pars eſt Hiſpaniæ, per quam Tagus & Anas flumina decurrunt. Caſtrorum metator) qui locos parabat & purgabat metandis, hoc eſt ponendis caſtris. nunc vrbis metator, hoc eſt diuiſor. metari enim diuidere eſt & partiri. Horatius, Nulla decem pedis metata priuatis porticus. A QVA) vrbe. ALIENVS) quia ex Celtiberia. SVO capiti dominetur ſaluis nobis?) quaſi dicat minime decet. etiam ſibijpſi dominari Saxam & ſuo capiti liberũq; eſſe, dum ſalui & incolumes nos ſumus. HIS) Saxæ & Cafoni. DOTEM) ingentes diuitias à Cæſare veluti dotem quandã præbitas. NVTRICVLAS) veluti nutriculas, hoc eſt fructus prædiorum quibus nutrirentur. LVMINA) ironice. LEGE) agraria quam per vim tulit Antonius. COMMENTATVS) effinxit comœdiam. PROSCRIPTA) venalia propoſita, ſicut proſcribi dicitur domus, cũ venalis ſit. TANTA procuratorum negligentia) qui obſiſtere nequibant

Neſcio ḡs.

Metari.

quo minus proscriberentur. INFVDIT venenum)non dedit, copiam significat præbiti veneni,quo periret citius: nã maiorẽ quãtitatẽ infundimus,minorem damus. SED non possum)ideo enim effundunt quod recepturos sperant.Ouidius, Quærere vt absumant,absumpta requirere certant: Atque ipse vitijs sunt alimenta vices. VIDETE P.Decij) iocatur cum amaritudine Cic.Pu. Decius & ipse moribus corruptissimis sectabatur Antonium: is cum multis deberet, & soluendo non esset,vt caueret creditoribus, seipsum venalem fecit & quasi deuouit.Sed qui eum in auctione seipsum vendentem emeret,nullus reperꝰ est*.CAVTIONEM)quia suo capite cauere,& satisfacere volebat. CLARISSIMI viri)ironice. MAIORVM suorũ)qui varijs tẽporibꝰ,bellisq; diuersis se deouerũt, hoc est mori vltro pro salute exercitus & Reipublicæ voluerunt. IN ea auctione)cum seipsum sub hasta venderet.Iuuenalis de perditissimis loquens sui tẽporis hominibus inquit: Quis facile est ædem conducere,flumina,portus,Siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer,Et prẽbere caput domina venale sub hasta. EXIRE ære alieno)liberari debetis,quæ conflauerat. CVM venderet aliena) promittebat enim aliena vẽditurũ bona,& hoc pacto seipsum redempturũ. QVID dicam quàm multæ videntur furiæ debitorum)sic enim conscientia stimulabat,vt tot vexent furiæ quod eius sunt debita. VINDICEM) vltorem, & prohibitorem:nam aduersatus est Antonio cum legem de nouis tabulis ferre vellet,vt dictum est prius Philippica sexta.postea ad id impulit & veluti noua tabula ipse fuit:nam sine nouis tabulis saluus esse non poterat. DE Plãco)de hoc vt de Trebellio prius dictum. AQVILA polleritia)castellum arbitror fuit vbi nunc ingens ciuitas Aquila & polleritiam â Polo conditore vel possessore cognominatam. LVMEN & decus)ironice.In græco verbo,λύσις τῆς δίκης.Nisi forte iure,quod fieri nõ potest,vt iure fratrem occiderit. COPIAM)multitudinẽ & exercitũ. CVM Dolabella)plurimos occidit Dolabella,& tamen tantã latronũ manum nõ habet. CVM caussa) de qua agitur,vt sit opinionum,non animorum dissensio.

ASCEN. In Victorino est Aquilæ potẽtia:non polleritia nec pollẽtia.

TRAP. Ex vltima Celtiberia)ea est Hispaniæ regio Celtis Gallis vicina. Castrorũ metator)Meta castra dicuntur, quòd metis diriguntur.

P.Decius.

*Meliꝰ auctionem legas.

Pollentia.

BEROAL. Polleritia expulit)Quid si legas pollentia? quod nomẽ est vrbis subalpinæ,vbi lanæ pulli coloris generosæ censebãtur.hinc illud Silij, Fusciq; ferax Pollẽtia villi.Fuit & altera Pollẽtia in Liguria in regione Italiæ nona,cuius Plinius meminit. Lysidicũ ipsum)Vrbanitas est in vocabuli etymologia:nã græce λύσις dicitur solutio δίκη iustitia,quasi lysidicꝰ dicatur. iusti iustitiæq; prẽuaricator,& qui vt ait Cicero iura ipsa dissoluat. Germanũ Cĩber occidit)Alter iocꝰ in verbo:nã cũ ĩtelligat à quodã,noĩe Cimbro occisũ esse fratrẽ,festiuiter alludit ad nationẽ Cĩbrorum & Germanorũ, tãq; homo Cĩber iure Germanũ occiderit.De hoc Quint.ĩviij.Cĩber hic fuit âquo fratrẽ necatũ,hoc Ciceronis dicto notatũ est,GermanũCĩber occidit.

Cĩber.

Itaq; nō assentior solū, sed etiam gratias ago Q. Fusio. dixit. enim. seuerā, graué, rep. dignā sententiam: iudicauit hostē Dolabellā, bona eius censuit publice possid ēda. Quo cū addi nihil posset, q̄d enī atrocius potuit, q̄d seuerius decernere? dixit tamē, si q̄s eorū, q̄ post se rogati essent, grauiorē sentētiā dixisset, in eā se iturū. Quā seueritatem quis potest non laudare? Nunc quoniā iudicatus est hostis Dolabella, bello est persequēdus. neq; enim quiescet. habet legionē, habet fugitiuos, habet sceleratam impiorum manū: est ipse confidens, impotens, gladiatorio generi mortis addictus. Quamobrem *cum Dolabella hesterno die hoste decreto bellum gerēdum est, Imperator est deligendus. duæ dictæ sunt sententiæ, quarum neutram probo. alteram, quia semper, nisi cum est necesse, periculosam arbitror: alteram, quia alienam temporibus *existimo. nam extraordinariū semper imperiū populare atq; vētosum est, minime vestræ grauitatis, minime huius ordinis. Bello Antiochi magno & graui, cū L. Scipioni Publii fratri obueuisset Asia, parūq; in eo putaretur esse animi, parum roboris, Senatusq; ad Collegam eius C. Lælium huius sapiētis patrem negocium deferret, surrexit P. Africanus frater maior L. Scipionis, & illam ignominiam familiæ deprecatus est: dixitq; & in fratre suo summam virtutem esse, summūq; consilium, neq; se ei Legatum id ætatis, iisq; rebus gestis defuturum. quod cum ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis prouincia commutatum, nec plus extraordinarium imperium ad *idē bellum quæsitum, q̄ duobus

*quoniam

*his

*idē

antea maximis Punicis bellis, quæ à Conſſ. aut à Dictatoribus geſta & conſummata ſunt: aut q̃ Pyrrhi,

MATVRANTIVS. IN eã ſe iturũ) cõprobaturum. CONFIDENS) audax, improbus, temerarius, impotens, arrogans, ſuperbus. ADDICTVS) violentę deſtinatus morti, qualem obeunt gladiatores. QVAMOBREM) cũ hoſtis patrię occiſo Trebonio iudicatus eſſet Dolabella, reſtabat vt bello eſſet perſequendus: relatum in ſenatu de eo eſt, cui talis prouincia demandaretur: alij priuatum extra ordinem deligẽdum: alij alterum ex Conſulib⁹ mittendum cenſuerant: neutram ſententiam probat Cicero. Alteram de extraordinario ĩperio periculoſam; ſequitur eñ, nã extraordinariũ ſemper imperium populare atq; ventoſum, vt nõ idoneus deligatur, ſed quẽ populi libido voluerit. Populus autem leuis ac vento ſimilis minus recte iudicare de hominibus nouit, & dignis prę fert plerũq; indignos. ALTERAM) de Cõſulibus mittendis. ALIENVM) à Conſulum abhorrens dignitate & tẽporum grauitate, vt mox dicturus eſt. POPVLARE) populi iudicio delatum, & populo ſeruiens. VENTOSVM) leue. Bello Antiochi, quod primum bellum Macedonicum ſtatim ſecutũ eſt. Antiochus aũt rex Syrię Thoante Aetolię principe, & Annibale Pœno, qui victus & exul ad eũ fugerat, adhortantibus ſub pretextu Lyſimachię repetendę, quam in littore Tracio ſui maiores poſuerãt, Romanis bellum intulit. Mouens ex Aſia ilico inſulas, & Grecię littora occupauit, ſed in Eubœa elanguit: vnde aduentu tantũ nũciato Acilij Glabrionis fugit, nec multo pòſt in Syriã ſe recepit: nauali prælio cui Annibalem prefecerat, duce Aemilio Regillo ſuperatus ad Mæoneſſum adiuuantibus Rhodijs, cũ prouincias Cõſules ſortirentur. & Syria bellum q̃ contra Antiochũ, Lu. Cor. Scipioni obueniſſet, Senatuſq; quoniam ille infirmo corpore, & moribus minus probatis erat, ad C. Lęliũ Senatus tunc principem inclinaret, eiq; prouinciam illam decretur⁹: videretur, P. Scipio Africanus ſuperior L. frater, vt hanc fratris deprecaretur ignominiam & fratrẽ laudauit, & ſe illi Legatum iturum vltro eſt pollicit⁹, quod gratis à Senatu animis eſt exceptum. L. vero Cor. Aſiatici cognomẽ reportauit. nam fratris vſus cõſilijs apud Sypilum montem Antiochum ſuperauit, tunc cum illo cõgreſſus, cum pluuia hoſtium arcus hebetati eſſent. ipſe Antiochus vltra Taurum relegatus eſt, & poſtea à ſodalibus quos ebrius in conuiuio pulſauerat occiſus. HVIVS ſapientis) de quo ſuperius dictum. DEPRECATVS) depulit. DVOBVS) primo & ſecundo, & primo quidem Imperatores fuere, CN. Duilius, Attilius Calatinus, Attilius Regulus, Cæcilius Metellus, C. Luctatius. Secundo vero C. Flaminius, Q. Fabius Maximus, Paulus & Varro, Q. Fuluius, Appius Claudius, T. Sempronius, Claud. Marcellus, P. Scipio, P. filius, M Liuius, Claudius Nero, omnes Conſules. DICTATORIBVS)

vt ab Attilio Calatino, qui primo Punico bello extra Italiam exercitũ prius Dictator duxit. PYRRHI) qui rex Epyrotarũ materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriũdus, accersitus à Tarentinis ante primum bellũ Punicum in Italiam traiecit, & varia fortuna cum Romanis cõflixit victo apud Heracleum Valerio Leuino, territis elephantorũ inusitata facie militibus: ipse postea à Curio dentato Italia pulsus est, Duxere exercitum: Consules bello Pyrrhi Valerius Leuinus, C. Fabritius, M. Curius Dentatus. Phyrrus.

BEROAL. Huius sapientis patrem) in libro de amicitia vbi Lęliũ habitum & nominatum esse sapientem testatur, inquit Fannius ad Lęlium: Vnũ te sapientem appellant & existimant. Item lib. iij. de Offic. Nemo horum sic sapiens est, vt sapientem intelligi hic volumus. nec ij qui sapientes habiti sunt & nominati: Marcus Gato, Caius Lęlius sapiẽtes fuerunt. Horati⁹ periphrasi poetica innuit Lęlium sapiẽtem nuncupari sic scribens in sermonibus, Virtus scipiadę & mitis sapientia Lęli. in laudẽ Lęlij maioris sic cecinit Silius, Magnum Dardanię Lęli decus, omnia felix. Cui natura dedit nullo renuẽte deorum. Surrexit Pu. Africanus) Bello aduersus Antiochum magnum Syrię Regem susceptо Consules erant Lęlius & Lucius Scipio, qui ambo Gręciam prouinciam cupiebant: multum Lęlius in Senatu poterat. is cum Senatus aut sortiri aut cõparare inter se prouincias Cõsules iussisset, elegantius facturos dixit, si iudicio patrum q̃ sorti eam rem permisisset. Scipio respondit se cogitaturum quid sibi faciendum esset, qui cũ fratre Publio Africano locutus, iussusq; ab eo permittere audacter Senatui, renũciat Collegę facturum se quid is censeret. Cum itaq; res noua certaminis expectatione Senatum erexisset, Publius Scipio Africanus ait, Si Lucio Scipioni fratri suo prouinciam Gręciã decreuissent, se illi Legatum iturum. hæc vox magno assensu audita sustulit certamen. Experiri libebat vtrum plus Regi Antiocho in Annibale victore Africano Consuli legionibusq; Romanis auxilij foret, ac prope omnes Scipioni Græciam, Lælio Italiam decreuerunt. Lælius sapiens.

quàm Philippi, quàm post Achaico bello, quã Punico tertio: ad quod populus Ro. ita ipse sibi delegit idoneũ ducem, P. Scipionem, vt eum tamen bellum gerere Cõsulem vellet. Cum Aristonico bellum gerendum fuit L. Valerio, P. Licinio Crasso cõs. rogatus populus quẽ id bellum gerere placeret? Crassus Consul, Põtifex Maximus Flacco Collegæ Flamini Martiali mulctam dixit, si à sacris discessisset, quam mulctam populus Rom.

remisit: Pontifici tamen Flaminem parere iussit. sed ne tum quidem populus Rom. ad priuatum detulit bellum, quanquã erat Africanus, qui anno antea de Numantinis triũphauerat. qui cum lõge omnes belli gloria et virtute superaret, & duas tamẽ tantũ tribus tulit. Itaq; populus Ro. Consuli potius Crasso, quàm priuato Africano bellum gerendum dedit. de CN. Põpeii imperiis summiviri atque omnium principis, Tribuni pl. turbulenti tulerunt. nam Sertorianum bellum à Senatu priuato datum est, quia Conss. recusabant, cũ L. Philippus pro Consulibus se eum mittere dixit, non Procõsulem. Quæ igitur hæc comitia? aut quam ambitionẽ cõstantissimus & grauissimus ciuis L. Cæsar in Senatum introduxit? clarissimo viro atque innocentissimo decreuit imperium, priuato tamen, in quo maximum nobis onus imposuit. Assensero, ambitionem induxero in curiam, negauero, videbor suffragio meo, tanquã comitiis, homini honorem amicissimo *denegasse. Quod si comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modo* detur nobis, sicut populo data est; cur comitiis Cæsar? ita vt aut præstantissimus vir, si tibi nõ sit assensũ, repulsam tulisse vdeatur: aut vnusquisque nostrum præteritus, si cum pari dignitate simus, eodẽ honore digni non putemur.

*denegauero
*Noua

MATVRANTIVS. QVAM philippi) tria bella Macedonica gessere Romani & primum quidem cõtra Philippum: causs̃ belli à fœdere cœpere, quo rex dominantem in Italia Annibalem sibi sociauerat. auct̃ inde sunt implorantibus aduersus Regis iniuriam auxilium Athenien sibus. Leuino Consule

Attolla

Attallo Rege Pergamenorum & Rhodijs adiuuantibus, bis victus, bis exutus castris, bis fugatus est. mox Flamino Rege oppressus ad tumulos quos Cynocephalas vocãt, pace tamen impetrata à regno. QVOD post achaico bello) quod post tertium punicum bellum & dirutam Carthaginẽ gestũ est, cõtra Corinthios & Critolaũ, qui libertatem à Romanis cõtra ipsos vsus est. Legatos enĩ. Romanos dubiũ an & manu certe oratione violauit. Metellus Macedonicus Consul exercitum Critolai, & ipsum Critolaum cecidit. L. Mumius victoriã alieno labore quæsitã intercepit. Missus enĩ Metello successor cum Lictoribus & paucis equitibus in Metelli castra properauit. Dineũ alterũ ducẽ sub ipsis Isthmi faucibus superauit. desertãq; ob incolis ciuitatem diripuit. de Acheis triumphauit, signa ærea marmoreáq;, & tabulas pictas in triũpho tulit, Achaciusq; cognominatus est. QVOD punico tertio) quo deleta est Carthago. fuere Imperatores eo bello L. Martius, M. Mãlius, à quib⁹ obsideri oppugnariq; cœpta est Carthago. P. Scip) P. Scipio Aemilianus cũ Aedilitatem peteret, Consul à populo dictus est: & quoniã per annos Consulem fieri minime licebat, legibus solutus est, eiq; Africa prouincia extra sortem data. CVM Aristonico) post deletam Numantiã cum Aristonico regis Eumenis filio, bellum gestum est cũ ille Asiam quę testamẽto regis Attali libera esse debebat occupasset. COSS. erãt L. Valerius Flacc⁹, & P. Licinius Crassus. idẽq; Pont. Max. SENATVS populũ rogauit) quẽ id bellũ gerere placeret, populus Flaccũ respondit: cum vero L. Valerius Flamẽ Martialis esset, & sacerdotij ratione Crasso Pont. Maximo subesset, vetitus ab eo est indicta hoc est pecuniaria pœna à sacris discedere, quam pœnã & si statim populus illi remisit, voluit tamẽ Põtifici parere: ipse Crassus missus est, & quod nunq; antea acciderat Pont. max. extra Italiam profectus, prælio aũt victus & interemptus est. Sed Marcus Perpenna victũ Aristonicum in deditionem accepit. DVAS tantũ tribus tulit) duarum tribuũ habuit suffragia, & duas pro se adduxit tribus duntaxat. Locus autem superior vbi est L. Valerio Pu. Scipione Cõsulibus manifeste corruptus est. nam Pu. Licinio Crasso legendum est. TRIBVNI pl. turbulenti) qui turbulenti tum solent esse. & omnia impedire. Gabinij rogatione piraticum bellum Manlio, Mithridaticum Pompeio est demandatũ. NAM Sertorianum) Dũ multos in Hispania duces superasset Sertorius, non cõtentus Senatus, Pu. Metello Pio Numidici filio viro claro ac bellicoso, sed sene admodum, & veritus ne in Italiã ille traduceret bellum, Põpeium illi addidit, Consulibus Qu. Catulo. & L. Philippo proficisci recusantibus. Cũq; inter patres admiraretur quispiã, rogaretq; Philippum idoneũm ne existimaret Pompeiũ qui proconsul in Hispaniã mitteretur, non Proconsulem respõdit, sed pro Cõsulibus mittendũ. Plutarchus etiam author. QVAE igitur hęc comitia) L. Cęsar hanc dixerat sententiã, vt, P. Seruilio Isaurico priuato Dolabellę persequendi prouincia decerneretur: qua sentẽtia induci dicit Cic. ambitionẽ in curiam periculosam, vt vel vir

Mumius.

P. Scipio.

Aristonic⁹.

Crassus.

Sertorius.

prestantissimus ferat repulsam, si suffragia in eũ non cõcurrant: aut ceteri talli honore videantur indigni, cũ tamen sint pari dignitate, Senatores scilicet & Cõsulares. ASSENSERO) si assensero, hoc est si assensus fuerit quispiã dabitur ambitioni aditus in curiã, vt sperent se hoĩes ambiendo quãuis dignitatẽ posse cõsequi. NEGAVERO) si negauero, SVFFRAGIO) voce mea, ac veluti suffragio. TANQVAM comitijs) aut Curiatis aut Centuriatis. QVOD si comitia &c.) ironica est cõcessio. PETAMVS) quãuis dignitatẽ ambiamus pẽsantes & largiẽtes. TABVLA noua detur nobis) in qua suffragia nostra designemus aut describamus. VT data est populo) nã L. Cassius Lõginus, Trib. pl. C. Mario, C. Flacco Consulibus legem tulit, vt populus per tabellam suffragiũ ferret: qua lege, vt ait Ci. in oratione pro Cornelio de maiestate, suffragiorum vis potestasq; conuolauit. CVR comitijs Cæsar?) nã hoc est comitia quasi habere & per suffragia deligere, quod neq; vtile est in Senatu, neq; omnino decet. PRAESTANTISSIMVS vir) P. Seruili⁹. SI tibi non sit assensum) cũ de eo retuleris. PRAETERITVS) cum de vno tantum referatur, & de reliquis sileatur.

Refragari.

TRAP. P. Scipionem) eum qui apellatus est P. Scipio Africanus minor, quẽ filiũ filius Africani maioris sibi adoptauit de Paulo Aemilio. Duas tñ trib⁹ tulit) id est sibi suffragãtes habuit. Ne refragari videar) Refragari est suffragio ĩpedire & repugnare, deriuare detenuare: à fluuijs metaphora tracta.

Suffragia voce data, pòst scripta Suffragia tacita.

BEROAL. Tabula populo data) Suffragia apud veteres Romanos voce ferebantur, existimabatúrq; nihil in suffragijs esse voce melius: deinde placuit p tabellã suffragari. vnde leges Tabellarię ortę sũt, autumat M. T. lib. iij. de legibus tabellariam legẽ abstuliſſe oẽm authoritatem optimatiũ. Suffragia per tabellã lata eleganter tacita vocantur à Plinio in Epist. qui scribit ex tacitis suffragijs iocularia multa atq; etiam fœda dictu emanare, & multos in suffragiorũ tabellis scurriliter illudere. Tantũ licentię prauis ingenijs adijcit illa fiducia. Quis enĩ sciet? Nãq; ita latebra q̃dã data populo videtur, in qua bonis ignorãtibus quid quisq; sentiat tabella vitiosum occultaret suffragiũ. Fuerũt autẽ quatuor leges tabellarię. prima Gabinia, quę lata est ab homine ignoto & sordido. Secuta pòst Cassia est, à nobili homine lata. L. Cas. Carbonis est tertia, seditiosi atq; improbi ciuis. Quarta Cælij siue Cratidij: ad has tabellarias leges referendus est huiusce loci intellectus.

Tabellariæ leges.

ATenim (nam id exaudio) Cæsari adolescẽti imperiũ extraordinariũ mea sententia dedi. ille enĩ mihi præsidium extraordinariũ dederat. cũ dico mihi, Senatui dico, Pop. q; Ro. à quo resp. præsidium ne cogitatũ quidẽ tantũ haberet, vt sine eo salua esse non posset, huic ex-

traordinariū imperiū nō darē? Aut exercitus adimēdus, aut imperiū dandū fuit. Quæ eſt enī ratio? aut quipoteſt fieri, vt ſine imperio teneatur exercitus? Nō igitur quod ereptū non eſt, eſt id exiſtimandū eſſe datum. Eripuiſſetis C. Cæſari P.C. imperium, niſi dediſſetis. Milites veterani, qui illius authoritatē, imperiū, nomen ſecuti pro rep. arma ceperant, volebāt ſibi ab illo imperari. Legio Martia & Quarta, ita ſe contulerant ad authoritatē Senatus, populiq; Ro. dignitatem, vt eū depoſcerēt Imperatorē & ducem. Imperiū Cæſari belli neceſſitas, falces Senatus dedit, ocioſo vero, nihil agenti, priuato. Obſecrote L. Cæſar (cū peritiſſimo homine mihi res eſt) quando imperiū Senatus dedit? ſed de hoc quidē hactenus, ne refragari homini amiciſſimo ac de me optime merito videar. etſi quis poteſt refragari nō modo nō petēti, verūetiā recuſāti? Illa vero P.C aliena Cōſulārī dignitate, alie na tēporū grauitate ſentētia eſt, vt Cōſſ. Dolabellæ perſequendi cauſſa Aſiā & Syriam ſortiātur. Dicā cur inutile reip. ſed prius q̄ turpe Conſulibus ſit, videte. Cum Cōſ. deſignatus obſideatur, in eóq; liberādo ſalus ſit poſita reip. cūq; à rep. peſtiferi ciues parricidæq; deſciuerīt: cūq; id bellū geramus, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus: & ſi ī poteſtatē quis Antonii venerit, propoſita ſint tormēta atq; cruciatus: cūq; earū rerūomniū decertatio Cōſulibus optimis & fortiſſimis commiſſa & commendata ſit: Aſiæ & Syriæ mētio fiet, vt aut ſuſpicioni crimē, aut inuidiæ materia dediſſe videamur? At vero ita decernūt, vt liberato Bruto: id enī

reſtabat,vt relicto,deſerto,prodito. Ego vero mentionẽ prouinciarũ factã dico alieniſſimo tẽpore. q̃uis enĩ intentus animus tuus ſit,C. Panſa, ſicut eſt, ad fortiſſimũ virum et omniũ clariſſimum liberandũ: tamen rerum natura coegit te neceſſario referre animũ aliquando ad Dolabellam perſequendũ, & partẽ aliquam in Aſiã & Syriã deriuare curæ & cogitationis tuæ.Si autẽ fieri poſſet,vt plures te animos habere vellẽ,quos oẽs ad Mutinã intẽderes.quod quoniã fieri nõ poteſt, iſtoc animo, quẽ habes preſtãtiſſimũ atq; optimũ,nihil volumus niſi de Bruto cogitare. Facis tu id quidem, & eo maxime incũbis:duas tamẽ res,magnas præſertim,nõ modo agere vno tẽpore,ſed ne cogitando quidẽ explicare quiſq̃ poteſt. Incitare & inflãmare tuũ iſtud præſtantiſſimum ſtudium:non ad aliã vlla ex parte curã tranſferre debemus. Adde iſtuc ſermones hominum,adde ſuſpiciones, adde inuidiã:imitare me,quẽ tu ſemper laudaſti:qui inſtructã,ornatãq; à Senatu prouinciam depoſui,vt incendiũ patriæ omiſſa omni cogitatione reſtinguerẽ.Nemo erit,præter vnũ me,quicũ profecto,ſi quid intereſſe tua putaſſes,pro ſumma familiaritate noſtra cõmunicaſſes: qui credat te inuito prouinciam tibi eſſe decretã. Hanc quæſo pro tua ſingulari ſapientia reprime famam, atq; effice,ne id,quod non curas,cupere videare.

BEROAL. Prouinciã depoſui) in Oratione cõtra Piſonẽ in hanc ſentẽtiam hęc, Ego Antoniũ Collegã cupidũ prouincię multa in rep. molientem patiẽtia atq; obſequio meo mitigaui. Ego prouinciã Galliã Senatus authoritate,exercitu,& pecunia inſtructã & ornatã quã cũ Antonio comunicaui. q; ita exiſtimabam tẽpora reip. ferre in concione depoſui, reclamante Populo Romano. At enim)obiectio de C. Octauio, Ille)reſponſio. A quo)Octauio.

MATVRANTIVS. AT ENIM)de P.Octauio. ILLE)reſponſio. A QVO) Octauio. AVT exercitus adimendus) quem ipſe ſua ſponte coegerat. ERIPVISSETIS)quoniam habebat re vera. CVM paratiſſimo)tecũ qui ad dicendũ es prõptiſſimus. HOMINI amiciſſimo)P.Seruilio. ILLA vero)ſecundę rñdet ſententię. QVIS) aut Decij,aut quis alius qui ab eo oppugnatur. VT aut ſuſpicioni crimẽ)vt oriatur ſuſpicio,ne prodere velimus Deciũ Brutum,miſſis in Aſiã & Syriã Conſulibus. INVIDIAE) æmulationis materiã Conſulibus prębeam⁹ ex prouincijs:id quod ſolet accidere in ſortiendo. ITA decernũt)ſic de prouincijs deliberant quaſi liberatus Brut⁹ ſit. RERVM natura) cõditio & qualitas rerum. DERIVARE) Deducere & diuertere. Sermones hominum)qui de te ſunt futuri, cupiditate prouinciæ Decium Brutum deſeruiſſe. INVIDIAM)ex prouincia. PROVINCIAM)Ciliciã.Poterat enim Cicero eã obtinere diutius.nihil aũt magis timuit,quã ne annuũ tẽpus prouinciæ prorogaretur.Ea enim lege acceperat,vt poſt annũ ſtatim ſuccederetur. REPRIME famã) cupiditatis.

Quod quidem eo vehementius tibi laborandũ eſt, quia in eandem cadere ſuſpitionem Collega vir clariſſimus non poteſt.nihil horum ſcit,nihil ſuſpicatur:bellum gerit,in acie ſtat: de ſanguine & de ſpiritu decertat.Ante prouinciam ſibi decretam audiet, quàm potuerit tempus ei rei datum ſuſpicari. Vereór ne exercitus quoque noſtri,qui non delectus neceſſitate,ſed voluntariis ſtudiis ſe ad Rempublicam contulerunt, tardentur animis,ſi quicquam aliud à nobis,niſi de inſtãti bello cogitatum putabunt. Quod ſi prouinciæ Conſulibus expetendæ videntur, ſicut ſæpe multis clariſſimis viris expetitæ ſunt:reddite prius nobis Brutum,lumen & decus ciuitatis: qui ita cõſeruandus eſt,vt id ſignum, quod cælo delapſum Veſtæ cuſtodiis continetur: quo ſaluo,ſalui ſumus futuri:hunc vel in cælum,ſi fieri poterit,nos humeris noſtris tollemus: prouincias certe digniſſimas vobis deligemus.Nunc quod agitur,agamus. agitur autem liberí ne viuamus,an mortem obeamus:

quæ certe seruituti anteponenda est. Quid si etiam affert tarditatẽ ista sententia ad Dolabellam persequẽdũ? quando enim veniet Consul? an id expectamus, quo ne vestigium quidem Asiæ ciuitatum atq; vrbium relinquatur? At mittẽt aliquem de suo numero. Valde mihi probari potest, qui paulò antè clarissimo viro priuato imperium extra ordinem non dedi. At hominem dignum mittent: num P. Seruilio digniorem? at eum quidem ciuitas non habet. quod ergo ipse nemini putas dandum, ne à Senatu quidem, id ego vnius iudicio delatum comprobem? Expedito nobis homine & parato P. C. opus est, & eo, qui imperium legitimum habeat: qui præterea authoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in Republica liberanda. Quis igitur is est? aut Marcus Brutus, aut Caius Cassius, aut vterque. Decernerẽ plane, *sicuti multi, Cõsulem alterum, ambósve, ni Brutum colligassemus in Græciam & eius auxilium ad Italiam vergere, quàm ad Asiam maluissemus: non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Præterea P. C. M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apoloniã magnam vrbẽ & grauẽ: tenet opinor *Hellidem, tenet Amantiã, instat Epiro, vrget Oricũ, habet aliquot cohortes, habet equitatũ. Hinc si Brutus erit traductus ad aliud bellũ, Græciã certe amiserimus. Est autẽ etiã de Brũdusio atq; illa ora Italiæ prouidẽdũ: quãquã miror tãdiu morari Antoniũ. solet enĩ accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metũ sustinere.

*sicut multa,

*Bellidem

MATVR. COLLEGA)Hirtius. EI rei)decernendæ prouiciæ. DEDVCTVS necessitate)quod accidit,cum dare nomina iuuentus â Consulib⁹ cogitur. VT id signum)Palladiũ Mineruę simulachrum,quod illo regnãte de cælo cecidit.Romam translatum est postea,& in Vestæ templo reconditũ.Respõsum enim ab Apolline fuerat, cũ cecidit: Aethereã seruate deam, seruabitis vrbem:Imperium secum transferet illa loci.Plura de hoc Palladio Ouidius libro sexto Fastorum,& Seruius in secundum librum Aeneidos. Palladium.

QVANDO veniet Consul)si Consul mittatur,quando in Asiam perueniet? NE vestigium quidem)quia omnia Dolabella delebat. AT mittẽt) obiectio:dicet quispiam mittent aliquem Consules Legatum aut Quæstorem de suo numero. VALDE mihi probari potest)ac si dicat minime illũ probabo,qui P.Seruilium non probaui,quem mittendum censebat Lucius Cæsar. QVOD ergo ipse nemini putas dandum)ad illum loquitur qui secundæ sententiæ author fuerat,esse scilicet mittendum. LEGITIMVM)iustũ, & qui magistratus non priuat⁹ existat. QVIS igitur est?) facit sibi ipsi interrogationem & quis,inquit, is est qui hæc habeat,quæ tu habenda ab illo censes? QVI mittatur)M.Brutus respondet,aut Cassius, aut vterque. DECERNEREM) ego, inquit,libenter Consules aut ipsorum alterũ decernerem si fieri posset.Neque enim Brutus reuocandus est, aut ei adimendus exercitus, quem nos in Græcia ex vtilitate Reipublicæ colligauimus & obstrinximus vt discedere illinc non debeat,quo magis Italiæ, auxilio possit esse quàm Asiæ. VERGERE) inclinare & respicere. NON vt ex ipsa acie subsidium haberemus) non vt Bruti exercitus traijceret in Italiam & præsenti auxilio esset:sed vt illic consisteret vbi est, sciretq; habere separatũ transmarinum subsidium,quod succederet si forte succumberet.significat ergo magis dandum quàm adimendum Bruto auxilium. PRAETEREA) alia ratio cur remoueri ex Græcia Brutus non possit,nec ab eo exercitus abduci. C.Antonius)M.Antonij frater. BELLIDEM)post Apolloniam Macedonię Belliaca est.siue Bellis,ei vicina est Amãtia.Plinius Nympheum locum in Apolloniatarum finibus incolere dicit amantes & Belliones.Idem in ora maritima dicit esse oppidum Oricum â Colchis conditum, vbi initiũ Epiri abesse à Salentino Italiæ promontorio.lxxxv.millibus passuum. Orcum vocat Strabo, & deprauatus credo locus est: Epirus autem regio est Macedoniæ finitima. ETIAM de Brundusio) vt redeat Caius & occupet. QVANQVAM miror) miror inquit sustinere Caium Antonium se tandiu à Bruto obsideri,& non vltro illi se dedere,ac vincula & manicas accipere vt consueuit. Bellis. Amantia. Oricum.

Quod si confecerit Brutus, & intellexerit plus se Reipublicæ profuturum, si Dolabellam persequatur,

quã si i Græcia mancat: aget ipse per *se, vt adhuc quoq; fecit: neque in tot incendiis, quibus confestim succurrẽdum est, expectabit Senatum. nam & Brutus & Cassius multis iam in rebus ipse sibi Senatus fuit. necesse est enĩ in tãta cõcursatione perturbationũ, rerũ, tẽporibus potius parere, quã moribus. nec enĩ nũc primũ aut Brutus, aut Cassius salutem libertatémque patriæ, legẽ sanctissimam & morem optimum iudicauit. Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamẽ ego pro decreto putarem, cum essent tales virtute, authoritate, nobilitate summi viri: quorum alterius iam notus nobis est exercitus, alterius auditus. Non igitur Brutus expectauit decreta *vestra, cum studia nosset. neque enim est in prouinciam suam Cretam profectus. In Macedoniam alienã aduolauit: omnia sua putauit, quæ vos vestra esse velletis: legiones conscripsit nouas, excepit veteres: equitatum ad se abduxit Dolabellæ, atque eum nondum tãto parricidio oblĩtum, hostem sua sententia iudicauit. nam ni ita esset, quo iure equitatum à Consule abduceret? Quid Ç. Cassius pari magnitudine animi & consilii præditus, nonne eo ex Italia consilio profectus est, vt prohiberet Syria Dolabellam? qua lege? quo iure? eo, quod Iuppiter ipse sanxit, vt omnia quæ Reipublicæ salutaria essent, legitima & iusta haberentur. Est enĩ lex nihil aliud, nisi recta & à numine deorũ tracta ratio, imperãs honesta, prohibẽs cõtraria. Huic igitur legi paruit Cassius, quũ est in Syriã profectus, alienã prouinciam, si homines legibus scriptis vterentur: his vero

*se

*nostra

vero oppreſſis,ſuam lege naturæ.Sed vt ex veſtra quoq; authoritate firmetur,cenſeo. Cum P.Dolabella, qui iq; eius crudeliſſimi & teterrimi facinoris miniſtri, ſocii, adiutores fuerunt, hoſtes populi Romani à Senatu iudicati ſint:cúnque Senatus P. Dolabellam bello perſequendum cenſuerit:vt is,qui omnia deorum hominũq; iura nouo, inaudito,& inexpiabili ſcelere poluerit,nefarioq; patriæ ſe parricidio obſtrinxerit, pœnas diis hominibuſq; meritas,debitáſque perſoluat: Senatui placere C. Caſſiũ Procõſulẽ prouinciã Syriã obtinere,vt qui eam optimo iure prouinciam obtinuerit:eũ à Q. Martio Criſpo Proconſule,L.Scauro Proconſule,A.Caleno Legato exercitus accipere,eoſq; ei tradere.

MATVRANTIVS. QVOD ſi fecerit Brutus) ſi comprehẽderit Caiũ, & in vincula cõiecerit. PER ſe)ſua ſponte,vt aliâs ipſe Brutus & Caſſius fecere. IPSE ſibi Senatus fuit)vterque fuit ſibi pro Senatu, quoniã ea egit ſponte, quæ Senatus imperaſſet agenda:non expectata Senatus authoritate. TEMPORIBVS)opportunitatibus. QVAM moribus)maiorum inſtitutis. NEC enim diu antè,inquit,iudicarunt Brutus & Caſſius legem ſanctiſſimam & optimum morem eſſe,ſaluti patriq & libertati ſtudere. Itaq; etiam ſi de Dolabella hoſte perſequendo nihil diceretur,intereſſe ego putarem ſummorum virorum,quales ſunt Brutus & Caſſius ſua authoritate ſine decreto aliquo publico illum perſequi. QVORVM alteri⁹)Bruti. ALTERIVS)Caſſij. STVDIA) voluntates. ALIENAM) quia decretam M.Antonio. EQVITATVM)de quo prius dixit. OBLITVM) perfuſum,ab oblino.Oui.Oblit⁹ à dominq cęde libell⁹ erit. SVA ſententia)equitatũ auferẽdo. QVA lege)obiectio eſt cui reſpõdet. IVPPITER):q omnia ſanxit iuſta & honeſta,quæ pro patriæ fierent ſalute,& ſapit hoc Ciceronis dictum illud Hectoris ad Polydamantem fratrem, cum Augurem ſuaderet de rebus gerendis conſulendum.libro duodecimo Iliados εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. EST enim lex)libro de legibus quoque ſic diffinit, Lex eſt ratio ſumma inſita in natura,quę iubet ea quæ facienda ſunt, prohi-

Oblitus.

Lex.

Ratio.

bętque contraria. nec multò pòst ratione & lege cum diis homines coniunctos esse sic colligit: Homo solus ex tot animantium generibus atq; naturis particeps est rationis & cogitationis, cum cætera sint expertia. Quid est autem nõ dicam in homine, sed in omni cælo atque terra ratione diuinius? quę cum adoleuit & perfecta est, nominatur rite sapientia: Est igitur quãdo nihil est ratione melius, eáque & in homine & in deo, prima homini cũ deo rationis societas: inter quos autem ratio inter eosdem recta ratio & cõmunis est, quæ sit lex, lege quoque conciliari cum diis homines putandi sumus.

ALIENAM) Dolabellæ. HIS vero) legib⁹ scriptis. OPPRESSIS) ab Antonio & Dalabella. SVAM) ipsius Cassij. LEGE naturæ) quã definiuit. SED vt lex) suã nũc dicit sententiã Cicero, postquã aliorũ impugnauit. SENATVI placere) supple censeo. EVM) Cassiũ. Q. MARTIO) is & Lucius Scaurus Proconsules fuerant in Syria cum Dolabella decreta est.

Lex naturę.

BEROAL. Suam lege narurę) natura vt subtiliter docet Plato in Gorgia, demõstrat vt præstantior plus habeat quàm inferior, & potentior quã debilior. Ex hac lege naturæ Hercules Gerionis boues neque emptos, neq; donatos abegit, vtpote naturali ipso iure præscribente, & boues & cætera omnia quæ ab hominibus possidentur illius esse debere, quæ præstantior sit atque valentior: hinc responsum illud Gallorum ferox celebratur, qui Romanis quærentibus quidnam rei in Hethruria Gallis esset, responderunt, se in armis ius facere, & omnia fortium virorũ esse. In decretis canonicis octaua distinctione, euidenter ostenditur iure humano factum esse, vt dicatur hæc villa est mea. hic fundus est meus. hæc domus mea est, cum lege naturæ omnia omnibus communia forent.

Gallorum responsum.

Cumq; his copiis, & si quas præterea parauerit, Bello P. Dolabellã terra marique persequi. Eius belli gerendi caussa, quibus ei videatur, naues, nautas, pecunias, cæteráque, quæ ad bellum gerendum pertineant, vt imperandi in Syria, Asia, Bythinia, ponto, ius potestatémque habeat: vtque, quancunque in prouinciam eius belli gerẽdi caussa aduenerit, ibi maius imperium C. Cassii Proconsulis sit, quàm eius erit, qui eam prouinciam tũ obtinebit, cũ C. Cassius Proconsul in eam prouinciam venerit: Regem Deiotarum patrẽ, & Regem Deiotarum filium, si vt multis bellis sæpe nume-

ro imperium populi Romani iuuerint, Item C. Caſſium Proconſulem copiis ſuis opibuſq; iuuiſſent, Senatui populóque Romano gratum eſſe facturos. Idem ſi cæteri Reges, Tetrarchæ, Dynaſtæq; feciſſent, Senatū populúmque Romanum eorum officii non immemorem futurum: vtq; Caius Pāſa, A. Hirtius cōſules, alter ambóue, ſi eis videretur, Rep. recuperata, de prouinciis Cōſularibus & Prætoriis, ad hūc ordinē primo quoque tēpore referāt. Interea prouinciæ ab iis, quibus obtinētur, obtineātur, quoad cuiq; ex Senatuſcōſulto ſucceſſū ſit. Hoc Senatusſcōſulto ardētē inflāmabitis, & armatū armabitis Caſſium. nec enim animū eius poteſtis ignorare, nec copias. animus is quem videtis: copiæ, quas audiſtis: fortes & conſtantes viri, qui ne viuo quidem Trebonio Dolabellæ latrocinium in Syriam penetrare ſiuiſſent. *Halienus familiaris & neceſſarius meus poſt interitum Trebonii profectus, ne dici quidem ſe legatum Dolabellæ volet. eſtq; Cæcilii Baſſi, priuati illius quidem, ſed fortis & præclari viri robuſtus & victor exercitus. Deiotari Regis & patris & filii & magnus & noſtro more *inſtitutus exercitus, ſumma in filio ſpes, ſumma ingenii indoles, ſummáque virtus. Quid de patre dicam, cuius beneuolentia in populum Romanum eſt ipſius æqualis ætati? qui non ſolum ſocius Imperatorum noſtrorum fuit in bellis, ſed etiam dux copiarum ſuarum. Quæ de illo viro Sylla, quæ Murena, quæ Seruilius, quæ Lucullus? quàm ornate, quàm honorifice, quàm grauiter ſæpe in Senatu prædicauerunt? Quid

*Calenus.

inſtruct

de Cneo Pompeio loquar? qui vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum veréque beneuolum, populo Romano virúmque fidelem iudicauit. Fuimus nuper ego & Marcus Bibulus in propinquis finitimísque prouinciis, & ab eodem Rege adiuti fumus & equitatu & pedestribus copiis. secutum est hoc acerbissimum & calamitosissimum ciuile bellum. in quo quid faciendum Deiotaro? quid omnino rectius fuerit, dicere non est necesse: præsertim, cum contra ac Deiotarus sensit, victoria belli iudicauerit? quo in bello si fuit error, communis ei fuit cum Senatu: *in recta sententia, ne victa quidem caussa vituperandi est. Ad has copias accedent alii Reges, etiam delectus accedent. neque vero classes deerunt, tanti Tyrii Cassium faciunt, tanti eius in Syria nomen atque Phœnicia est.

*sin recta.

MATVRANTIVS. PERSEQVI) censeo placere Senatui. ASIA) non eam dicit quæ in tertia orbis parte terminos habet amnes, ab ægyptio mari Nilum, à Meoti lacu Tanaim: sed eam quam ab Oriente Lycia includit & Phrygia, ab Occidente Aegea littora, à Meridie mare Aegyptium Paphlagonia, à Septentrione Bythinia, quę olim Bebrycia & Mygdonia dicta est, deinde à Bythino Rege sic vocata. Est autem in exordio Ponti, ad partem solis orientis aduersa Thraciæ, opulenta ac diues vrbium, à fonte Sãgarij fluminis primos fines habet. PONTO) Ponticis gentibus ad Pontum Euxinum habitantibus. TETRARCHIAE) quæ partem obtinẽt de quibus prius est dictum. DYNASTE) potentes & optimates, vnde δυνασεῖαι potentatus. VTQVE Pansa) censeo Senatui placere. HALIENVS) hic Legatus Dolabellæ erat præfectus. C. BASSI) huius in Epistolis creb ra fit mẽtio. IPSIVS æqualis ętati) ac si diceret, ab incunabulis amicũ fuisse. DECIVS Bibulus) is præerat Syriæ vt in Epistolis ad Cælium, quæ sunt libro secũdo familiariũ, quo tẽpore Cicero prętrat Cilicię, Caius Thermus Bythiniæ. QVID faciendum) id autem fuit faciendum, quod fecit, vt Rẽp. sequeret & arma Põpei. IN recta sentẽtia) & profecto volũtas & caussa

Halienus.

omnibus in rebus non euentus ſpectandus iurecꝫ ait apud Ouid. Phillis, Creat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta notanda putat. Tyrij, maxima & antiquiſſima Phœnicum ciuitas fuit. Tyrus ab omni olim continenti diuiſa, poſtea ab Alexandro molibus & aggere coniuncta, calamitates, quas paſſa eſt, ab Alexandro capta, omnes euicit, & ſe ipſam nauigando inſtaurauit, qua vna re Phœnices omnibus ſemper præſtitere. SIRIA & Phœnicia) vicinæ regiones. Tyrus.

BEROALDVS. In recta ſententia) in oratione pro Ligario, Cauſſa inquit dubia, ꝙ erat aliquid in vtraꝫ parte quod probari poſſet, nunc melior certe iudicanda eſt, quàm etiam dij adiudicauerunt. huic ſententiæ concinit illud Lucani, Victrix cauſſa deis placuit, ſed victa Catoni.

Paratum habet Imperatorem C. Caſſium P. C. reſpublica cõtra Dolabellam: nec paratum ſolum, ſed peritum atque fortem. magnas ille res geſſit ante Bibuli ſummi viri aduentum, cum Parthorũ nobiliſſimos duces, magnas copias fudit, Syriamq; immani Parthorum impetu liberauit. maximam eius & ſingularem laudẽ prætermitto. cuius enim prædicatio nondum omnibus grata eſt, hanc memoriæ potius, quàm vocis teſtimonio cõſeruemus. Animaduerti P.C. *exaudiui etiam nimiũ à me Brutum, nimium Caſſium ornari: Caſſio vero ſententia mea dominatum & principatum dari, Quos ego orno? nempe eos, qui ipſi ſunt ornamẽta reip. Quid D. Brutum? nonne omnibus ſententiis ſemper ornaui? num igitur reprehenditis? An Antonios potius ornarẽ, non modo ſuarum familiarum, ſed pop. Rom. nominis probra atq; dedecora? an Cẽſorinũ ornem in bello hoſtem? in pace ſectorem? an cætera ex eodem latrocinio naufragia colligam? Ego vero iſtos ocii, concordiæ, legũ, iudiciorum, libertatis inimicos tantum abeſt vt ornem, *exornari

vt effici non possit, quin eos tam oderim, quàm rempu. diligo. Vide inquit ne veteranos offendas: hoc enim vel maxime exaudio. Ego autẽ veteranos tueri debeo, * & quidem eos quibus sanitas est, certe timere non debeo: eos uero veteranos qui pro repu. arma ceperunt, secutiq; sunt C. Cæsarem * authorem beneficiorum paternorum, hodiéque rempu. defendunt cum magno periculo, non tueri solum, sed etiam augere commodis debeo. Qui autẽ quiescunt, vt septima & octaua legio, in magna gloria & laude ponendos puto. Comites vero Antonii, qui postquã beneficia Cæsaris comederunt, Consulem designatum *obsident, huic vrbi ferro igniq; minitantur: Saxæ se & Casoni tradiderunt ad facinus prædamq; natis: num quis est qui tuendos putet? Ergo aut boni sunt, quos etiam ornare: aut quieti, quos cõseruare debemus: aut impii, quorum cõtra furorem & bellũ & iusta arma suscepimus. Quorum igitur veteranorum animos ne offendamus, veremur? eorũm ne qui Brutũ obsidione cupiũt liberare? quibus cum Bruti salus chara sit, quî possunt Cassii nomen odisse? An eorum, qui vtrisq; armis vacant? non vereor ne acerbus ciuis quisq̃ istorum sit, qui ocio delectantur. Tertio vero generi nõ militum veteranorum, sed importunissimorum hostiũ *quàm acebissimum *dolorem inurere. Quã quam P. C. quousq; dicemus sententias veteranorum arbitratu? quod eorum tantum fastidium est? quæ tanta arrogantia? vt ad arbitrium eorum Imperatorem etiam deligamus? Ego autem (dicẽdum est enim P. C. quod sentio)

*sed

*authoritate

*obsederũt

*cupio

*hostium

non tam veteranos * intuẽdos nobis arbitror, quàm qd tyrones milites flos Italiæ, quid nouæ legiones ad liberandum patriam paratiſſimæ, quid cuncta Italia de veſtra grauitate ſentiat: nihil enim ſemper floret, ætas ſuccedit ætati, diu legiones Cæſaris viguerunt: nunc vigẽt Panſæ, vigent Hirtii, vigent Cæſaris filii, vigent Planci: vincunt numero, vincunt ætatibus, nimirum etiam authoritate vincunt. id enim bellũ gerunt quod ab omnibus gentibus probatur. Itaq; his præmia promiſſa ſunt, illis perſoluta: fruãtur illis, vel perſoluãtur his, quæ ſpopõdimus. Id enim deos immortales ſpero æquiſſimum iudicare: quæ cum ita ſint, eam quam dixi ſententiam, vobis P. C. cenſeo comprobandam.

*in me tuẽdos.

MATVRANTIVS. C. Caſſium) nã prefuit Syriç, de quo Cicero in Epiſtolis ad Cçlium, Caſſius quod mihi magnæ voluptati fuit. ab Antiochia hoſtem reiecerat, Bibulus prouinciã acceperat. MEMORIAE teſtimonio) vt recordatione potius quàm voce teſtes ſimus. CENSORINVM) de quo priꝰ dictũ. SECTOREM) venditorẽ bonorũ alienorũ ſub haſta. LATROCINIO) latronum cœtu. vt ſeruitium eſt ſeruorum multitudo, & famulitiũ Latrociniũ

NAVFRAGIA) vel quia ipſi tanq; facto naufragio ad Antonium ſe receperant: vel quia cauſſa ſunt vt multi periclitentur & naufragium faciant. VIDE inquit) occurrit cuipiam ſic dicenti, Si Caſſius perſequendo Dolabellç prçficitur, veterani offendentur qui eum ꝙ Iuliũ percuſſit oderunt, probat non ita fore, quoniam tria genera ſunt veteranorum. vnum eorum qui Octauium ſequuntur, & Decium Brutum liberare obſidione ſtudent: alterũ eorum qui neutræ parti ſeſe adiũgunt: Tertium impiorum qui ſunt cum Antonio. Qui boni ſunt nõ poſſunt inquit offendi: nã ſi ſaluũ voluit eſſe Deciũ, cur eſt credibile Caſſium odiſſe? Contra illos malos ſumpta ſunt arma) medij illi non ſunt timendi: ergo ne veterani offendantur verẽdũ nõ eſt. QVI quieſcũt) neq; Octauiũ neq; Antoniũ ſecuti. CAESARIS) Iulij. FRVANTVR illis) veterani prçmijs perſolutis. VEL) etiam. SPERO) credo. AEQVISSIMVM) dari quæ ſpopondimus.

ASCEN. Animaduerti P. C. exaudiui etiam &c. ſic & in Victorino: & be-

ne, quia sequitur etiam vt duo dicat: animaduerti ex vultibus & exaudiui ex oratione, de qua subiungit: hoc enim vel maxime exaudio. In fine autem habet Victorinus, Itaq; prȩmia promissa, sunt illis persoluta, fruantur illis, persoluuntur his quæ spopondimus.

BEROAL. Dolorem inurere) Translatio sumpta à quadrupedibus, quæ cauterio & charactere signari solent. Seruorum quoq; vultus inscribũtur, & frontes ignito ferramento inuruntur: vnde stigmatici dicti, quibus dolor significanter & proprie inuri dicitur. Aetas succedet ætati) In hãc sententiam ait Lucretius, Augescent aliȩ gẽtes aliȩ minuuntur. & à Laberio Mimographo dictum est, Non possunt primi esse omnes omni tempore: Cecidi ego, cadent qui sequuntur, laus est publica.

Vndecimæ philippicæ finis

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DVODECIMA.

IT si minime decere videtur P. C. falli, decipi, errare eũ cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini: consolor me tamẽ, quoniam vobiscum pariter & vnà cũ sapiẽtissimo Consule erraui. nam cum duo Consulares spẽ honestæ pacis nobis attulissẽt: quòd erãt familiares M. Antonio, quòd domestici, nosse aliquod eius

eius vulnus, quod nobis ignotũ esset, videbantur. Apud alterum vxor, liberi: alter quotidie literas mittere, accipere, aperte fauere Antonio. hi subito hortari ad pacẽ, quod iandiu non fecissent, non sine caussa videbãtur. accessit Consul hortator. at quis Consul? si prudentiam quærimus, qui minime falli posset: si virtutẽ, qui nullam pacem probaret, nisi Antonio cedente atque victo: si magnitudinem animi, qui preferret mortem seruituti. Vos autem P.C. non tam immemores vestrorũ grauissimorum decretorum videbamini, quàm spe *allatæ deditionis, quã amici pacem appellarẽt, C. *Halieni de imponendis, non de accipiendis legibus cogitare. Auxerat autem meam quidem spem, credo item vestram, quod domum Antonii afflictam mœstitia audiebã, lamentari vxorem. hic etiam fautores Hntonii, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam.

*allata
*caleni

MATVRANTIVS.



egati qui ab initio postquam obsideri Decius Brutus cœpit, missi sunt, redierant re infecta, & Antonius vrgere obsidionem destiterat nunquã. Amici tamen & fautores eius L. Piso & Q. Fusius Calenus in primis rursus honestę pacis spem faciebant, & in eam sententiam etiam Consulem Hirtium adduxerant, vt pacem velle Antonium crederent omnes: idq; vt crederent multis etiam impellebantur argumentis & signis. Ex quo actum in Senatu fuerat de legatis iterum mittẽdis. delecti que sunt P. Seruilius, & M. Cicero. Compertum inde est falsa fuisse quæ de Antonio ad amicis promissa fuerant, nec ad pacem vllam nisi qua dignitatem suam retinent, Senatus minueret, descendere velle. Ergo Cicero deceptos dicit & proditos, ac caussam Antonij ab ijs qui huiusmodi de pace dissipauerint sermones actam, publicam esse neglectam. Hortatur consilium commutent nec Legatos mittant, idq; si fiat & inutile & turpe reip. fore: pluribus probat rationibus. Multa in Calenum dicit: armis persequẽdum suadet

in Antonium & incœpto permanendum: nec deesse vim & facultatẽ ad illũ actutum opprimendum, quòd immineat periculum, si pax concedatur ostẽdit, & ne concedi quidem honeste posse. In se vero deligendo maxime erratum probat, eâmque Legationem & periculosam sibi futuram, & reip. minus vtilem: & tamen se totum periculum magis ex reipu. commodo, quàm ex suo metiri velle. In deliberatiuo genere posita est hęc Philippica vt cęterę. Exorditur per locum consolationis à societate in errore. Nam cum alios & eosdem sapientes in eadem re videmus errare, in qua erratum à nobis est, leuius de errore nostro dolemus. Errauerat quidem Cic. quod Antonij amicis pacis spem afferentibus crediderat: sed in eodem errore reliqui Senatores & ipse Consul fuerat: ex quo erroris sui dedecus modestius ferebat. FALLI) aperte. DECIPI) occulte & per fraudem. ERRARE) per se & suâ opinione labi. DVO Consulares) Piso & Calenus. ALIQVID vulnº) aliquid ꝙ eum veluti vulnus cruciaret, & tamen lateret. APVD alterũ) Pisonem. VXOR) Fuluia. ALTER) Calenº. LITERAS mittere) quod superius dictum. DEDITIONIS) Antonij: sic enim spondebant eius amici fore vt se dederet. DE imponendis) hoc enim futurum vobis persuadebatis vt leges & conditiones Antonio imponeretis: non reuera acciperetis ab eo, quoniam dare non accipere volebat. QVORVM in vultu habitant oculi mei) à quorum vultu oculos nunquam remoueo.

TRAP. Et si amici & fautores Antonij Senatum meam spem adduxerãt, vt crederent M. Antonium cõsiliũ mutasse & ad sanitatem reuertisse: ex quo actum fuerat in Senatu de mittendis Legatis: postea cognitum est nihil eorum esse, quæ de Antonio promissa Senatui erãt, & illum in sententiam perstare nec ad vllam pacẽ velle descendere, nisi qua dignitatẽ suã, retineret, Senatº imminueret. Suadet igitur Cicero vt cũ decepti & proditi fuerint, cõsiliũ cõmutent, nec Legatos mittant, quod & inutile & turpe reip. futurũ sit: se autẽ quam Legationem susceperit, ꝙ ea sibi periculosa nec reip. salutaris futura sit, vehementissime deprecari. Falli) fallimur opinione. Decipi) decipimur ab alijs per fraudem. Errare) Errant qui certam viam non vident.

BEROAL C. Haleni) existimo legendum esse Caleni, vt de Fusio Caleno intelligamus qui fautor erat Antonij & propugnator.

ASCEN. In victorino est, Alieni, id est qui nõ essent amici: sicꝙ sic legam. Est etiam, negat audisse: vbi alijs est audiri. Est bis decepti inquã. Est D. Bruti salus: Est, ne si in Senatus quidem potestatem iturum se dixerit, iturum videbitur: quæ videntur verba Caleni fuisse. & à Cicerone repetita. Est, si iacẽs aliquid nobiscũ ageret &c. stanti resistẽdum est, vbi malè legitur statim quia opponitur illi quod est iacens.

Quod si nõ ita est, cur à Pisone & à Caleno potissimum? cur hoc tempore? cur tã improuiso? cur tã repen-

te pacis est facta mẽtio? Negat Piso se scire, negat audisse quicq̃: negat Calenus rem vllam nouam allatam esse. atq; id nũc negãt, posteaq̃ nos pacificatoria legatione implicatos putant. Quid ergo opus est nouo consilio, si in re nihil omnino noui est? Decepti, decepti inquã sumus P. C. Antonii est acta caussa ab amicis eius, non publica. quod videbam equidem, sed quasi per caliginẽ perstrinxerat aciẽ animi D. Bruti salus. Quod si in bello dari vicarii solerent, libẽter me, vt D. Brutus emitteretur, pro illo includi paterer. Atq; hac voce Qu. Fusii capti sumus, ne si à Mutina quidẽ recesserit, audiemus Antonium? ne si in Senatus quidem potestatem futurũ se dixerit? durum videbitur. Itaq; fracti sumus, cessimus. recedit igitur à Mutina? nescio. paret Senatui? credo inquit Calenus, sed ita, vt teneat dignitatem. Valde hercules vobis laborandum est P. C. vt vestram dignitatem amittatis, quæ maxima est: Antonii, quæ neq; est vlla, neq; esse potest, retineatis: vt eam per vos recuperet, quam per se perdidit. Si iacens aliquid nobiscũ ageret, audirem fortasse: q̃q̃, sed hoc malo dicere, audirem: *stãti resistendum est, aut concedenda vna cum dignitate libertas. At non est integrum, constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restituti potest? Cuiusuis est hominis errare: nullius, nisi insipiẽtis, perseuerare í errore. posteriores enim cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse. Discussa est illa caligo, quã paulò antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia, neq; per nos solum, sed admonemur à nostris. Attendi-



stis paulò antè, præstantissimi viri, quæ esset oratio. mœstam inquit domum offendi, coniugem, liberos, admirabantur boni viri, accusabãt amici, quòd spe pacis Legationem suscepissem. Nec mirum P. Seruili. tuis enim verissimis grauissimisque sentẽtiis, omni est, nõ dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. Ad eũ ire te Legatum quis nõ miraretur? de me experior: cuius idem consiliumquod tuum, sentio quàm reprehẽdatur: nos reprehendimur soli. Quid vir fortissimus Pã

*tam

sa, sine caussa paulòante, *tamen accurate locutus est tãdiu? quid egit? nisi vti falsam proditionis à se suspitionẽ depelleret? Vnde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repẽtino, quod subitò suscepit eodem captus errore, quo *vos. Quod si est erratum P.C. spe falsa atq; fallaci, redeamus in viam. Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilii. Quid enim per deos immortales potest reipu. prodesse nostra Legatio? prodesse dico?

*nos



Vicacij.

MATVRANTIVS QVOD si ita nõ est) si hęc vera nõ erãt, cur à Pisone & Caleno mentio pacis facta est tam importune? neque enim sine caussa credibile erat fieri, & si negabat vterque rem vllam nouam ab Antonio allatã, & se quicquid facerent, sponte sua dicebant facere. Existimabant enim non esse integrum à Legatis mittentis abstinere, postquam delecti semel fuerant et id agebant, vt è Senatu admouerent duos acerrimos Antonij inimicos Ciceronem & Seruiliũ, ac periculo obijcerent. PACIFICATORIA) pacis vt dicebant caussa decreta. NOVO consilio) mittendi Legatos. SI in re nihil est noui) si nihil ab Antonio nouum allatum est, & permanet in sentẽtia in qua fuerat prius. PERSTITERAT) clauserat & obsęcauerat. VICARII) qui loco alterius ponuntur vt illius vicem gerant: & pro illo sint vel in magistratu, vel in quauis alia re. CAPTI) decepti. Ne si à Mutina quidem), verba hæc Fusij fuerant, qui in hanc sententiam locutus

erat, non esse audiendum Antonium, etiam si à Mutina recederet, nisi in Senatus potestate futurum se polliceretur. Verum durum videbatur, sinere impune abire Antonium, si à Mutina recederet, & re in Senatus diceret potestate futurum, & tamẽ fracti sumus nos & cessimus Antonio. Sed dic mihi Calene, recedit ne ipse à Mutina? VALDE vobis &c.) Ironice ac si dicat minime committendum est vt vos Legatos mittendo & cedendo Antonio, perdatis authoritatem. Neque enim sine vestro dedecore facere potestis, & illius dignitatis quæ nulla est, rationem habeatis. PER se) suo nõ fortunæ vitio. SI iacens) sese ante nos prosternens & supplicans. NOBIS CVM ageret) si postularet ne suam amitteret dignitatem. QVANQAM) voluit dicere quanquam omnino non audirem. STATIM) nũc resistendum est & nihil differendum. CONCEDENDA libertas) vt nos ipsos illi tradamus & nostram libertatem, ac seruiamus. AT non est integrum) rursus occurrit obiectioni Caleni. QVID autem) responsio. Tritum est prouerbium, sapientis esse cum licet mutare propositum. RESTITVI) reuocari in integrum. Posteriores cogitationes. sed prouerbiũ est, posterioris cogitationis & sapientiæ plenas domos esse. ILLA caligo) qua obcæcati errauimus. A NOSTRIS) à Publio Seruilio) quod sequentia mox indicant. INQVIT) Publius Seruilius. NEC mirum) hæc quæ dixisti cõtigisse Seruili. PRODITIONIS) ne nos videretur & Rempublicã prodere, quod tam repente mutata sententia de pace loqueretur.

BEROAL. Præstrinxerat aciem animi) translatio à præstigiatoribus, qui spectantium oculos præstringunt vafritia & caliditate nugarum. vnde a præstringendo præstigiator dictus atque præstigiæ, à fulgore quoque translatum, qui oculos prẽstrinxit mortalium, ne tueri cõtra possimus. Plautus, Curate vt splẽdor sit meo clypeo, vt præstringat oculorũ aciem in hostibus. Quanquam, sed hoc malo) Interrupta sententia est per aposiopesim, siue obticentiam indignantibus, cupientibus, dolentibus familiarem. Cõsimile est illud Virgilianum, Quanquam ô, sed vincant quibus hoc Neptune dedisti. Prodesse dico) Exornatio rhetorica est, quæ Græce climax, latine gradatio nominatur. Diuus Augustinus libro tertio de doctrina christiana docet Apostolum Paulum vti gradatione, cum ex tribulatione patiẽtiam, ex patiẽtia probationem, ex probatione spem decentissime connectit.

Præstringere aciem animi.

Aposiopesis.

Climax.

TRAP. Dari vicarij solerent) Vicarij sunt qui gerunt magistratum vice alicuius: vnde istorum vicarij dicuntur.

Quid si etiam obfutura est? obfutura? quid si iam nocuit, atque obfuit? an vos acerrimam illam & fortis-

*etiã noc.

simam populo Romano libertatis recuperandæ cupiditatem, non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita? Quid municipia censetis? quid colonias? quid cunctam Italiam futuram eodem studio quo contra commune incendium exarserat? an non putamus fore, vt eos pœniteat professos esse & præ se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos & animis & corporibus in salutem Reipublicæ contulerunt? Quemadmodum * nostrum consilium hoc Capua probabit: quæ temporibus his Roma altera est? Illa impios ciues iudicauit, eiecit, exclusit: illi, illi inquam vrbi fortissimæ conanti, è manibus est ereptus Antonius. Quid? legionum nostrarum neruos nonne his consiliis incidimus? Quis est enim, qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe pacis oblata? Ipsa illa Martia, cælestis & diuina legio, hoc nũcio langueſcet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet. excident gladii, fluent arma de manibus. Senatum enim secuta, non arbitrabitur se grauiori odio debere esse in Antonium, quàm Senatum. Pudet huius legionis, pudet quartæ, quæ pari virtute nostram authoritatem probans, non vt Consulem & * nuper suum: sed vt hostem & oppugnatorẽ patriæ reliquit Antonium. Pudet optimi exercitus, qui coniunctus ex duobus, qui iam lustratus, qui profectus ad Mutinam est: qui si pacis, id est timoris nostri nomen audiuerit, vt non referat pedem, insistet certe. Quis enim reuocante, & receptui canente Senatu properet

*vestrum.

*imperatorem suum.

dimicare? Quid autem hoc iniuſtius, quàm nos inſciē-
tibus is, qui bellum gerunt, de pace decernere? nec ſo-
lum inſcientibus, ſed etiam inuitis? An vos A. Hircium
præclariſſimum Conſulem & Caium Cæſarem deorū
beneficio natum ad hæc tempora, quorum Epiſtolas
ſpem victoriæ declarantes in manu teneo, pacem velle
cenſeris? Vincere illi expetunt, pacíſque dulciſſimum
& pulcherrimum nomē, non pactione, ſed victoria cō-
cupierunt. Quid? Galliam quo tandem animo hanc
rem audituram putatis? illa enim huius belli propul-
ſandi, adminiſtrandi, ſuſtinendi, principatum tenet.
Gallia Decii Bruti nutum ipſum, ne dicam imperium
ſecuta, armis, viris, pecunia belli principia firmauit: ea-
dem crudelitati Marci Antonii ſuum totum corpus
obiecit, exhauritur, vaſtatur, vritur omnis, æquo animo
belli patitur iniuriam: dummodo repellat periculum
ſeruitutis. Et vt omittam reliquas partes Galliæ: nam
ſunt omnes pares: Patauini alios excluſerunt, alios eie-
cerunt miſſos ab Antonio, pecunia, militibus, & quod
maxime deerat, armis noſtros duces adiuuerūt. fecerūt
idē reliqui, qui quondam in eadē cauſſa erāt & propter
multorū annorū iniurias alienati à Senatu putabantur:
quos minime mirum eſt communicata cum his Rep.
fideles eſſe: qui etiam expertes eius, fidem ſuam ſem-
per præſtiterunt. His igitur omnibus victoriam ſperāti-
bus pacis nomē afferemus? id eſt deſperationē victoriæ?
Quid? ſi nō poteſt quidē vlla eſſe pax? quæ enī eſt cōdi-
tio pacis, ī qua ei cū quo pacē facias, nihil cōcedi poteſt?

MATVRANTIVS. PROFESSOS esse) aperte ostẽdisse. EX duobus) exercitibus Hirtij Consulis & Octauij. LVSTRATVS) pro more Romano: constitutus enim in cãpo Martio lustrabatur expiabaturq; id quod Seruius Tullus rex instituit. VT) quanuis. INSISTET) consistet: non dimicabit. PATAVINI) Venetiæ ciuitas Patauinum cunctas olim eius vrbes excelluit. Strabonis ætate censi in ea sunt quingenti equestrts ordinis viri. Idem ait priscus. Annis centum viginti militum milia misisse constat.

Lustratus exercitus.

COMMVNICATA Republica) Donati enim ciuitate fuerant Patauini, & reliqui eiusdem regionis insigniores populi. EIVS) Reipublicæ.

Lustratio apud Macedones.

BEROAL. Lustratus exercitus) expiatus, recensitus, recognitus. Apud Macedonias lustrandi exercitus solemne erat tale: prior hostiæ pars ab dextram, posterior ad leuam viæ ponebatur: inter hanc diuisam hostiam copiæ armatæ traducebantur: præferebantur primo agmini insignia omnium ab vltima origine Macedoniæ Regum. deinde Rex ipse sequebatur: proxima erat regia cohors custodesq; corporis. postremum agmen Macedonum. cętera multitudo claudebat. Receptui canente) Verbum militare est canere receptui, quando scilicet imperator iubet copias ex acie atque conflictum in castra reuocari atque in tuto collocari: hinc per translationem decentissimam dicimur canere receptui quotiescunque artem desinimus: & in portum quietis non conferimus. Quintilianus loquens de Oratore sic inquit, Quare antequam in has ætatis veniat insidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniat.

Multis rebus à nobis est inuitatus ad pacem Antonius: bellum tamen maluit. missi legati, repugnãte me: sed tamen missi. delata mandata: non paruit. denunciatum est ne Brutum obsideret, à Mutina discederet: oppugnauit* & vehementius. & ad eum Legatos de pace mittemus, qui pacis nuncios repudiauit? Verecundiorem ne coram putamus in postulando fore, quàm fuerit tum cum misit mãdata ad Senatum*? atque cum ea petebat, quæ videbantur improba omnino, sed tamen aliquo modo posse concedi? nondum erat vestris tam *grauibus, támque multis iudiciis, ignominiisq; concisus. Nunc ea petit, quæ dare nullo modo possumus, nisi

* etiam

*atqui

* grauissimis.

prius

prius volumus nos bello victos cõfiteri. S.C.* falso dela ta ab eo iudicauimus: num ea vera possumus iudicare? Leges statuimus per vi & cõtra auspicia latas: hisq; nec populũ, nec plebem teneri: num eas restitui posse censetis? *Septies milies auertisse Antoniũ pecuniæ publicæ iudicauistis: num fraude poterit carere peculatus? immunitates ab eo, ciuitates, sacerdotia, regna vænierunt: num figentur, rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? Quod si ea, quæ decreuimus, obruere volumus, num etiã memoriam rerum delere possumus? Quando eius obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac vestitus fœditate fuerimus? Vt Centurionum legionis Martiæ Brũdusii* profugus sanguis eluatur: num elui prædicatio crudelitatis poterit? vt media præterea: quæ vetustas tollet operum circa Mutinam tetra monumenta? sceleris indicia? latrociniiq; vestigia? Huic igitur importuno atque impuro parricidæ, quid habemus per deos immortales, quod remittamus? an Galliam vltimam & exercitum? quod quid est aliud, quàm non pacem facere, sed differre bellum? nec solum prorogare bellum, sed concedere etiam victoriam? *At ille non vicerit, si quacunque conditione in hanc vrbem cum suis armis venerit? Nunc omnia * timemus, authoritate valemus plurimum: absunt tot perditi ciues nefarium secuti ducem: tamen eorum ora, sermones, qui ex eo numero in vrbe relicti sunt, ferre non possumus. quid censetis, cum tot vno tempore irruperint, nos arma posuerimus, illi non deposuerint? nonne vos ve-

*falsa

*Sestertiũ

*profusus

*An

*tenemus

ſtris conſiliis victos in perpetuũ fore? Ponite ante oculos Marcum Antonium Conſularem *ſperantem Conſulatum Lucium adiungite: ſupplete cæteros, neq; noſtri ordinis ſolum, honores & imperia meditantes: nolite ne Tyrones quidem Nummiſios & Muſtellas* Saxáſve contemnere. cum his facta pax, non erit pax, ſed pactio ſeruitutis. Lucii Piſonis ampliſſimi viri præclara vox, à te non ſolum in hoc ordine Panſa, ſed etiam in concione iure laudata eſt, exceſſurum ſe ex Italia dixit, deos penates & ſedes patrias relicturum, ſi (quod dii omen auerterẽt) Rempublicam oppreſſiſſet Antonius. Quæro igitur à te Piſo, nonne oppreſſam Rempublicã putes, ſi tot, tam impii,* tam audaces, tam facinoroſi, recepti ſint?

*ſpirãtem

*alijſocios ſuos.

*ciues

MATVRANTIVS. CONCISVS) laceratus. Superi⁹ Philippica quinta. Decretis veſtris cum concidiſtis. DELATA) conceſſa & tradita: niſi forte locus corruptus eſt, & relata legendum: nam Philippica quinta inquit, Senatus etiam conſulta pecunia accepta falſa referebant. PECVLATVS) furti publici. Vænierunt) vendita ſunt. HAE tabulæ) immunitatum & priuilegiorum. VESTITVS fœditate) in ſagis, militari veſte depoſita.

Reculãtus.

NEQVE noſtri ordinis) Senatorij ſed externos. SOCIOS) eorum Tyrones, Numiſij, Muſtellæ. IN quo ne ſi pacem) ſenſus eſt & ordo, neque in hac Legatione eſſe me conuenit, neque ad conſilium deliberationemq; de tali negocio accerſiri, in quo ſi non ad pacem accipiendam ab Antonio corrogamur, & ego à cæteris non diſſenſero. ITA fiet) hoc eſt id accidet vt populus Romanus mihi imputaturus ſit, ſi quid peccauerit Antonius: cum aliquid ei remiſſum condonatúmque de erroribus & peccatis fuerit, aut vobis libere conceſſum, dicet enim mea culpa fieri qui conſenſerim: & non vt inſtitueram perpetuo repugnauerim.

Spirare.

BEROAL. Sperãtem Conſulatum) Quid ſi legas ſpirantẽ: dicitur enim perquam eleganter quiſpiam ſpirare Conſulatum, quando ſuperbiam illam & inſolentiam atque impotentiam præfert, oſtentátque ſpiritu & inceſſu, quæ Conſuli conueniunt. Sic Silius, Mago quatit currus, & fratrem ſpirat in-

armis. Si ſperantem legas: erit dictio hæc copulanda cum inferiore collo: vt ita iunctim enuncies, ſperantem Conſulatum Lucium adiungite.

ASCEN. Noſtris tam grauiſſimis, ſic & Valla legit: in Victorino tamen eſt tam grauibus, cui conſonat quod ſequitur, támque multis. Senatuſcõſulta falſo relata in Victorino eſt: falſa, delata &c. quod probat qđ ſequit. num ea rara &c. Et in litera quę proxima hunc locum in eodem codice, ſperãtẽ Cõſulatũ Lucium adiungite. Eſt & Muſtelas ſuos: vbi alij habent ſocios, ego legam, Saxáſve: quod Saxarum ſæpe aliubi meminit cum eorumdem contemptu & nominis eleuatione.

Quos nondum tantis paricidis contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni ſcelere coopertos tolerabiles cenſes ciuitati fore? Aut iſto tuo, mihi crede, conſilio erit vtendum, vt cedamus, abeamus, vitam inopem & vagam proſequamur: aut ceruices latronibus dandæ, atque in patria cadendum eſt. Vbi ſunt C. Panſa illæ cohortationes pulcherrimæ tuæ? quibus à te excitatus Senatus, inflammatus populus Romanus non ſolum audiuit, ſed etiam didicit, nihil eſſe homini Romano fœdius ſeruitute. Idcirco ne ſaga ſumpſimus? arma cepimus? iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus? vt de exercitu florentiſſimo & maximo Legati ad pacem mitterentur: ſi poſtulandam, quid timemus? ſi accipiendã, cur non rogamur? In hac ego legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear? in quo, nc ſi diſſenſero quidem à cæteris, ſciturus populus Romanus ſit. Ita fiet, vt ſi quid remiſſum, aut conceſſum ſit, meo ſemper periculo peccet Antonius, cum ei peccandi poteſtas à me conceſſa videatur. Quod ſi habenda cum Antonii latrocinio, pacis ratio fuit, mea tamen perſona ad iſtam pacem conciliandam minime fuit deligenda. Ego

nunquam Legatos mittendos censui: ego ante Legatorum reditum ausus sum dicere: pacem ipsam si afferrent, quoniam sub nomine pacis bellū lateret, Reipublicæ repudiandam: ego princeps Sagorum, ego semper illum hostem appellaui, cum alii aduersarium: semper hoc bellum, cum alii tumultum. nec hæc in Senatu solum, eadem ad populum semper egi. nec solum in ipsum, sed in eius socios, facinorum ministros & præsentes & eos, qui vnà sunt: in totam denique Marci Antonii domum sum semper inuectus. Itaque vt alacres & læti spe pacis oblata, inter se impii ciues, quasi vicissent, gratulabantur: sic me iniquum eiurabant, de me quærebantur. Diffidebant etiam Seruilio: meminerant eius sententiis confixum Antonium: Lucium Cæsarem fortem quidem illum & constantem Senatorem, auunculum tamen, Calenum procuratorem, Pisonem familiarem, teipsum Pansa vehementissimum & fortissimum Consularem, factum iam putant leniorem: non quo ita sit aut esse possit, sed mentio à te facta pacis suspicionem multis attulit immutatæ voluntatis. Inter has personas me interiectum amici Antonii moleste ferūt, quibus gerēdus mos est, quoniā semel liberales esse cœpimus: proficiscantur Legati optimis his ominibus: sed ii proficiscantur, in quibus non offendatur Antonius. Quod si de Antonio non laboratis, mihi certe Patres Conscripti consulere debetis: parcite oculis saltē meis, & aliquam veniam iusto dolori date. Quo enim aspectu videre potero, mitto hostem patriæ, ex quo mi-

hi odium in illum commune vobiſcum eſt : quomodo aſpiciam mihi vni crudeliſſimum hoſtem? vtdeclarant de me eius acerbiſſimæ conciones. A deó ne me ferreū putatis, vt cum eo congredi aut illum aſpicerepoſſim? qui nuper cum in cõcione donaret eos, qui ei de parricidis audaciſſimi videbantur.

MATVRANTIVS. PRINCEPS Sagorum) author ſaga ſumendi. EIVRABANT)valde iurabant. CONFIXVM)quaſi vulneratum. DE Antonio non laboratis)non curatis,quo animo laturus me ſit. TRAP. Contaminatos) inquinatos,pollutos Exciuimus) excitauimus. Eiurabant) valde iurabant,compoſitum eſt ex,e,& iuro. BEROAL. Cum alij aduerſarium) cum ſit quædam virtutibus ac vitijs vicinitas,vtimur decenter proxima deriuatione verborum,vt pro temerario fortem,pro prodigo liberalem,pro auaro parcum vocemus,quæ etiam contrâ valent:ſic nonnulli qui fauebant Antonio, non hoſtẽ illum appellabant, ſed mitiore vocabulo aduerſarium. Eiurabant)quidam codices habẽt deierabant,quod probo : eſt enim ſenſus,iureiurando affirmabant aſſerebantq; me iniquum eſſe & inſiurium. Deierare enim valde iurare eſt : ſicut deamare ſignificat amoris incrementum:hęc enim particula,de,frequenter auctiua eſt: inde deiurium dicitur ipſum iuſiurandum. Dicimus quoque eiurare pro valde iurare cum,e,ſignificet intẽtionem ſicut nonnunquã eſt μόριον στερητικὸν, id eſt priuatiua particula,vt in egelido,& eduro. Apud authores eiurare magiſtratum eſt deponere atq; finire magiſtratum reſoluto illo iureiurãdo quo iurati accipimus. Quomodo aſpiciam hoſtem) hinc illa Portij Latronis declamatoris ſententia, Videbis ardentes crudelitate ſimul ac ſuperbia oculos,videbis illum non hominis ſed belli ciuilis vultũ, videbis illas fauces per quas CN. Põpeij bona tranſierunt:item erit aliquid quod Antoniũ offendat, aut factum tuum,aut dictũ,aut ſilentium,aut vultus, haud enim placitus es.

Eiurabant.
Deierare
Deiurium

Mea bona donare ſe dixit Petiſſio *Vrbinati,qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana ſaxa proiectus eſt. Ant. L. Antonium aſpicere potero, cuius ego crudelitatem effugere nõ potuiſſem,niſi me mœnibus & portis & ſtudio municipii mei defendiſſem?

*intima

Atque idem hic Myrmillo Asiaticus, latro Italiæ, Collega Lentonis & Nuculæ, cum Aquilæ Primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit. si enī de suis dixisset, nec Aquila quidē ipsum creditūrum putauit. Non ferent inquam oculi Saxam, Caphonem, nō duos Prætores *Tribunos pl. non duos designatos Tribunos, nō Bestiā, nō Trebeliū, nō Plancū. nō possū animo æquo videre tot, tam īportunos, tā sceleratos hostes: nec idfit fastidio meo, sed charitate reip. Sed vincā animum, mihiq; imperabo; dolorem iustissimum si nō potero frangere, occultabo. Quid? vitæ cēsetis ne P. C. habendam mihi aliquam esse rationem? quæ mihi quidē minime chara est, præsertim cum Dolabella fecerit, vt optanda mors esset, modo sine cruciatu atque tormentis. vobis tamen & populo Romano vilis esse spiritus meus nō debet. is *est (nisi forte me fallo) qui vigiliis, curis, sentētiis, periculis etiā *perfecerit, quæ plurima *propter acerbissimum omnium in me odium impiorum *pertulerim, vt non obstarent reipub. ne quid arrogantius videar dicere. Quod cū ita sit, nihil ne mihi de periculo meo cogitandum putatis? hic cum essem in vrbe ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt: vbi *nō solum amicorum fidelitas, sed etiā vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt. Quid censetis, cum iter ingressus ero, lōgum præsertim, nullās ne insidias pertimescendas? tres viæ sunt ad Mutinam, quo festinat animus, vt quā primùm illud pignus libertatis Populi Romani Decium Brutum aspicere possim, cuius in complexu libēter ex-

nec Aquilam.

*non

* id fit, vacat in codant.

*enim sum
*adij
*perfecerit vacat.
*pfecerim

*me

tremum vitæ ſpiritum* ediderim:cum omnes actiones *horum
*horum menſium, omnes ſententiæ meæ peruenerint ad eũ exitũ,qui mihi fuit propoſitus. Tres ergo(vt dixi) viæ: à ſupero mari,Flaminia:ab ínfero,Aurelia: media, Caſſia. Nunc quæſo attendite,nũ aberret à coniectura ſuſpicio periculi mei.Hetruriam diſcriminat Caſſia.Sci mús ne igitur Panſa,quibus nunc in locis ſit Lentonis Ceſennii Septemuiralis authoritas?Nobiſcum nec animo certe eſt,nec corpore: ſi autem aut domi eſt,aut nõ longe à domo,certe in Herturia eſt:id eſt in via.

GEOR. Diſcriminat)diuidit Διαιρίνει Quis mihi prẹſtat) quis fidẽ facit. MATV. PETISSIO Vrbinati) ex Vrbino Vmbriç ciuitate nunc inſigni. EX naufragio)loquitur per trauſlationẽ ab ijs qui periclitãtur in mari, & naui fracta enatãt LVCVLENTI)ampli. MVNICIPII mei) mei arpinatis. AQVILAE)apud Aquilẽ poleritiã:vel aqle primipili,hoc eſt vexillo Cẽturionis & militũ,qui ſub ea Aquila erãt:vel Aquila propriũ nomẽ eſt.Primipilus autem Centurionem ſignificat. DVOS Prẹtores)erant enim cum Antonio Prẹtores duo: & infra inquit philippica tertiadecima. Duo Prætores ſine cauſſa diffiſi ſe aliquid habituros.horũ alter Caius fuit,alter Cenſorinus.Non Tr.pl.Saxam Decidium. DVOS deſignatos)T.Hoſtilium & Viſenium:de ijs omnibus ſuperius multa dixit & plura dicet in ſequentibus. NON potero frangere)ſi non licebit frangere & depellere,occultabo tamen. VT optanda mors eſſet)quicunq; enim eos repetant animo cruciat⁹, quibus & viuum & mortuum affecit Trebonium Dolabella:is mori mauult quàm ea experiri, quæ victori colibuerint, ſi in eius veniendum ſit poteſtatem. AD eum exitum)quem mihi propoſueram: vt pro re publica perirem.A ſupero mari) Adriatico. AB infero) Tyrrheno MEDIA Caſſia) quæ Velios ducit & Narniam ac Peruſiam. DISCRIMINAT) diuidit fere per medium. LENTONIS Cæſennij Septemuiralis) hic vnus erat ex Antonij fœdiſſimo comitatu Hetruſcus:huius etiam prius meminit. PANSA)vocatiuus eſt. VENTIDIVS) & hic Antonianus erat cognomento Baſſus:fuit autem Picens loco humili.mater eius à Pompeio Strabone Magni Pompeij patre ſociali bello quo Aſculanos ſubegit capta eſt: de Parthis primus omniũ triũphauit:publico funere elatus eſt.Plura de eo Aul.Gelli⁹ li. xiiij. HIC quędã etiã præſidia habeo)ironice & in cõtrariũ vertẽda omnia.

ASCEN. Petiſſio Vrbinati) In victorino eſt, Petiſſio intimati. Eſt

etiam,ne Aquilam quidem ipsum,creditурum putãt. Est enim Aquila nomen primipili non ergo fœminæ.Est etiam Deuoueam:quod placet quia periculo antè dixit:sed est,si non potero frangere est,Is enim est &c.periculis enim perfecerit:is videlicet animus meus: & vbi est actiones horum mensium,habet honorum.

BERO L. Petissio Vrbinati) Vrbinates populi sunt Vmbriæ:in sexta Italiæ regione cognomine Metaurenses, monumentis scriptorum celebres: sed maxime clari principibus nostri temporis Federico:quo in disciplina militari nemo præstantior:qui Annibali & Scipioni merito comparatur. & duce Guidone Vbaldo qui eruditione & reliquis virtutib⁹ principalib⁹ est eminentissimus. Adde egregias ędes:quæ in tota Italia pulcherrimæ magnificẽtissimæq; domiciliorum omnium cõspiciuntur:in quibus est bibliotheca omnis generis librorum refertissima: adeò vt neq; Pergamenis neq; Alexandrinis bibliothecis,quas extollit vetustas,assurgant.

Vrbinates. principes.

Quis igitur mihi præstat, Lentonem vno capite esse contentum? Dic mihi præterea Pãsa, Ventidius vbi sit? cui fui semper amicus,antequam ille reipub. bonisque omnibus tã aperte est factus inimicus. Possum Cassium vitare,tenere Flaminiam? Quid si Anconam,vt dicitur, Ventidius venerit? poterò ne Ariminum tuto accedere? Restat Aurelia.hic quidem etiam præsidia habeo: possessiones enim sunt P.Clodii, tota familia occurret, hospitio inuitabit propter familiaritatem notissimam. Hisce ergo me viis committam,qui Terminalibus nuper in suburbium vt eodẽ die reuerterer,ire non sum ausus? domesticis me parietibus vix tueor,sine amicorũ custodiis. Itaque in vrbe *maneo,& (si licebit) manebo. Hæc mea *sedes est,hæc vigilia,hæc custodia, hoc præsidium statiuũ. Teneãt alii castra,regna,res bellicas,oderint hostem (nam hoc caput est) nos vt dicimus, sempérque fecimus,Vrbem & res vrbanas vobiscum pariter

*si licebit manebo

ter tuebimur. neque vero recuſo munus hoc: quãquam populũ Ro. video pro me recuſare. Nemo me minus timidus, nemo cautior. res declarat. vigeſimus annus eſt, cum omnes ſcelerati me vnũ petunt. Itaque ipſi, ne dicam mihi, *reipublicæ pœnas dederunt: me ſaluũ adhuc reſp. conſeruauit ſibi. Timide hoc dicã: ſcio enim quid-uis homini accidere poſſe. verum tamen ſemel circũſeſſus lectis valẽtiſſimorum hominum viribus cecidi ſciens, vt honeſtiſſime poſſem exſurgere. Poſſum ne igitur ſatis videri cautus, ſatis prouidus, ſi me huic itineri tam infeſto, támque periculoſo commiſero? ſolam enim gloriam in morte debent ii, qui in rep. verſantur, nõ culpæ repræhenſionem & ſtultitiæ vituperationẽ relinquere. Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum talis & ciuis & viri? At ſunt qui dicãt (dure illi quidem, ſed tamen dicunt) minus dolendum, quod ab homine impuro nefarióq; nõ cauerit. Etenim qui multorum cuſtodem ſe profiteatur, eum ſapientes ſui primum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere. Cum ſeptus ſis legibus & iudiciorum metu, non ſunt omnia timenda, neque ad omnes inſidias præſidia quærenda. quis enim audeat lucri? quis i militari via? quis bene comitatum? quis illuſtrem aggredi? Hæc neque hoc tempore, neque in me valent. non modo enim pœnam nõ extimeſcet, qui mihi vim attulerit, ſed etiam gloriã ſperabit à latronum gregibus & præmia. Hec ego in Vrbe præuideo: facilis eſt circũſpectus vnde exeam, quo progrediar, quid ad *dextram, quid ad ſiniſtram ſit. Nũ idem

*Pop. Ro.

* dexterã

in Apennini tramitibus potero facere? in quibus, etiam si non erunt insidiæ, quæ facillime esse poterūt, animus tamen erit solicitus, vt nihil possit de officiis Legationis attẽdere. Sed effugi insidias, perrupi Apenninum. nẽpe in Antonii congressum colloquiúmque veniendū est. quinam locus capietur?

MATVRANTIVS TERMINALIBVS) die festo Termini, cui possessores agrorum vicini sacrificabant xi. Calẽ. Mart. Ouidius fastorum lib. ij. Termine siue lapis siue est defix⁹ in agris, Stipes ab antiquis tu quoq; nomẽ habes. PRAESIDIVM statiuum) firmum & permanẽs: vt statiua castra in quibus diutissime constitit exercitus. SEMEL cecidi sciens) quando in exilium abijt & tẽpori maluit cedere, q̃ ferro, cum posset depugnare, vrbẽ media nocte egressus. LECTIS viribus) operarũ Clodianarũ. CVM sept⁹ sis) obiectio est, cui respondet. MILITARI via) Vias publicas inquit Vlpianus, prætorias dicimus, vel consulares, vel militares. que publice irẽtur, & commearentur. Vicinales vero quę in vicis sunt, aut in vias ducunt. Vię priuatę; quæ in agris quibus imposita est seruitus, & ad alterius agrum ducunt

Terminus.

Vię publicę.

NVM idem) quod nunc facio. TRAMITIBVS) vijs angustioribus. SED effugi) esto hæc omnia euentura sint.

BEROAL. Terminalibus) Terminalia dies festus est in honorem Termini cõstitutus nouissima anni parte. Duodecimus enim mẽsis fuit apud priscos Februarius, idémque anni vltimus, quo Terminalia celebrabant, quibus peractis post. xx. &. iij. diẽ intercalabant. Horatius, Aut agna festis cęsa Terminalibus. Termonem antiqui terminum dixere. Vigesimus annus est) signat illud tempus quo Catilinianã coniurationem detexit oppressitq;. Sui primum capitis custodem) Prouerbialis est sententia Plautina, Tunica pallio propior est. & apud Græcos celebre prouerbium circunfertur, γόνυ κνήμης ἐγγύτερ id est genu crure proximius. cum nihil nobis pensius cariúsque nobismetipsis natura esse voluerit. Debet vnusquisq; imprimis capitis sui & vitę habere rationem. Ne vino quidem permixta temperari) scribit Plinius omnem animi impetum cibo moliri & potione. Vetus verbum est vt inquit Seneca à lasso rixam quæri. item à sitiẽte. Ergo hæc animi asperitas dulciore succo mitigatur, & acerbitas morum emolitur.

Terminalia.

Si extra castra, cæteri viderint: ego mortem actutum futuram puto. noui hominis furorem, noui effrenatam

violentiam, cuius acerbitas morum, immanitásque naturæ, ne vino quidem permista temperari solet: hic ira demẽtiáque inflammatus, adhibito fratre Lucio teterrima belua, nunquam profecto à me sacrilegas manus atq; impias abstinebit. Memini colloquia, & cũ acerrimis hostibus & cũ grauissime dissentientibus ciuibus. Cn. Pompeius Sexti filius Consul me præsente, cum essem tyro in eius exercitu, cum P. Vectio Scatone duce Marsorum inter bina castra collocutus est. quo quidem memini Sextum Pompeium fratrem Consulis ad colloquium *Roma venire, doctum virum atque sapientẽ. quem Scato cum salutasset, quem te appellem inquit? at ille, voluntate hospitem, necessitate hostem. Erat in illo colloquio æquitas, nullus timor: nulla suberat suspitio, mediocre etiam odium. non enim vt eriperent nobis socii ciuitatem, sed vt in eã reciperentur, petebant. Sylla cum Scipione inter Cales & Theanum, cum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de authoritate Senatus, de suffragiis populi, & de iure ciuitatis, legis inter se conditiones contulerunt. non renuit omnino colloquium illud fidem: à vi tamen periculóque abfuit. Possumus ne igitur in Antonii latrocinio æque esse tuti vt *hic? nõ possumus. aut si cæteri possunt, me posse diffido. Quod si nõ extra castra cõgrediemur, quæ ad colloquiũ castra sumẽtur? in nostra ille nnnquam veniet. multo minus nos in illius. Reliquum est, vt & accipiantur & remittantur postulata per literas. Ergo erimus in castris: meáque ad omnia postulata vna senten-

* ipsum

*hic?

tia.quam cum hic vobis audientibus dixero,esse & rediisse me putatote. Legationem confecero.omnia ad Senatum mea sententia reiiciam, quæcunque postulabit Antonius.neque enim licet aliter, neq; permissum est nobis ab hoc ordine, vt bellis confectis decem Legatis permitti solet moræ maiorū.neque vlla omnino à Senatu mandata accepimus.

Põpei tres.

MATVRANTIVS CN.Pompeius)fuere eodem tempore Pompeij illustres tres.Is qui Pompeius Strabo cognominatus est, CN.Pompeij Magni pater.Quintus Pompeius L.qui cum Sylla Consul fuit & orator,illo tẽpore haud contemnendus:scripta quædam reliquit,quod Cicero tradit in de Claris Oratoribus.& CN. Pompeius Sexti filius, sub quo adolescentulus militauit Cicero.Is Picentes prælio fudit, & obsedit: propter quam victoriã Romæ prætextæ,aliáque magistratuum insignia sumpta fuere. Consul Marsos acie vicit.author Liui⁹lib.lxxiiij.ab Vrbe cõdita. BINA)Ro.& Marsorũ.

Syllę et Marij motus.

SYLLACVM Scipione)Cum rogatione Sulpitij Mithridatica prouincia adempta Syllę, Mario esset adiecta, Sylla hostiliter cum Quinto Pompeio Consule Vrbem ingressus,Marium & socios Vrbe expulit, ad Mithridaticũ bellum profectus est.Octauius interim Cinnam pellit, is confugit ad partes Marij, redit Marius, plures cæduntur Syllanorum, & nobilitatis cædes fit. Exul & hostis Sylla,sed tandem victor,reuertitur ex Asia,vndique ei occurritur ab Imperatorib⁹.xv.vt ipse dicebat inimicissimis,quadringentas & quĩ quagĩta cohortes habẽtibus:inter hos C.Norbanus & L.Scipio erãt cũsules. sed C. Norbanus victus ilico est,& intra Capuam clausus:alterũ Consulem L. Scipionem Sylla in quanto esset periculo vndique hostibus circunclusus animo reputans,ad pacem est hortatus: ad quam cum inclinaret ille, habita sunt plura colloquia. Tantisper autem à Syllanis, cum commeare militum vtriusq; Imperatoris castra libere liceret,& colloqui,Scipionis argento corruptus est exercitus, & persuasus vt relicto duce suo ad Syllam transiret:factũq; est,vt solus pene relinqueretur Scipio.cũq; interimi posset,dimissus est. Authores Liuius lib.lxxxv.& Plutar.in Sylla. INTER Cales & Theanũ) Cales de quo fabulosa quædã tradit Sylli⁹,& Theanũ cognomẽto Sidicinũ Oscæ gentis in Campania insignia fuere oppida. ALTER) Sylla:cum quo omnis erat nobilitas. Nã optimatũ partẽ fouebat. ALTER)Scipio. SOCIOS belli)commilitones & populares. DE authoritate Senatus)per Marium,Sulpitium,Norbanum,Carbonem, ac alios complures diminuta, & pene abolita:id enim conquestus est Sylla. DE suffragijs)de sublato iure

Norban⁹.

Scipio deiectus.

suffragiorum,omnia enim pro libidine agebantur paucorum iure ciuitatis, quæ amplius ius suum & decus non obtineret. LEGIS conditione) de fœderibus quibus se obligarent. NON tenuit fidem) sollicitato clam munerib⁹ per emissos à Sylla Scipionis exercitu & traducto. A VI)est enim à cæde temperatum,& Scipio dimissus,cum interfici posset. AEQVE) ita esse vt Scipio fuit procul à vi & periculo.Et si hic non possum⁹) Romę vbi tuti ab Antonio non possumus. ME) quem ille odit vehementissime. VNA sententia)vt omnia ad Senatum reijcienda dicam. VT bellis confectis)Mos fuit Romanis quoties aut populos subegerant, aut regionem aliquam in formam redegerant prouinciæ, vt decem aut plures mitterent Legatos, qui populorũ illorũ aut prouinciæ statũ ordinarẽt, postulata publice priuatimq; audirent:& quæ concedenda esse iudicarent, ea concederent, ratáque ea habiturum Senatus se recipiebat.nunc sibi & Collegis hoc non licere,aut permissum esse dicit Cicero,sed vt audiant dũtaxat Antonij postulata & ad Senatum reijciant.

Quæ cum agam in cõsilio nonnullis,vt arbitror,repugnantibus, nonne metuendum est, ne imperita militum multitudo per me pacem distineri putet? Facite hoc meum consilium legiones nouas non improbare:nam Martiam & Quartam nihil præter dignitatem & decus comprobaturas esse certe scio. Quid? veteranos non veremur? nam timeri se ne ipsi quidem volunt. sed quonammodo accipiẽt seueritatem meam? multa enim falsa de me audierunt, multa ad eos improbi detulerunt. quorum commoda, vt vos optimi testes estis,semper sentẽtia,authoritate, oratione firmaui:sed credunt improbis,credunt turbulentis,credunt suis.sunt autem fortes illi quidem: sed propter memoriam rerum quas gesserunt pro populi Romani libertate & * salute Reipublicæ nimis feroces, & ad suam vim omnia nostra consilia reuocantes. horum ego cogitationes nõ vereor:impetum pertimesco. Hæc quoq;

* dignitate

pericula tanta si effugero, satis ne tutum reditum putatis fore? Cum enim & vestram authoritatem more meo defendero, & meam fidem Reipublicæ cõstantiâmque præstitero, tum erunt mihi non ii solum, qui me oderunt, sed illi etiam qui inuident, extimescendi. Custodiatur igitur mea vita Reipublicæ, eaq; quoad vel dignitas vel natura patietur, patriæ reseruetur. mors autem necessitatem habeat fati: aut si antè oppetenda est, oppetatur cum gloria. Hæc cum ita sint, & si hanc Legationem Respublica vt leuissime dicam, non desiderat, tamen si tuto licebit ire, proficiscar omnino Patres Cõscripti totum huiusce rei consilium non periculo meo, sed vtilitate Reipublicæ metiar. de qua mihi, quoniam liberum est spatium, multum etiam atque etiam considerandum puto, idq; potissimum faciendum, quôd maxime interesse Reipublicæ iudicauero.

MATVRANTIVS. QVAE cum agam in consilio) cum Antonij postulata ad Antonium reijciam. DISTINERI) differri. HOC meũ cõsilium) omnia ad Senatum reijciendi. CERTE scio & cætera) occurrit obiectioni. SED quonam modo) & si non timemus eos quoniam ne ipsi quidem timeri volunt. AD suam vim) volentes vt pro eorum potentia omnia decernamus & vt ipsis libet. HAEC quoque) esto tutus futurus sit accessus, nõ erit reditus tutus. VEL dignitas) qua amissa haud magnopere in vita superesse optasset Cicero.

Duodecimæ Philippicæ Finis.

M. T. CICERONIS IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMATERTIA.

IN principio huius belli Patres Conscripti quod cum impiis ciuibus sceleratísque suscepimus, timui, ne conditio insidiosa pacis, libertatis recuperãdæ studia restingueret. dulce enim nomen est pacis: res vero ipsa, cũ iucunda, tum salutaris. nam nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura chara habere potest, quem discordiæ, quem cædes ciuium, quem bellũ ciuile delectat: eumq; ex numero hominum eiiciendũ, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Itaq; siue Sylla, siue Marius, siue vterque, siue Octauius, siue Cinna, siue iterum Sylla, siue alter Marius & Carbo, siue quis alius ciuile bellum optauit, eum detestabilem ciuem Reipublicæ natum iudico. Nam quid ego de proximo dicã? cuius acta defẽdimus, cũ authorẽ ipsum iure cæsum fateamur? Nihil igitur hoc ciue, nihil hoc homine tetrius: si aut ciuis, aut non habendus est, qui

ciuile bellum concupiſcit. Sed hoc primum videndum eſt Patres Conſcripti cum omnibus, ne pax eſſe poſſit: an ſit aliquod bellum expiabile, in quo pactio pacis, lex ſit ſeruitutis. Pacem cum Scipione Sylla faciebat: non erat deſperandum, ſi conueniſſent, fore aliquem tolerabilem ſtatum ciuitatis.

TRAPEZVNTIVS.

ON principio huius belli.) Cum Antonij fautores qđ inſidioſe quæſierãt nõ obtinuiſſent, vt Legati de pace ad Antonium mitterẽtur: hac oratione & authoritatem Marci Lepidi frangit, qui Antonium cum ſuis recõciliandum ciuitati & in patriam reſtituẽdum cẽſebat, & Cnæum Põpeium Magni Pompei filium Senatuſcõſulto laudãdum decernit, quod is omne ſuũ ſtudiũ, operam, facultates, copias Reipublicæ polliceatur: & ad Mutinam ire paratiſſimum ſe eſſe dicat.

Cinna ſi cõcordiam cum Octauio cõfirmare voluiſſet, hominum in Rep ſanitas remanere potuiſſet. Proximo bello ſi aliquid de ſumma grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæſar dimiſiſſet, & pacem ſtabilem & aliquam Rempublicã nobis habere licuiſſet. Hoc vero quid*? cum Antoniis pax poteſt eſſe? cũ Cẽſorino? Ventidio? Trebellio? Beſtia? Nucula? Numatio? Lentone? Saxa? exempli cauſſa paucos nomina ui: genus infinitum, immanitatémque ipſi cernitis reliquorum. addite illa naufragia Cæſaris amicorũ, Barbas, Caſſios, Barbatios, Polliones. addite Ant. colluſores & ſodales, Eutrapelum, Melam, Cælium, Pontium, Craſſitium, Tyronem, Muſtelã, Petiſſium. Comitatum relinquo, duces nomino. Huc accedunt Alaudæ, cæteríque veterani,

* eſt

terani,seminarium iudicum tertiæ decuriæ: qui suis rebus exhaustis,beneficiis Cæsaris deuoratis,fortunas nostras concupierunt. O fidam dexteram Antonii, qua ille plurimos ciues trucidauit. O ratum religiosumque fœdus, quod cum Antoniis fecerimus: hoc si Marcus violare conabitur,Lucii eum sanctitas à scelere reuocabit. Illis locus si in hac vrbe fuerit, Vrbi ipsi locus non erit. Ora vobis eorum ponite Patres Conscripti ante oculos, & maxime Antoniorum incessum, aspectum, vultum,spiritum,latera*ingentes alios, sequentes alios, *prægrediẽtes amicos:quam vim*?anhelitum?quas cõtumelias fore censetis minásque verborum? nisi forte eos pax ipsa leniet: maximeq;, cum in hunc ordinem venerint,salutabunt benigne,comiter appellabũt vnũquẽque vestrum. non recordamini per deos immortales quas in eos sententias dixeritis? Acta Ant. rescidistis,leges refixistis: per vim & contra auspicia latas decreuistis: totius Italiæ delectum excitastis: collegam & socium scelerum omnium, hostem iudicauistis. cum hoc quæ pax esse potest? Si esset externus hostis,tamen idipsum vix*talibus factis posset aliquo modo. Sed si maria, montes, regionum magnitudines interessent, odisses eum,quem non videres. hi in oculis hærebunt, & cum licebit in faucibus. quibus enim septis tam immanes beluas continebimus? At incertus exitus belli est.

*tegentes.
*alios
*anhelit?
*stabilibus

MATVRANTIVS. Marci Antonij amici & fautores id egerant in Senatu,vt iterum de pace acturi ad Antonium Legati mitterentur. Sed

quoniam commentitia quædam dixisse & insidose extrahere ipsam rẽ voluisse, Senatumq; in apparatu bellico tardiorem reddere comperti sunt, obtineri res non potuit, Cicerone in primis dissuadente, & non modo inhonestum, sed inutile vel potius periculosum fore, si rursus Legati mittãtur, proclamante. Et quoniam Marcus Lepidus ad pacem hortatur, & Antonium cũ suis reconciliandum restituendumq; patriæ suadebat, eius Cic. frangit authoritatem, & sententiam impugnat. Sextum Pompeium C N. Magni filium Senatusconsulto laudandum censet, quoniam suam Reipublicæ operã polliceatur, & Mutinam proficisci paratissimum ostendat, Antonium lacerat, eiq; quasdã recitat literas ad se ab Hirtio Cõsule missas, & nefarios quosdã q se ctabãt, enumerat. Multa diluit in se ab Antonio dicta. Est in genere deliberatiuo oratio. suadet enim Marcus Lepido nõ esse assentiẽdũ de Antonio restituẽdo. Exorditur autem per timorem simulatæ pacis in quo fuit Cicero. pacem ipsam laudat: sed illud intuendum dicit, possit ne cum omnibus pax esse, & sit ne aliquod bellum, quod expiandi purgandiq; gratia geratur, in quo bello ipsa pax nisi expiatum id fuerit cuius geritur gratia, seruitus sit. INSIDIOSA) fraude iniecta & agitata ab Antonij fautoribus. sub prætextu enim pacis dolus latebat vt tantisper Senatus donec de pace ageretur, omnia pararet remissius. Antonius vero vrgeret obsidionem. SYLLA) Lucius Sylla Dictator. MARIVS) Caius Marius Arpinas septies Cõsul.

Octauius.

OCTAVIVS) is qui Consul Collegam expulit Cinnam de reuocandis ferre volentem exulibus, & postea ipse Mariano & Cinnano furore perijt, Capite à Censorino abscisso. ITERVM) secũda clade postquam ex Asia victor redijt. ALTER) Marius Iunior qui xxvij. annorum Consulatum inuasit, & patri sæuitia similis armatus obsedit curiam, inimicos trucidauit, sed Præneste à Lucretio Ossella obsessus, Pontio Telesino iugulandum se præbuit, quod Appianus tradit pluribus.

Marius iunior.

CARBO) qui Cinnas & Marianas partes secutus est, victus autem cum in Lybiam atq; inde in Siciliam, & mox in Corsicam fugeret, comprehensus & ad Pompeium tractus, ante eius pedes percussorem sensit, caput ad Syllam missum est. DE proximo) bello ciuili Pompeiano. VICTOREM) Iulium. VIDENDVM) considerandum, quoniam cum omnibus pax esse non potest, & bellum aliquod expiabile geritur, quod necessarium est & quasi expiandi gratia, tollendiq; illos cum quibus pacem agere non possumus. IN quo pactio pacis) si de pace agamus & paciscamur, vt præsenti bello Antoniano cum quo pax omnino haberi non potest. LEX seruitutis) iugum sibi seruitutis imponere. CVM Scipione) de quo in præcedẽti Philippica dictũ. CINNA) L. Cor. Cinna Consul cum pernicioſas leges ferret, & de nouis ciuibus qui minus possiderent, per omnes tribus distribuendis, & de exulibus Mario scilicet & complicibus reuocãdis, à Collega Octauio cum sex tribunis vrbe pulsus est, abrogatumq; ei imperium, sed corruptum Appij Claudij exercitum in potestatem redegit, bellum vrbi intulit, vocatis ad pileũ seruis, aduersarios vicit

Carbo.

Cinnæ motus.

Octauium interfecit,iterum & tertio se Consulem fecit, lapidibus tandem ob crudelitatē ab exercitu obrutus est. PROXIMO)ciuili Pompeiano. DE summa grauitate)videbatur enim turpe sibi & Reipublicæ minime honestum esse,quicquam Cæsari concedere.Postulabat autem ille Galliam & Illyriū cū duabus legionib⁹.Pompei⁹ cōtra volebat illum vt par erat,priuatum redire & Senatui parere.Hinc seueritas erat Pompeij, inde Cæsaris imperandi cupiditas. ANTONIIS) Marco, Lucio, Caio. hos omnes qui sequuntur & commemorauit Cicero & commemoraturus infra est. EVTRAPELVM)hic proprium est,alias comen facetumq; significat . Eutrapelia autem vrbanitas est comitas,festiuitas. ALAVDAE) milites legionis Alaudæ. SEMINARIVM)ex quibus iudices electi sunt:est autem hic seminariū semē ipsum. CAESARIS)Iulij. VRBI ipsi)q̄ ab ipsis delebit. LATERA tegētes alios)satallites. REFIXISTIS) incidebāt enī in æs,& affigebantur parieti . Ouidius, Nec verba minantia fixo Aere ligabantur. Virgilius,Fixit leges precio atque refixit. COLLEGAM) Dolabellam. IDIPSVM)pax scilicet esse.Eum quicunque esset,qui talia fecisset. AT incertus)obiectio cui occurrit dicens efficiendum virtute esse,vt temeritatem fortunę & culpā nō extimescāt,hoc est,id agēdū vt fortuna obesse nō possit. BEROAL. Seminarium iudicum)Scriptores Rusticationis tradunt seminarium esse locum ,cui tanquam nutrici semina arborum atque pulluli nouellæq; plantæ cōmittuntur.vbi adolescunt,mox inde migrant locanturq; in sua sede.hic transitus mirum in modum mittigat etiam siluestres plantas, cū arborum quoq; vt hominū natura nouitatis ac peregrinationis auida sit. docet Cato seminarium loco quàm optimo & stercoratissimo esse faciendum siccum⁹ succosumq; & bipalio subactū esse debet aduenis hospitale & q̄ simillimū terræ,ī quā semina & seminario trāsferāt.Hīc trāslatione decētissima seminariū ad alia quoq; transferī ,p origine & quodā quasi seminio. Sic Martian⁹ Capella,monada vocat Seminariū numerorū,sic Curti⁹ cohortē Alex. magni.prætoriā seminariū ducū præfectorūq; apud Macedonas fuisse prodidit. sic & Apuleius noster omniū malorum seminarium appellat Herennium Ruf. qui architectus & author & origo omnium flagitiorum fuerat. consimiliter & nunc Marcus Tullius seminarium iudicum Antonianorum Alaudas & veteranos appellat, tanquam ab his deriuati sint atque propagati iudices nefarij. Refixistis)Reuelliſtis,infirmastis , irritasq; fecistis.Refigere enim & figere disparantur:refigere est quod fixum est reuellere,tollere.Virgilius, Fixit leges precio atque refixit.

Eutrapelus

Seminariū.

Refigere.

Est omnino fortium virorum, quales vos essedebetis,virtute præstare tantum,vt possint fortunæ culpam non extimescere,Sed quoniam ab hoc ordine non for-

titudo ſolum,verum etiam ſapientia poſtulatur: quanquam* vix videntur hæc poſſe ſeiungi,ſeiungamus tamen.fortitudo dimicare iubet,iuſtum odium incendit, ad confligendum impellit, vocat ad periculum . Quid ſapientia?cautioribus vtitur conſiliis, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior . quid igitur cenſet? parendum eſt enim : atque id optimum iudicandum, quod ſit ſapientiſſime conſtitutum . ſi hoc præcipit, ne quid vita exiſtimen antiquius,ne decernam capitis periculo,fugiam omne diſcrimen:quæram ex ea,etiám ne fuerit,cum id fecero,ſeruiendū?ſi annuerit , ne ego iſtā ſapientiam,quanuis ſit erudita,non audiam.ſin reſponderit,tu vero ita,vitā corpúſq; ſeruato,ita fortunas,ita rē familiarem,vt hæc poſteriora libertate ducas, atque his vti velis,ſi liberare Rempublicam poſſis:nec pro his libertatem,ſed pro libertate hæc proiicias , tanquam pignora iniuriæ:tum ſapientiæ vocem audire videar , eiq; vt deo paream . Itaque ſi receptis illis , poſſumus eſſe liberi,vincamus odium*pacémq; potiamur . ſin*ius incolumibus his poteſt eſſe nullum, lætemur decertandi oblatam eſſe fortunam. Aut enim illis interfectis fruemur victrice Repub.aut oppreſſa(quod omen auertat Iuppiter) ſi non ſpiritu,at virtutis laude viuemus. At enim*nos iterum Pontifex maximus,optime proximo ciuili bello de Rep.meritus ad pacem adhortatur.Nullius apud me P.C.authoritas maior eſt,q̄ M.Lepidi,vel propter ipſius virtutem, vel propter familiæ dignitatē. accedūt eodē multa priuata, magna eius in me merita,

*non vid.

*pacéq; *liber viuis his incolumibus,eſſe nullus poteſt , læt.

*M. Lepidus Imperator,Pōtifex.

ac mea quædã officia in*ipsũ. maximũ vero eius beneficium numero, quod hoc animo in remp. est, quæ mihi vita mea semper fuit charior. nam cum magnum Pompeium Clarissimum adolescentẽ præstantissimi viri filium authoritate adduxit ad pacem, rémque publicam sine armis maximo ciuilis belli periculo liberauit: tum me eius beneficio plusq̃ pro virili parte obligatum puto. Itaq; ei & honores decreui, quos potui amplissimos: in quibus vos mihi estis assensi: nec vnquam de illo & sperare optime & loqui destiti. Magnis et multis pignoribus M. Lepidũ respublica obligatum tenet. summa nobilitas est*, omnis honor eius, amplissimum sacerdotium, plurima vrbis ornamenta, ipsius, fratris, maiorúmque monumenta, probatissima vxor, optatissimi liberi, res familiaris * tũ ampla, tum casta à cruore ciuili. Nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio & misericordia liberati. Talis igitur vir & ciuis opinione labi potest, voluntate à rep. dissidere nullo pacto potest. Pacem vult M. Lepidus. preclare. si talem potest efficere, qualẽ nuper effecit. qua pace*cum Cn. Pompeii filium resp. *aspiceret, suóque sinu cõplexúque reciperet: neque solum illum, sed cum illo seipsam sibi restitutam *putauit. Hæc çausa fuit, cur decerneretis statuam in rostris cum inscriptione præclara: cur absenti triumphũ: quãquam enim magnas res bellicas gesserat & triumpho dginas, non erat tamen ei tribuendum.

*illum

*hominis summi, honoresamp.
*cum.

*cũ, vacat in cod. ant.
*aspiciet,
*recipiet
*putabit

MATVRANTIVS VIX videntur hęc posse seiungi) animi enim fortitudo quę pars honesti est, sine sapientia nõ potest esse: neque virtus vlla ex-

quatuor poteſt à ſapientia abeſſe QVANVIS ſit erudita)quanuis erudiet reſpondeat. SIC reſponderit)ſic vt reſpondere eũ decet. POSTERIORA libertate)vt his libertatẽ anteponas. PIGNORA iniurię) obnoxia & ſubiecta iniurię. ILLIS)Antonio & comitibus. SI non ſpiritu)ſcilicet viuemus. ITERVM) ſecundo proximo ciuili bello Pompeiano, & inclinans ad pacem, & abhorrens à crudelitate. AD pacem)cum Antonio. FAMILIAM)Lepidorum quę erat honeſtiſſima. NAM cum magnas)hęc & priſunt dicta. PLVS quã pro vi.)ac ſi dicat pluſquam poſſit, & facultas polliceri queat. SVMMA nobilitas)familię. OMNIS honor)per omnes honores cucurrerat. EIVS ampliſſimum ſacerdotium)Pontificatus Maximꝰ. VRBIS ornamenta) qui vrbs contulit, vt ipſius & L. Lepidi fratris monumenta eſſent. CASTA â cruore ciuili) ac ſi dicat incorrupta, & ex ciuili ſanguine non conflata. OPINIONE)vt opinetur aliquid conducere reip. quod reuera inutile & inhoneſtum putat pacem profuturam cum Antonio, quę ſine damno & dedecore fieri non poteſt. NVPER)Cęſare trucidato, cum & armis agendum non eſſe cenſuit, & Sextum Pompeium reuocandũ. STATVAM)quam Ci. ſuaſit ponendam.

Lepidi.

BEROAL. Vix videntur ſeiungi)Subtiliter ſcitéque differit diuus Auguſt. epiſtola quadam ad Hierony. qui vnam virtutem habet, omnes habere, & cui vna defuerit, ei omnes deeſſe virtutes: vt verbi gratia. iuſtus non ſit niſi prudens, fortis, tẽperas, &c. Cõſimiliter & hoc vt docet M. Tul. in. ij. de Off. cõſtat inter philoſophos omnes: verum cum ad opinionem communem & intellectum popularem accommodatur oratio, ſolent iſta ſeiungi, vt videlicet alios fortes, alios prudentes, alios iuſtos eſſe dicamus. quod & in pręſentia facit diuinus orator. Antiquius) carius, potius, pręſtabilius. Probatiſſima vxor) lego in epiſtolis Bruti, vxorem M. Lepidi ſororẽ fuiſſe ipſius Bruti. vnde M. Brutus Cice. rogat vt ſororis ſuę liberos obliuiſcatur eſſe Lepidi filios, ſęque his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimet quorum erat auunculus

Quod nec L. AEmilio, nec AEmiliano Scipioni, nec ſuperiori Africano, nec Mario, nec Pompeio, qui maiora bella geſſerunt: ſed quod ſilentio bellum ciuile confecerat, primum vt licuit, honores in eum *cõtuliſtis. Exiſtimáſne igitur M. Lepide qualẽ Pompeium reſp. habitura ſit ciuẽ, tales futuros Autonios? In altẽro pudor, grauitas, moderatio, integritas: in illis (& cum hos compello, prætereo illius ex grege latrocinii neminem) libi-

*maximos

dines,ſcelera,ad omne facinus immanis audacia. Deinde obſecro vos P.C.quis hoc veſtrum non videt, quod fortuna ipſa,quæ dicitur cæca, vidit?ſaluis enĩ actis Cæſaris,quæ concordiæ cauſſa defendimus,Põpeio ſua domus patebit:eámque non minoris quã emit Antonius, redimet:redimet inquam Cn. Pompeii domum filius. O rem acerbam,ſed hæc ſatis diu multũq; defleta ſunt. decreuiſtis tantam pecuniam Pompeio,quãtam ex bonis patris in prædæ diſſipatione inimicus victor redegiſſet. Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & cõiunctione depoſco redimet hortos, ædes, vrbana quædam,quæ poſſidet Antonius.nam argentũ, veſtem,ſupellectilem vniuerſam amittet æquo animo, quæ ille helluo,illa belua diſſipauit. Albanũ, Formianum,à Dolabella recuperabit. etiã ab Antonio Tuſculanum.hiſq; qui nũc Mutinã oppugnant,D. Brutũ obſident:de Falerno anſeres depellentur. Sunt alii plures fortaſſe,ſed de mea memoria dilabũtur. Ego etiam eos dico,qui hoſtium numero nõ ſunt.Pompeianas poſſeſſiones quanti emerint,filio reddituros. Satis inconſiderati fuit,ne dicam audacis,rem vllam ex illis attingere. retinere vero quis poterit,clariſſimo domino reſtituto? An is nõ reddet,qui domini patrimonium circumplexus,quaſi theſaurum draco,Põpei ſeruus, libertus Cæſaris,agri Lucani poſſeſſiones occupauit? Atque illud ſepties milies,quod adoleſcenti P.C.ſpopondiſtis.ita *deſcribetur,vt videatur à vobis Cn. Pompeii filius in patrimonio ſuo collocatus. hæc Senatus: reliqua populus

*hicq; *depellantur

*deſcribite

Romani in ea familia,quam vidit amplissimam,prosequetur.in primis paternum Auguratus locum : in quo ego eum, vt quod à patre accepi,filio reddam, mea nominatione cooptabo.Vtrum igitur Augurem Iouis optimi Maximi,cuius interpretes internunciíque constituti sumus : vtrũ populus Romanus libentius sanciet? Pompeium,an Antonium?

MATVRANTIVS. QVOD nec L.Mumio)nemini horum est posita statua. QVALEM Pompeium) Sextum,restitutum. IN altero) Pompeio. IN illis)Antonijs. FORTVNA ipsis)quę voluit Cęsarẽ vincere. ERVIT)à Cęsare sub hasta venditam. HANC mihi dissipationem deposco)vt tã iniquo animo feramus. ALBANVM Firmanum) in albano & Firmano prędia & villas. ANSERES)propter Anserẽ poetam. M.Antonij hoc dictum,qui laudes eius discribebat, cui in Falerno agrum Anto . donauerat.

Anseres. Demetrij diuitię.

AT is non reddet) Demetrium intelligit,qui Pompeij seruus fuit:sic ab eo dilectus immodice, vt maiores pene domino diuitias possederit:de cuius insolentia nõnulla Plutarchus Põpeio trucidato muneribus Cęsarem placauit. & inter eius libertos numerari obtinuit. QVASI thesaurũ draco) dicuntur à poetis,thesauris incubare dracones,vt malis hesperidum &aureo veleri:est enim animal ocultatissimum & vigilantissimũ. ILLVD septies milies) de quo supra. EVM)Sextum. QVOD â patre accepi)â Põpeio Cice.in Augurum collegiũ est cooptatus.vt alijs locis gloriatur, & nunc se filio Põpeij quod pater eius prestiterat redditurum dicit.Cooptari autem proprie dicuntur,qui sacerdotum numero & collegio inseruntur . ANTONIVM) qui ad Pompeij locum à Cęsare est cooptatus.

Draco thesauri custos.

Cooptari.

BEROAL. In altero pudor)Longe fallitur M.T.qui in Sex.Pompeio pudorem,grauitatẽ,moderationem esse autumat.cum ille paulò mox immutatus exercuerit piraticã,& à virtute paterna degenerauerit,vnde nõ immerito cecinit Lucanus,Sext⁹ erat Magno proles indigna parẽte Polluit ęquoreos Siculus pirata triumphos. Firmanũ)malĩ legere formianum,vt significet villam Põpeij,quam in territorio Formiano possedit:nec lõgo sane interuallo disparantur Albanum,Formianũ,Thusculanum. Quod si Firmanũ legere libet,deriuabitur Prętorij siue villę vocabulum , à castello Firmanorum , quod in Piceno est in quinta Italię regione. De falerno anseres depellentur) Seruius Grammaticus in enarratione illius carminis ex Bucolico ludicro,Argutos inter strepere anser,vt inter olores.sic cõmẽtatur,alludit ad anserem quẽdam Antonij poetam,qui eius laudes scribebat,quẽ ob hoc pertransitũ

trãsitũ carpsit.de hoc etiã in Philippicis dicit,Ex agro Falerno Anseres depellẽtur.ipsum enim agro donarat Antonius:de hoc Anſere poeta mentio quoq; fit ab Ouidio,ita scribẽte,Cĩna quoq; hiscomes est,Cĩnaq; procacior Anſer.

TRAP. Helluo)dictus est immoderate bona sua consumens ab eluendo:cui aspiratur,vt auiditas magis exprobetur,fit enim vox incitatior. Expedit)Conducit,vtile est. Archipirata)plus est quam Tyrannus ἁ ἀπ᾽ πῦ ἄρχω κῷ πέρατος. De circũscribendo) & diminuẽdo ei licentiã. & de eo quasi intra terminos & cãcellos quosdã concludendo. Diuexat) lacerat,diripit.

ASCEN. Est etiam Formianum)sed repositum videtur.sunt & cętera que reposuit:vt hisque qui nunc Mutinam &c.vt sit: & ab his qui &c.& vt præmisit recuperabit:ita subiungit depellentur.

Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse,vt actis Cæsaris firmis ac ratis, Cn.Pomp. filius posset & dignitatẽ & fortunas patrias recuperare.Ac ne illud quidẽ silentio P.C.prætermittẽ dum puto,quod clarissimi viri Legati L.Paulus, Quĩtus Thermus,C.Fannius,quorum habetis cognitam volũtatem in rẽp.eãq; perpetuam atq; constantem, nũciant, se Põpeii conueniendi causſa diuertisse Massiliam,eũq; cognouisse paratissimo animo,vt cũ suis copiis iret ad Mutinã, ni vereretur veteranorũ animos offẽdere. Est vero eius patris filius,q sapiẽter faciebat nõ minus multa,q̃ fortiter. Itaq; intelligitis & animũ ei præsto fuisse, nec consilium defuisse. Atq; etiam hoc M.Lepido prouidendũ est,ne quid arrogãtius,q̃ mores eius ferunt,facere videatur.si enĩ nos exercitu terret,nõ meminit illũ exercitũ Senatus po.Ro.atq; vniuersæ reip.esse,nõ suũ. at vti potest pro suo. quid tũ?omniá ne viris bonis,quæ facere possunt,faciẽda sunt?etiam si turpia, si perniciosa erunt,si facere omnino non licebit? Quid autem turpius,aut fœdius,aut quid minus deceat,q̃ contra Sena-

tum,contra ciues,cõtra patriam exercitum ducere? quid vero magis vituperandum,quàm id facere,quod non liceat? licet autem nemini contra patriam ducere exercitum. ſiquidẽ licere id dicimus,quod legibus,quod more maiorum,inſtitutiſque cõceditur. neque enim quod quiſq; poteſt,id ei licet: nec,ſi non obſtatur,propterea etiam permittitur. Tibi enim exercitum Lepide,tanquã *maioribus tuis patria pro ſe dedit. hoc tu arcebis hoſtẽ, fines imperii propagabis, Senatui populoq; Ro. parebis,ſiquam ad aliam rẽ te forte traduxerit. Hæc ſi *cogitas M. Lepide,M. lepidi Pontificis Max. pronepos fueris: ſin hominibus tantum licere iudicas,quantum poſſunt, vide ne alienis exemplis,hiſq; recentibus vti. q̃ & antiquis & domeſticis malle videare. Quod ſi authoritatem interponis ſine armis,magis equidẽ laudo: ſed vide ne hoc ipſum nõ ſit neceſſe. Quãquam enim eſt tãta in te authoritas,quãta debet in homine nobiliſſimo, tamen Senatus ſe ipſe non contemnit. nec vero fuit vnq̃ grauior,cõſtantior,fortior. incenſi omnes rapimur ad libertatem recuperandam. non poteſt vllius authoritate tantus Senatus populiq; Rom. ardor extingui. Odimus: irati pugnamus: extorqueri de manibus arma non poſſunt: receptui ſignum,aut reuocationem à bello audire nõ poſſumus: ſperamus optima: pati vel difficillima malumus: quàm ſeruire. Cæſar confecit inuictum exercitũ: duo fortiſſimi Conſules aſſunt cũ copiis: L. Planci Cõſ. deſig. varia & magna auxilia non deſunt: de D. Bruti ſalute certatur. Vnus furioſus gladiator cum *deterrimo-

*moribus
*cogitaſſes
*deterrimorum

rum latronum manu,contra patriam,contra deos penates, contra aras & focos,contra quatuor Consules gerit bellum.huic cædamus?huius cõditiones audiamus ? cũ hoc pacem fieri posse credamus ? At periculum est, ne opprimamur. Non metuo, ne eis qui suis amplissimis fortunis,nisi nobis saluis,frui non possit,prodat salutem suam.Bonos ciues primũ natura efficit,adiuuat deinde fortuna. Omnibus enim bonis expedit saluam esse rẽpublicã.sed in his,qui fortunati sunt, magis id apparet.

MATVRANTIVS. LEGATI)qui ad Sex.Pompeium cum Senatus mãdatis missi fuerant. OMNIA ne viris bonis?)non quicquid licet,idem & libere debet. SI non obstatur)iccirco enim non obstatur,ꝙ resisti sæpe improbe agentibus non potest.M. LEPIDI Ponti.) is est M.Lepidus,qui tẽporibus fuit tertij Punici belli,& Senatus princeps Sextis Censoribus lectus est.Moriturus iam prȩcepit filijs lecto se strato sine linteis,sine purpura efferrent, in relinquũ funus ne plus q̃ æris denos consumerent:imaginum specie non sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere: meminit huiꝰ Valerius Maximus titulo de fide publica.Et Alexandriam cũ Ptolemȩus filio suo populum Ro.tutorem reliquisset, bis Consulem, & Põtificem Maximũ dicit fuisse,amplissimiq̃ viri sanctitatem reip. vsibus & sacris operatum externę procurationi vacare voluisse.Huius filius Prętor nonnullas vrbes Carthagini circũpositas expugnauit. Proconsul aduersus Vacceos pugnans cladem similem ei,quam Mancinus ad Numantiam passus est: & huius Marci hic Lepidus,ad quẽ loquitur Cicero,nepos fuit. ALIENIS) abhorrentibꝰ à moribus eius pristinis. RECENTIBVS)Iulij. SI authoritatem interponis)si expugnare vis absq̃ armis repugnato. NON se contemnat)honoris sui non obliuiscatur.L. PLANCI) qui tenebat vlteriorem Galliam. QVA TVOR Consules) quorum duo in magistratu erant,Pansa & Hirtius, duo designati,D.Brutꝰ,& L.Plancꝰ. AT periculũ est ne oprimamur.)& si visus est Cicero ad præsentem Lepidum loqui,aberat tamẽ ille & in Gallia erat in Hispaniam profecturus.Nunc pacem suadentium respondet obiectionibus, qui futurum dicebant vt opprimerentur, si Lepidus quoq̃ arma inferret patrię,quod erat dubitandum. IS) Lepidus. QVI fortunati sunt) fœlices & ampli in rep.

M. Lepidꝰ.

Ad Lepidũ absentem verba.

ASCEN. In victorino est,ita describetur vt videatur.Prætereundũ puto,ni veteranorum animos offenderet:sicq̃ legam:nam frustra adiectum est:

ni vereretur ne. ſicut verbum fueris illic, vt in victorino legitur, Hęc ſi cogitas M. Lepide, Marci Lepidi Pontificis Maximi pronepos: ſin hominibus tãtũ licere iudicas, quantum poſſunt, vidẽ ne &c. malle videare. vbi legunt nõnulli, fueris pronepos: quod non addam: quia melius dicitur videare pronepos quàm fueris: fuerit enim qualiſcunque, ſed non videatur.

Quis fortunatior Lepido, vt antẽ dixi? quis eodẽ ſanior? vidit eius mœſtitiam atq; lachrymas populus Ro. Lupercalibus. vidit q̃ abiectus eſſet, q̃ confectus, cũ Cæſari diadema imponens Antonius, ſeruũ ſe illius, q̃ Collegã eſſe malebat. Qui ſi reliquis flagitiis & ſceleribus ſe abſtinere potuiſſet, tamen vnum ob*factum dignum illum omni pœna putarem. nam ſi ipſe ſeruire poterat, nobis dominũ cur imponebat? & ſi eius pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eũ Tyrãni, etiám ne in noſtros liberos dominũ & Tyrannum comparabat? Itaq; illo interfecto, qualem eum in nos eſſe voluit, talis ipſe in cæteros extitit. In qua enim Barbaria quiſquam tam teter, tam crudelis Tyrannus, quã in hac Vrbe armis Barbarorum ſtipatus Antonius? Cæſare dominãte veniebamus in Senatum: ſi non libere, attamen tuto. hoc archipirata, quid enim dicam Tyrãno? hæc ſubſellia ab Ithyreis occupabantur. prorupit ſubito Brũduſiũ, vt inde agmine quadrato ad Vrbem accederet. lautiſſimum oppidum, nunc municipium, honeſtiſſimorum quõdam colonorum Sueſſam, fortiſſimorum militum ſanguine impleuit. Brunduſii in ſinu nõ modo auariſſimæ, ſed etiam crudeliſſimæ vxoris delectos Martiæ legionis Cẽturiones trucidauit. ide ſe quo furore, quo ar-

dore,ad Vrbē, id eſt ad cædem optimi cuiuſq; rapiebat? Quo tēpore dii ipſi immortales præſidiū improuiſum, nec opinantibus nobis obtulerunt. Cæſaris enim incredibilis ac diuina virtus,latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.quem tamen ille demēs lædere ſe putabat edictis : ignorans quæcunque falſo diceret in ſanctiſſimum adoleſcentem, ea vere reciderent in memoriam pueritiæ ſuæ.Ingreſſus Vrbem eſt , quo comitatu, vel potius agmine?cum *dextra,ſiniſtra gemente populo Romano minaretur dominis , notaret domos, diuiſurum ſe Vrbem palam ſuis polliceretur,Rediit ad milites.vbi peſtifera illa Tyburi cōcio. inde ad Vrbem curſus.Senatus in Capitolium,parata de circunſcribendo adoleſcente ſententia Conſularis.cum repente(nam Martiam legionem Albæ conſediſſe ſciebat)affertur ei de Quarta nūcius:quo perculſus,abiecit conſilium referēdi ad Senatū de Cæſare.egreſſus eſt nō viis,ſed tramitibus paludatus,eoq; ipſo die innumerabilia Senatuſcōſulta fecit . quæ quidem omnia citius *lecta quā ſcripta ſunt.Ex eo nō iter,ſed curſus & fuga in Galliā.Cæſarē ſequi arbitrabatur cum legione Martia , cum Quarta,cùm veteranis, quorum ille nomen præ metu ferre non poterat. eiq; in Galliam penetranti,D . ſe Brutus obiecit. qui ſe totius belli fluctibus circuniri,quàm illum aut *regredi,aut progredi maluit:Mutinámque illi exultanti , tanquam frenos furoris iniecit . quam cum operibus munitionibuſq; ſepſiſſet,nec eum florentiſſimæ coloniæ dignitas , neque Conſ. deſignati maieſtas

*dextera.

*delecta.

*egredi.

à parricidio deterreret: tum me, testor & vos & po. Ro. & omnes deos, qui huic Vrbi præsident: inuito & repugnante, Legati missi tres Cõsulares ad latronem M. Antonium gladiatorum ducem. Quis tam Barbarus vnquam, tam immanis, tam ferus? non audiuit, non respondit: neque eos solum præsentes, sed multo magis
*nos, *vos à quibus illi erãt missi, spreuit, & pro nihilo putauit. Postea quod scelus, quod facinus parricida non edi-
*vestros dit? circunsedit colonos *nostros, exercitum po puli Romani, Imperatorem, Cons. designatum. agros diuexat
*teterrim⁹ ciuium optimorum: hostis *deterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minitatur. Cum hoc Marce Lepide pax esse quæ potest? cuius ne supplicio quidem vllo sa-
*pop. Ro. tiari videtur posse *Respublica. Quod si quis adhuc dubitare potuit, quin nulla societas huic ordini, populoq; Romano cum illa importunissima belua possit esse,

MATVRANTIVS SANIOR) prudentior. ILLVM) Antonium. OB hoc vnum factum) quod imposuit diadema Cæsari. EIVS puericia) Antonij. LIBIDINES eorum) Iulij cui sese substrauerat. EVM) Iuliũ, quem Tyrannum diadema imponens voluit esse. ARCHIPIRATA) latronum & piratarum, qui prædones in mari sunt, princeps. DOMINIS) domorum. SENTENTIA Consularis) quam Antonius Consul perscriptam attulerat contra Octauium vt circunscriberetur, & hostis haberetur. NON vijs) quæ sunt amplæ, & frequentantur. TRAMITIBVS) qui sunt
vitæ. in deuijs. CITIVS lecta) perscripta enim attulerat. CAESAREM) Octauium. SEQVI) ponê ire, & insequi. EGREDI) conuerti Romã versus. PROGREDI) in Galliam vlteriorem.

TRAP. Non vijs) quæ sunt amplæ, & frequentantur. Tramitibus) qui sunt in deuijs. Citius lecta) per scriptum enim attulerat. Cæsarem) Octauium. Sequi) ponê ire, & insequi. Egredi) cõuerti Romam versus. Progredi) in Galliam vlteriorem.

Desinat profecto dubitare, his cognitis literis, quas mihi missas ab Hirtio Consule modo accepi. eas dum recito, dumq; de singulis sententiis breuiter disputo P. Conscripti, vt adhuc feciſtis, me attente audiatis. ANTONIVS HIRTIO ET CAESARI) Neque se Imperatorem, neque Hirtium Consulem, nec Rom. pop. Proprætorem Cæsarem. Satis quidem hæc scite. deponere alienum nomen ipse maluit, quàm illis suũ reddere. COGNITA morte Caii Trebonii non plus gauisus sum, quám dolui.) Videte quid se gauisum, quid se doluisse dicat. facilius de pace deliberabitis. DEDISSE pœnas sceleratum cineri atque ossibus clarissimi viri, & apparuisse numẽ deorum intra finem anni vertentis, aut iã * solito supplicio * parricidi aut impendente, lætandum est.) O Spartace, quem enim te potius appellem? cuius propter nefaria scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina. Lætandum esse ausus es scribere Trebonium dedisse pœnas? sceleratum Trebonium? quo scelere? nisi quod te Idibus Martiis à debita tibi peste seduxit? age hoc lætaris. videamns quid moleste feras. HOSTEM iudicatum hoc tempore Dolabellam, eo quod sicarium occiderit, & videri chariorem populo Romano filium scurræ, quàm Caium Cæsarem patriæ parentem ingemiscendum est.) Quid ingemiscis hostem Dolabellam*? qui te non intelligis delectu tota Italia habito, Consulibus missis, Cæsare ornato, sagis denique sumptis, hostem iudicatum? Quid est* aut

* soluto
* parricidę;
* nefanda
* iudicatũ? quid? te
* autem

scelerate quod gemas hostem Dolabellam iudicatū à Senatu, quē tu ordinē omnino esse nullū putas? sed eā tibi causſam belli gerendi proponis, vt Senatum fun ditus deleas: reliqui boni & locupletes omnes summum ordinem subsequantur. At scurræ filium appellat, quasi vero ignotus nobis fuerit splēdidus* Quirites Trebonii pater. Is autē humilitatē despicere audet cuiusquā, qui ex eadem sustulerit liberos? ACERBISSIMVM vero est te A. Hirtii ornatum esse beneficiis Cæsaris, & talem ab eo relictum, qualem ipse miraris. Equidem negare non possum à Cæsare Hirtium ornatum. sed illa ornamenta in virtute & industria posita lucent. tu vero qui te ab eodem Cæsare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tā multa tribuisset? Ecquo te tua virtus prouexisset? ecquo genus? in lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumpsisses: vt facie bas, cum in gremiis mimarum, mentem mentūmq; deponeres. ET TE ô puer. Puerum appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sentit & sentiet. Est illud quidem nomen ætatis.

*equesRo. Treb.

MATVRANTIVS. DE singulis sententijs) ipsarum literarum. ANTONIVS Hirtio & Cæsari) initium Antonij literarum in quod disputat Cicero. ALIENVM nomen) neque enim se Consulem aut Imperatorē dixit, sed tantum Antonium: sciebat enim tale nomen sibi non conuenire. SEDVXIT) cum extra curiam detinuit, rem agentibus & Cæsarem occidentibus coniuratis. SCVRRAM) sic vocat, quoniam Trebonij pater vrbanissimus extitit. EX eadem) humilitate, ex filia Marci Fundi Bambalionis libertini hominis & si locupletissimi. ACERBISSIMVM) Antonij vera. MIMARVM) vt Volūniæ. ET TE ô puer) Antonij verba ad Octauiū. BEROAL. Nec Romani populi præter Cæsarem) emendo Propræ-

torem

torem Cæsarem,vt sit lectio sincerior,& sensus lucidior ac verior: nam insectanter carpit quod in literis quas scribebat ad Hirtium & Cæsarem Augustũ.neminẽ appellarit nomine honoris,videlicet neq; Hirtiũ Consulẽ,neq; Cæsarem Proprætorem.Est enim mos vt in principio epistolarum scribens ad Consulem Hirtium,dicat Hirtio Consuli salutem. Item Cæsari proprætori salutem:verum Antonius per insolentiam instituti propè solemnis fuit præuaricator. Cognita morte)Verba sunt ex epistola Antonij quæ perpẽdit orator & perpendendo vituperat. Anni vertentis) significanter locutus est.Prisci enim annum solis vertentem appellauerunt, scilicet cum sol duodecim signorum interualla peruagando redit ad id signum vnde cœperit,& ita perficitur signum vertentis anni.Mensem quoque lunarem vertẽtem dicunt,quem luna cæli circuitione metitur, reuertendo ad id signum ex quo progredi cœperit.quinetiam annum magnum qui mundanus vocatur, vertentem appellari posse tradunt scriptores idonei:cum astrą cũcta ad eandem metam redierint,vnde semel profecta sunt.Suetonius in Caligula, Immensas opes non toto vertente anno absumpsit. Plautus in Persa, Tu si hãc emeris,nunquam hercle hunc mensem vertentem credo seruibit tibi. Mẽtem mentúmque deponeres)annominatio est siue prosonomasia,quæ decẽter fit breui commutatione literarum. Consimile est illud. Ex oratore factus arator.

Annus vertens.

Mẽsis vertens.

TRAP. De singulis sententijs) ipsarum literarum. Antonius Hirtio &Cæsari)initium Antonij literarum in quod disputat Cicero.

Sed ab eo minime vsurpandum est,qui suam amentiam huic præbet ad gloriam. QVI omnia eius nomini debes.)Debet vero,soluitq; præclare. si enim ille patriæ pater est,vt tu appellas,ego quid sentiam,videro. cur nõ hic parẽs verior,à quo certe vitã habemus è tuis facinorosissimis manibus ereptam? ID agere vt iure damnatus sit Dolabella?)Turpem vero actionem,qua defenditur amplissimi authoritas ordinis,contra crudelissimi gladiatoris amentiam. ET VT*venefica hæc liberetur obsidione.) Veneficum audes appellare eum virum,qui tuis veneficiis remedia inuenit? quem ita

*veneficus hac

obſides noue Annibal? aut ſi quis acutior Imperator fuerit, vt te ipſe obſideas: neque iſtinc, ſi cupias, poſſis explicare. receſſeris: vndique omnes inſequentur. manſeris: hærebis. nimirum recte veneficum appellas, à quo tibi præſentem peſtem vides comparatam. VT quàm potentiſſimus ſit Caſſius, atque Brutus.) Putes Cenſorinum dicere, aut Ventidium, aut etiam ipſos Antonios. cur autē nolit potētes eſſe non modo *optimos & *nobiliſſimos viros, ſed ſecum etiam in Reipublicæ defenſione coniunctos? NIMIRVM eodem modo hæc aſpicitis vt priora. quæ tandem caſtra Pompeii Senatum appellatis?) An vero tua caſtra potius Senatum appellaremus? in quibus tu es videlicet Conſularis? cuius totus Conſulatus eſt ex omni monumētorū memoria *auulſus: duo Prætores ſine cauſſa diffiſi ſe aliquid habituros: nos enim Cæſ. beneficia defendimus: prætorii Philadelphus Annius, & innocens *Gallius, A Edilitii Coricus, laterum & vocis meæ Beſtia, & fidei patronus, fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus dirutuſq; Q. Cælius, columeq; amicorum Antonii *Cotula, Varius* quem Ant. deliciarum cauſſa loris in cōuiuio cædi iubebat à ſuis publice: Septemuirales Lēto, Nucula: tum deliciæ atque amores pop. Rom. L. Antonius: Tribunitii primum duo deſignati, T. Hoſtilius, qui ſuo iure in porta nomen inſcripſit, qui cum prodere Imperatorē ſuū non potuiſſet, reliquit. alter eſt deſignatus, Viſcius neſcio quis, fortis (vt aiunt) latro, quē tamen temperantem fuiſſe ferunt Iſauri balneatorem.

*reuulſus:
*Caius.
*Cotyla
*quos

MATVRANTIVS. QVI omnia eiꝰ nomini debes) Antoniꝰ. EIVS) Iulij. HIC) Octauius. ID agere) scilicet te decet Octaui. ET vt venefica hæc) Antonius. ACVTIOR) iratior nobis Annibale. VT quàm potẽtissimus) Antonius. Hoc agis Octaui vt Brutus & Cassius sint quàm potentissimi. PVTES Censorinum) Censorinus & Vẽtidius flagitiosi fuere, & in Antonij partibus. Cum inquit Brutum & Cassium nominas, Cẽsorinum & Vẽtidium nominare te existimas. NIMIRVM) Antonius. Sic aspicitis castra vestra inquit, vt priora aspexistis Pompeij castra, quem Senatum vocatis. DVO Prætores) Censorinus & Caius Antonius. SINE caussa) nã cum acta Cæsaris statueremus firma esse, beneficia quæ ille concessit mutari nolumus. PRAETORII) qui præturam gessere. INNOCENS) Ironice & Antonij enumerat comitatum. AEDILITII) ædilitate functi. LATERVM & vocis meæ Bestia) scilicet fraudator. pro hoc de ambitu â Sestio accusato dixit Cicero ipse in epistola ad Q. Fratrẽ: Dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorẽ Cnẽũ Domitiũ: in foro medio, maximo cõuẽtu: incidiq; in eum locum dicendo, cum Sestius multis in templo Castoris vulneribus acceptis subsidio Bestiæ seruatꝰ esset. LATERVM) quæ firma oportet esse dicentibus: nam ea attollit & deprimit respiratio. Cato libro de Senectute: Cum ego quinque & quadraginta annos natus legem Voconiam voce magna, & bonis lateribus suasissem. FIDEI patronꝰ fraudator Trebellius) Ironice fidei patronus, superius sexta Philippica inquit, O fides, hoc puto Trebellium sumpsisse cognomen. Fraudator vero quoniam creditores fraudauerat. DIRVPTVS) Hernioſum fuisse credimus. Rupti enim vocãtur quibus in scrotum cadunt intestina. Martialis, Qui sanet ruptos, dic mihi Galle quis est. DIRVTVS) conuulso & dissipato patrimonio. COLVMEN) princeps. DELICIARVM caussa) oblectationis gratia. SEPTEMVIRALES) diuidundis agris cum L. Antonio præfecti. T. HOSTILIVS) is discedens ab Vrbe relicto imperatore suo cum prodere eum non valuisset, nomen suum portæ Vrbis inscripsit, & se vere patriæ hostem fore professus est. ISAVRI) apud Isaurum Lycaoniæ oppidum, vnde nomen regioni quã P. Ser. subegit, adeptꝰ tamẽ Isaurici cognomen. BALNEATOR) is est qui balneis præest, & precium ab adeuntibus pro balneatura exigit. Marrialis, Quos diuidebat balneator elixus.

Latera oratoris.

Rupti.

BEROAL. Homo diruptus dirutusq;) per paronomasiam siue annominationem ludit in verbis: quæ cum prolatu non multum dissideant, significatione sunt dissimillima. nanque Diruptus is dici videtur, qui enterocelicus est, & vitio herniæ laborat, quo in genere morbi inguina tumescũt, & tunicę testiculorum dirũpuntur: ex quo genere multifaria nomina sunt, videlicet enterocele, epiplocele, hydrocele, sarcocele, & bubonocele. Dirutũ ære militem antiqui dixere, cui stipẽdium ignominiæ caussa non erat datum, quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum: hinc illud ab Ausonio decentissime translatum, Procedere mihi inter frequentes stipendium iubebi

Annomination.

Diruptus.

Dirutus.

sin aliter ære dirutum facies, vt cumulo carminis in fiscum suum redacto redeant versus vnde venerant. M. Tullius in septima Verrinarum, Aleatoris Placentini castra memorabuntur: in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus est. Columen amicorum) princeps ac sustentaculum atque fultura, dictum est autem per ironiam. Terentius in Phormione inquit, O bone custos salue: columen vero familiæ exponit Donatus Columellas apud veteres dici seruos maiores in domo. Lucilius, Columella hic situs Etrophanes, Hunc Lucillianum versum scitissime inseruit epigrammatis suis poeta epigrammatarius. Ab Hieronyno quoque dictum est perquam eleganter, Salue columen palatinæ familiæ. Existimant Grammatici dici columē, & columellam â columnis, quibus ædificia continentur.

Columen

Columella

TRAP. Monumētorū) annaliū: iā nomina Cōsulū in annalib⁹ notabantur

Sequuntur alii Tribunitii, C. Plancus in primis: qui si Senatū dilexisset, nunquam curiam incendisset. quo scelere damnatus, in eam Vrbem rediit armis, à qua excesserat legibus. sed hoc ei cōmune cum plurimis dissimillimis. Illud tamen verū, quod in hoc Planco proverbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent. fracta sunt, & viuit. Hoc tamē, vt alia multa, Aquilæ fertur acceptū. Est etiam ibi Decius, ab illis, vt opinor, *maioribus Deciis. Itaq; Cæsaris munere Deciorum quidem multo interuallo per hūc præclarum virum memoria renouata est. Saxam vero Decidiū præterire qui possum, hominem deductum ex vltimis gētibus? vt** Trib. pleb. videremus, quem ciuem nunquā videramus. Est quidam alter *Socerenus. omnes tamen tantam habēt similitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. Nec vero Exitius Philadelphi frater, Quæstor prætermittendus est: ne si de clarissimo adolescente siluero, inuidisse videar Antonio. Est etiam Asinius quidam, Senator voluntarius, lectus ipse à

*muribus decijs: itaq; Cęsaris munera rosit Deciorum

*eum

*Soceran⁹

*quidem

se:apertam curiam vidit post Cæsaris mortem. mutauit calceos, pater conscriptus repente factus est. Non noui Sex. Albedium: sed tamen neminem tam*maleficũ offendi,qui illum negaret dignum Antonii Senatu . Arbitror me aliquos præteriisse . de iis tamen qui occurrebant,tacere nõ potui. Hoc igitur fretus Senatu,Põpeianum Senatum despicit,in quo decem fuimus Cõsulares:qui si omnes viuerent,bellum omnino hoc nõ fuisset: authoritati cessisset audacia. Sed quantum præsidii fuerit in cæteris,hinc intelligi potest,quòd ego vnus relictus è multis,contudi & fregi adiuuantibus vobis,exultãtis prædonis audaciam. Quod si fortuna nobis modo non eripuisset Ser. Sulp. eiúsque collegam M. Marcellum,quos ciues? quos viros? si duos Cõs. amicissimos patriæ simul ex Italia eiectos,si L. Affranium summum ducem,si P. Lentulum ciuem cum in cæteris rebus , tũ in salute mea singularem, si Bibulum,cuius est in*rep. merito semper laudata constantia: si L. Domitium præstantissimum ciuem, si Appium Claudium pari nobilitate & voluntate præditum, si P. Scipionem clarissimũ virum,maiorúmque suorum simillimũ resp. tenere potuisset : certe his Consularibus non esset Pompeianus despiciendus Senatus. Vtrum igitur æquius,vtrum melius reip.*fuerit Cn. Pompeium,an sectorem Cn. Pompei viuere Antoniũ?*Quid vero Prætorios,quorũ princeps M. Cato, idémque omnium gẽtium virtute princeps. quid reliquos præclarissimos viros commemorẽ? nostis omnes. magis vereor,ne longum me in enume-

*maledicũ

*remp.

*fuit

* qui vero pretorij?

rando,quàm ne ingratum in prætereundo putetis. Qui AEdilitii? qui tribunitii? qui Quæstorii? quid multa? talis Senatorum & dignitas & multitudo fuit, vt magna excusatione opus iis sit, qui illa in castra non venerunt. Nunc reliqua attendite.

MATVRANTIVS. REDIT) redire vult, & vt redeat conatur. DISSIMILLIMIS) ac si dicat & alij plures hoc idē agūt vt redire armis velint in patriam, nō adeò scelerati vt C. Plancus est. FRACTA sunt) Aquila enim Centurio fregerat, & tamen viuebat. DECIVS) de quo superius dictum Philippi. xi. Ironicę autem ait ab illis vt opinor, Decijs. VT munere Cæsaris) multa enim huic largitus erat Antonius, idque ex Iulij commentarijs facere dicebat. VT) tanquam. SAXAM) ex Celtiberia. ALTER) Saxa Soserenus cognomine. EXITIVS) is gręcus erat. PHILADELPHI) qui & ipse sceleratissimus fuit, & Anto. charissimus. MVTAVIT Calceos) aut transmarinum & externum innuit fuisse, qui calceis erat prius gypsatis: nam creta argentaria pedes venalitiorum trans mare aduectorum illinire maiores consueuerunt, quod Pli. tradidit: hinc Tibullus ait, Vera loquor, regnum ipse tenet: quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Et luue. de Crispino inquit, Nuper in hanc Vrbem pedibus qui venerat albis. Aut reuera illud est, deposuisse calceos Asiniū, quibus vtebatur prius, & quos ignobiliores gestabant: neq; enim omnes eodem vtebantur calciatu: Patricij nāq; & nobiliores nigros ferebant calceos luna inscripta, veluti ab Euandro & Archadibus deriuati, qui Palatium tenuerunt, & se ante lunam natos crediderunt. auctor Plutar. in quęstionibus. Horatius, Nam vt quisq; insanus nigris medium impedijt crus Pellibus, & latum deuulsit pectore clauum. Martialis, Lunata nusq̄ pellis, & nusq̄ Toga. Et Patriciorum quidem calcei mullei vocabantur: qui prius Regum Albanorum fuere: quod ait Põpeius Fest.

Calceos mutantes.

M. MARCELLVM) qui à Magio Cilone cliente suo Athenis percussus est pugione secundū aurem, cum tamen ei peperciſſet Cęsar à Cicerone illa pulcherrima oratione exoratus, cui⁹ initium est: Diuturni silentij patres Cōscripti. De hoc Marcello plura ī Epistolis lib. iiij. EIVS) Sulpitium. COLLEGAM) in Consulatu. DVO Consules) quo tempore fugit ex vrbe Põpeius, & in Epirum traiecit, Consules erant. C. Marcellus, qui M. Marcello, & Ser. Sup. succesſerant eos significat. Ci. & Ci. quidem M. Marcelli patruelis frater fuit. BIBVLVM) M. Bibulum: de quo plura Cic. in Epistolis & Tranquillus in Iulio, virum patrię studiosissimum & constantissimum. L. DOMITIVM) qui Corfinij capt⁹ & dimiſſ⁹ à Cęsare est, ac postea in Pharsalica pu

Marcellus.

gna Ab Anto.occisus. APPIVM Claudium)patruelis is frater Appij Clodij fuit Ciceroni infestissimi, socer Sex.Popeij,qui Cn.Põpei Magni filiꝰ erat, ad quem sunt multæ Cice.epistolæ. SECTOREMCN. POMPEII Antoniũ)qui bona Pompeij redemit à Cęsare,quę postea venderet. M.CATO) qui se occidit. IN illa castra) in quæ tot illustres Senatores venere.

VICTVM Ciceronem ducem habuistis)Eo libẽtius ducem audio,quod certe ille dicit inuitus. nam de victo nihil laboro:fatum enim meum*sine rep.nec vici posse, nec vincere.MACEdoniam munitis exercitibus.)*Et quidem fratri tuo,qui à vobis nihil denegerat, extorsimus. AFRICAM commisistis Varo bis capto)Hic cum C.fratre putat se litigare.IN Syriam Cassiũ misistis.)Nõ igitur sentis huic caussæ orbẽ terræ parere? te extra munitiones tuas,vestigium vbi imprimas non habere? CASCAM Tribunatum gerere passi estis.) Quid ergo?vt M.Arullum, vt Cæsarem etiam,à rep.remoueremus eum,per quemvt neque idem*posthac,neque multa huiusmodi accidere possent,consecuti sumus? VECTIGALIA Iuliana Lupercis ademistis.)Lupercorum mentionem facere audet?neque illius diei memoriam perhorresçit,quo ausus est obrutus vino,vnguentis oblitus,nudus,gementem populũ Ro. ad seruitutem cohortari? VETERANORVM Colonias deductas lege,& S.C.sustuliſtis.) Nos sustulimus?an contra legem comitiis Centuriatis latam sanximus?vide ne tu veteranos,tamen eos qui erant perditi, perdideris:in eúmque locum deduxeris,ex quo iam ipsi sentiũt se nunq̃ exituros. MASSILIENSIBVS *iura bello adempta reddituros vos pollicemini.)Nihil

* est,

* eã quidẽ

*hoc

* iure belli

disputo de iure belli magis facilis disputatio est, quàm necessaria. illud tamẽ aduertite P.C. quàm sit huic reip. natus hostis Antonius, qui tantopere eam ciuitatem oderit, quam scit huic reip. semper fuisse amicissimam. NEMINEM Pompeianum qui viuat, tenere lege Hirtia dignitates.) Quisquam iã legis Hirtiæ mentionẽ facit? cuius nõ minus arbitror latorem ipsum, quã eos, de quibus lata est, pœnitere. omnino mea quidem sententia legem illam appellare fas non est: & vt sit lex, nõ debemus illam Hirtii legẽ putare. APVLEIANA pecunia Brutum subornastis.) Quid si omnibus suis copiis excellentem virum resp. armasset? quem tandẽ bonum pœniteret? Nec enim sine pecunia exercitum alere, nec sine exercitu fratrem tuum capere potuisset. SECVRI percussos Pætum & Menedemũ ciuitate donatos & hospites Cæsaris laudastis.

MATV. VICTVM Ciceronem ducem persequitur) sic dicebat Antoni⁹, Ciceronem se non Senatum persequi: & ducem intelligebat puto aduersę si bi factionis. NIHIL laboro) nam cum vniuersa rep. victus fuit. FRATRI tuo) C. Antonio, de quo prius dictum. AFFRICAM commisistis Varo bis capto) Antonius. Cic. subijcit, sic loquitur cum Hirtio Consule & Octauio, vt cum C. fratre litigare solet. Plures vero Vari fuere, sed duo Pompeianas & Senatus partes secuti, Attilius Var⁹ qui Pompeij in Lybia ductor exercitus, qui occiso Pompeio & partibus in Africa superatis, Pompeij liberos secutus, in ipso oceani ostio cum Didio classis Octauij duce conflixit: & is de quo loquitur nunc Cice. qui fuit vir Cõsularis à Triũuiris, postea proscript⁹, & à liberto prodit⁹ sese in mõtes proripuit, & in palude latuit Mĩturnẽsi deprehẽsusq; à Minturnẽsib⁹ cũ esse se latronẽ à principio assueueraret, & ad suppliciũ traheretur, fass⁹ tãdẽ qui esset, & à turmę ductore agnit⁹, occis⁹ est. author Appian⁹. Is Põpeianis bellis à Cęsarianis capt⁹ fuerat & dimissus. IN Sytiam Cassium misistis) Antoni⁹. Erat autẽ Syria prouincia Dolabellę decreta, Cassio autẽ mandauerat ex Ciceronis sentẽtia Senatus vt Dolabellã

Vari.

bellam hostem iudicatum post occisum Trebonium persequeretur, & ex Syria pelleret. EXTRA)præter. MVNITIONES) quas Mutinam oppugnaturus extruxerat. PROH in hac caussa) Antonius.Casca primus fuit, qui Cęsaris pectus pugione percussit. IN hac caussa tam fœda)sic dicebat Antonius. Casca. QVID ergo)id vellet Antonius vt eos qui profuerũt, à rep.remouerem⁹.nam profuit Casca,profuere M.Aruelus,Cęsenius.M.Arull⁹, & Cęsenius Trib.pl. cum Antonius Lupercalibus capiti Cęsaris diadema semel atq; iterum imponere voluisset,reiectumq; ab eo statuę eius imposuisset,illico abstulerunt,laudatiq; propterea à populo vehemẽter sunt.Sed haud multo pòst à Cæsare magistratu priuati.plura de ijs Appianus commentario bellorum ciuilium secundo. IDEM hoc) quod passi sumus sub Iulio. VECTIGALIA Iuliana Lupercis ademitis)Antonius conqueritur vectigalia à Iulio Lupercorum collegio decreta, adempta esse. Decreuerat autem Iulius Lupercis redditus ex quibusdam publicis vectigalibus . Est autem vectigal quod ex plubico & priuato capitur locato. VETERANORVM colonias deductas lege) & hoc obijciebat Anto.quod negat Cicero. LECE) Iulia. COMITIIS centuriatis) ac si dicat tuas sustulimus perperam latas: hanc à Iulio rite,& comitijs centuriatis comprobauimus. Comitia, Horum autem comitiorum qua Centuriata vocabantur,vis omnis penes potentiores erat, cũ ex promiscuo suffragiorum genere Curiata constarent,vt ex Liuio,Dionysio,& A. Gellio colligitur. PERDITI) improbissimis moribus. IN eũ locum)in exilium. MASSILIENSIBVS &c.)& hoc obijciebat Antoni⁹. IVRA)que adempta à Iulio victis,senatus eo trucidato reddidit,quod & superius est dictum. EAM ciuitatem)Massiliam. NEMINEM Põpeianum)Hirtius in partibus fuit Cęsaris,quo victore & rerum potito Trib.pl. legem tulit,vt nullus Pompeianus gerere aliquem magistratum posset. TENERE)scilicet fas est. CVIVS)legis. LATOREM)Hirtium. DE quibus)contra quos. VT(quamuis sit lex,quoniam rite lata. APVLEIANA pecunia)Antonius.C.Apuleius in Macedonia magistratus erat quo tempore Brutus illuc accessit : Cęsare occioſ quibuscunq; rebus potuit Brutum iuuit,& pecunias suppeditauit publicas quas collegerat Quæstor,De hoc Brutus in epistola ad Cicer.De Domitio & Apuleio quid attinet me scribere,cũ ipsi per se commendatissimi sint:Domitũ vero tua authoritate sustinere debes:sed Apuleius in sua epistola celebrabitur. Apuleiana. pecunia. TVVM fratrem) C. Antonium,vt supra dictum. SECVRI percussos)à Bruto in Macedonia. CIVITATE donatos)à Cæsare Iulio,& eius hospites:& Antonij sunt verba.

Non laudamus,quòd ne audiuimus quidem . valde enim nobis in tanta perturbatione reip.de duobus nequissimis græculis cogitandum fuit? THEOPOM-

pum nudum, expulsum à Trebonio confugere Alexãdriã neglexistis.) Magnum crimẽ Senatus, de Theopõpo summo homine negleximus: qui, vbi terrarum sit, quid agat, viuat denique, an mortuus sit, quis aut scit, aut curat? SERGALbam eodem pugione subcinctũ in castris videtis.) Nihil tibi de Galba respondeo fortissimo & constantissimo ciue: coram aderit, præsens tibi ipse et ille quem insimulas, pugio respondebit. MILITES aut meos, aut veteranos contraxistis, tanquam ad exitium eorum, qui Cæsarem occiderant: & eosdẽ necopinãtes ad Quæstoris sui, aut Imp. aut cõmilitonũ suorum pericula impulistis.) Scilicet verba dedimus, decepimus, ignorabat legio Martia, Quarta, nesciebant veterani quid ageretur. Num illi Senatus authoritatem, an libertatem populi Romani *sequebantur? Cæsaris vlcisci mortem volebant, quam omnes fatalem fuisse arbitrabantur: te videlicet saluũ, beatũ, florẽtẽ, esse cupiebant? O miser cum re, tum hoc ipso, quod non sentis q̃ miser sis. sed maximum crimẽ audite. DENIQVE quid non aut probauistis, aut feciſtis? quid faciat, si reuiuiscat?) Quid? credo afferet aliquod scelerati hominis exemplum. CN. POM peius ipse homo turpis.) O nos turpes, siquidẽ Cn. Pomp. imitaturi sumus. AVT FIlius eius si domi esse possit) Poterit, mihi crede. nã paucis diebus & in domũ & in hortos paternos immigrabit. POSTREMO negatis pacẽ posse fieri, nisi aut emisero Brutum, aut frumẽto iuuero.) Alii istuc negãt. ego vero, ne si ista quidem feceris, vnquam tecum pacẽ

*sequãtur

huic ciuitati futuram puto. QVID? hoc placét ne veteranis istis, quibus adhuc omnia ítegra sunt?) Nihil vidi tam integrum, q̃ vt oppugnare Imperatorem ícipiãt, quem tanto studio consensúque *offenderint. QVONIAM vos assentationibus, & venenatis muneribus venistis.) Deprauati aut corrupti sũt, quibus persuasum sit fœdissimum hostem iustissimo bello persequi. ATMI Litibus inclusis opem fertis. nihil moror eos saluos esse & ire quo iubetis: si tamen patiuntur perire eũ, qui meruit.) Quàm benigne deniq; vsi liberalitate Antonii milites Imperatorem reliquerũt, & se ad hostem metu perterriti contulerunt: per quos si non stetisset, nõ Dolabella prius Imperatori suo, quàm Antonius etiã Collegæ parentasset. CONCORdiæ factam esse mẽtionem scribitis in Senatu: & legatos esse Cõsulares quinque. difficile est credere *Consulares qui me præcipitem egerint, æquissimas conditiones ferentem, & tamen ex his aliquid remittere cogitantem, putare aliquid moderate aut humane esse facturos. vix etiam verisimile est, qui iudicauerint Dolabellam hostem ob rectissimum facinus, eosdem nobis parcere posse idem sentiẽtibus.) Parúm ne videtur omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem initam cõfiteri? nonne cernitis ex vno fonte omnia scelera manare?

*defẽderit

*eos qui

MATVRANTIVS. THEOPOMPVM) Smyrna pulsũ &c. Item Antonius. De Theopompo, Cic. respondet cum derisu. SERVIVM Galbam) hunc insimulabat Ant. cędis Cęsaris, & vnum ex percussoribꝰ fuisse dicebat. EODEM pugione) quo Cęsarem percussit. MILITES aut &c.) &

hęc Antonius. QVAESTORIS sui)generaliter dicit ad id ipuliſtis,vt aut Quęſtorem ſuum qui me ſequi volebat,aut me occiderent. SCILICET verba dedimus) reſpondet Cic.ſic loquitur Antonius, quaſi decepſerimus nos legiones. FATALEM)fatis decretam.quoniam voluerunt fata tyrannum perire. CVM re)effectu & vere. SED maximum)Cicero,Audite inquit P.C.maximum crimen verborũ Antonij,qui inquit quid non probauiſtis factũ ab alijs,aut nõ feciſtis? QVID faciat ſi reuiuiſcat)ſcilicet Cęſar. QVID?) Cic.reſpõdet. CN.POMPEIVM) Antonius imitari ait nos oportebit CN Pompeium,vt Senatui ſeruiamus,ſicut ille ſeruiuit,aut filium eius Sextum ſiquid Romę potuerit. POSTREMO)Antonius. EGO vero)Cic. QVID hoc?)Antonius,hoc quod facitis placet ne veteranis militibus qui vobiſcum ſunt?ac ſi dicat minime.& poſſunt ad me tranſire. NIHIL vidi tã integrum) Cic.nihil tam liberum illis eſt q̃ te oppugnare Antoni.te enim ſemel deſerentes offenderunt. QVONIAM vos)Antonius. VENENATIS)in quib⁹ re
Vęneo. uera venenũ latet. VAENIISTIS)venditi eſtis.Vęneo enim paſſiuę eſt ſignificationis.vt Horat. Vęnit viliſſima rerum Hic aqua. DEPRAVATI aut) Cic.q̃ſi dicat minime:neq; enim corrũpere opus fuit, vt te peſſimũ oĩm perſequerẽtur. AT militibus)Antonius. MORor)differam. EVM)Brutũ. QVAM benigne)Cic.Ironice. PER quos ſi nõ ſtetiſſet)qui niſi fuiſſent, hoc eſt niſi Antonium deſeruiſſent,non prius Dolabella occidiſſet Trebonium,q̃ Anto.D.Brutũ .IMPERATORI ſuo)Iulio. PARENTASSET) ſacrificaſſet,veluti victimam immolaſſet.Eſt enim parẽtare,mortuis ſacrifica
Parentare. re,vnde parentalia ſacra mortuorum,de quibus Ouid.in faſtis. ETIAM collegæ)in Conſulatu. CONCORDIAE)Antonius. PARVM)Cicero.

Ipſe deniq; fatetur,hoc quidem ſatis acute,non poſſe eos,qui hoſtem Dolabellam iudicauerint ob rectiſſimũ facinus(ita enim videtur Antonio)ſibi parcere idẽ ſentiẽti.qd huic facias?qui hæc literis memoriæq; mãdarit: ita ſibi conueniſſe cũ Dolabella, vt ille Trebonium,& ſi poſſet etiam Brutum,Caſſium,diſcruciatos necaret ? eadémque inhiberet ſupplicia nobis ? Conſeruandus ciuis cum tam pio iuſtóque fœdere . Is etiam queritur conditiones ſuas repudiatas,æquas quidem & verecundas:vt haberet Galliam vltimam,aptiſſimam ad bellũ renouandum inſtruẽdumq; prouinciam :vt Alaudæ in

tertia Decuria iudicarent,id est vt perfugium scelerum essent cum turpissimis Reipublicæ sordibus: vt acta sua rata essent, cuius nullum remanet Consulatus vestigium. Cauebat etiã Lucio Antonio,qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator Nucula & Lentone Collega. QVAMOBREM vos potius animaduertite vtrum sit elegantius, & partibus vtilius Trebonii mortem persequi, an Cæsaris: & vtrum sit æquius concurrere nos, quo facilius reuiuiscat Pompeianorum causſa toties iugulata, an consentire ne ludibrio simus inimicis.) Si esset iugulata,nunquã exurgeret:quod tibi,tuísque contingat. Vtrum inquit elegantius. atque in hoc bello de elegantia quæritur. Et partibus quod vtilius. Partes furiosæ dicuntur in foro, in curia,bellum contra patriam nefarium suscepisti,oppugnas Mutinam,circunsedes Consulem designatum: bellum contra te duo Consules gerunt: cúnque his Proprætor Cæsar,cuncta contra te Italia armata est. istas tu partes potius,quàm Reipublicæ defensionem vocas? potius ne Trebonii mortem, quàm Cæsaris prosequamur? Trebonii satis persecuti sumus, hoste iudicato Dolabella. Cæsaris mors facillime defenditur obliuione & silentio. Sed videte quid moliatur:cum mortem Cæsaris vlciscendam putat, mortem proponit non iis solum, qui illam rem gesserunt, sed iis etiam si qui non moleste tulerunt. QVIBVS vtri nostrum ceciderint,lucro futurum est. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit,ne videretvnius corporis duas acies

*populi Ro.

laniſta Cicerone dimicantes: qui vſque eo fœlix eſt, vt eiſdem ornamentis deceperit vos, quibus deceptum Cæſarem gloriatus eſt.) Pergit in mea maledicta: quaſi vero ei pulcherrime priora proceſſerint: quem ego inuſtum veriſſimis maledictorum notis tradam hominū memoriæ ſempiternæ. Ego laniſta? equidem non inſipiens: deteriores enim iugulare cupio, meliores vincere. Vtri ceciderint, ſcribit lucro nobis futurum. ô præclarum lucrum: quo te victore, (quod dii omen auertant) beata mors eorum futura ſit, qui è vita exceſſerint ſine tormentis. A me deceptos ait, eiſdem ornamentis Hirtium & Cæſarem. quod quæſo adhuc à me eſt tributum Hirtio ornamentum? nam Cæſari *plura & maiora debētur. Deceptū autē patrē à me Cæſarem dicere audes?

*plurima

MATVRANTIVS. Eadēq; inhiberet ſupplicia vobis) ironice, quia ſi illos perdi vellet, etiam vos perdendos curaret. CONSERVANDVS) ironice. NVLLVM veſtigium) cum acta eius omnia reſciderimus. CAVEBAT) cautum eſſe volebat in conditionibus. AEQVISSIMUS) ironice. DECEMPEDATOR) agrorum diuiſor. Decempeda pertica eſt decē pedum, qua architecti & agrimēſores vtuntur. NVC VLA) ſcilicet Collega. QVAMOBREM vos potiꝰ animaduertite) Ant. ELEGANTIVS) pulchrius. CONCVRERE) conuenire & conſentire. IVGVLATA) victa penitus. SI eſſet iugulata) Cicero. vt contingat, vt iugulemini. PARTES) Tuæ dicuntur furioſæ. ILLAM REM) mortem Cæſaris. QVIBVS) vtri noſtrum Antonius. vtri noſtrum vel ego cum meis, vel vos cum veſtris. QVIBVS) inimicis, nam cohæret cum ludibrioſiſſimis inimicis. QVOD ſpectaculū) vt caderemꝰ, & Anton. loquitur. VNIVS corporis) vnius voluntatis, me & vos.

Decempedator.

vtri noſtrū

TRAP. Decēpeda) pertica ad mēſurādū. vnde decempedator. Elegātius) eligibilius, aliâs quod ipſum aliquid magis nouit eligere. Laniſta) Lanio à laniandis beluis & hominibus.

BEROAL. Populus Romanus Cæſar) Corrige Proprætor Cæſar. ſignificatur autem Octauius Cęſar, quem Proprætorem fuiſſe abūde in ſupe-

rioribus explicauimus. Laniſta Cicerone) maledictum eſt Antonij in Ciceronẽ, quẽ nomine probroſo Laniſtã vocat. eſt enĩ Laniſta magiſter gladiatorum, qui gladiatorias familias comparat, paſcit, docet, vt eas mox vendat munerarijs, id eſt ludorum editorib⁹, probrũ hoc maledicẽtiſſimum, ita repercutit Cicero, vt in laudem vertat. Laniſta.

Tu, tu inquam illũ occidiſti Lupercalibus: cuius homo ingratiſſime flaminia cur reliquiſti? Sed iam videte magni & clari viri admirabilem grauitatem atque cõſtantiam. MIHI quidem conſtat, nec meam quidem contumeliam, nec meorum ferre, nec deſerere partes quas Pompeius *odiuit, nec veteranos ſedibus ſuis moueri pati, nec ſingulos ad cruciatum trahi, nec fallere fidem, quam dedi Dolabellæ.) Omitto alia: fidem Dolabellæ ſanctiſſimi viri deſerere homo pius non poteſt. Quam fidem? an optimi cuiuſque cædes? vrbis & Italiæ partitiones? ſententias dandarum diripiẽdarũmque prouinciarum? nam quid erat aliud, quod inter Antonium & Dolabellam impuriſſimos parricidas fœdere ac fide ſanciretur? NEC Lepidi ſocietatem violare piiſſimi hominis.) Tibi cum Lepido ſocietas? aut cum vllo, non dicam bono ciue, ſicut ille eſt, ſed homine ſano? Id agis vt Lepidum aut impium, aut inſanum exiſtimari velis. Nihil agis, quanquam affirmare de *aliquo difficile eſt: de Lepido præſertim, quem ego metuam nũquam, bene ſperabo dum licebit. Reuocare *te à furore Lepidus voluit, non adiutor eſſe dementiæ. tu porrò ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris, quod verbum omnino nullum in lingua latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. NEC Plancum

*odiuerit.

*altero.

*à te furorem.

*&

prodere participem consiliorum.) Plancum participē? cuius memorabilis ac diuina virtus lucem affert Reipublicæ. nisi forte subsidio tibi venire arbitraris cum fortissimis legionibus, magno equitatu, peditatuq; Gallorum? quiq;, nisi ante aduentum eius Reipublicæ pœnas dederis, ille huius belli feret principatum. quanquã enim prima præsidia vtiliora Reipublicæ sunt, tamen extrema sunt gratiora. Sed iam se colligit, & ad extremũ incipit philosophari. SINE Rectis sensibus euntem dii immortales, vt spero, adiuuerint, viuam libenter. Sin autem aliud me fatum manet, præcipio gaudia suppliciorum vestrorum. Nam si victi Pompeiani tam insolentes, victores quales futuri sint, vos potius experiemini.) Præcipias licet gaudia, non enim tibi cum Põpeianis, sed cum vniuersa Republica bellum est. omnes te dii, homines, summi, medii, infimi, ciues, peregrini, viri, mulieres, liberi, serui oderunt. Sensimus hoc nuper falso nuncio, vero propediem sentiemus. quæ si tecum ipse *recolueris. æquiore animo & maiore consolatione moriere. DENIQVE summa iudicii mei spectat huc, vt meorum iniurias ferre possim: si aut obliuisci *volent ipsi fecisse. aut vlcisci parati sunt vnà nobiscum Cæsaris mortem.)

*recolis

*velint.

MATVRANTIVS. QVASI ea) quasi ipse prior pulcherrime dicat, non respõsurum me sibi persuadeat. INVSTVM) Trãslatio ab equo, cui nota fit cauterio vt cognoscatur ex quo sit armento. PATREM) Iulium. CVIVS homo ingratissime flaminia reliquisti) diuini honores mortuo Iulio Antonij lege decreti sunt, vt puluinar haberet, simulachrum, flaminem: & Antonius quidem flamen optatus, sed neque inauguratus est vnquã & honorem

Inustum.

norem Cæsari datum lege sua deseri passus est, vt Philippica secunda dictũ est.ex quo ingratum nũc vocat Cicero.Flaminium vero est dignitas & ministerium flaminis.Valerius Maximus:Flaminio abire iussi sunt. MIHI quidem)Antonius. CONSTAT)certum constitutũq; est. SANCTISSIMI viri)Ironice. AN optimi cuiusq;) sic conspirauerat, vt optimi cuiusq; sedes & bona Vrbem & Italiam diuiderẽt. NE Lepidi societatem inire.) Antonius & à superioribus pendet Antonij verbis,nec patiar, & sic loquitur quasi totum haberet Lepidum,vt in Cæsaris Julij causa habuerat. ID agis)vt insanus aut impius credatur Lepidus,si tecum habeat societatem. NEC Plancum prodere)Ant.scilicet patiar. PRIMA prȩsidia)prima auxilia. SE colligit) resipiscit & sapere incipit. SI me rectis sensibus) Anto. PRAECIPIO gaudia) præripio & occupo me ipsum occidens gaudia inimicorum. PRAECIPIAS licet) Cicero. FALSO nuncio) quo allatum fuerat perijsse. HAC Antonij sententia) totus hic locus ironice legendus est, neque enim tale quicquam fecerant ij, ad quos sic Antonius scripserat,sed propius ad eius accesserant munitiones ipsum oppugnaturi. RECOLITIS)repetitis & recogitatis. DENIQVE)Antonius. Flaminiũ.

BEROAL. Flaminia)Sacerdotia ad Flaminem spectantia & ministerium.Flaminica vero dicitur vxor Flaminis, quam si amisit,Flaminio decedit.Flaminiam quoque veteres appellant Flaminis Dialis domum, ex qua ignem nisi sacrum efferri ius non erat. Verbum omnino nullum)notabile est id quod hoc in loco Cicero demõstrat, videlicet vocabulum hoc pijssimum non esse latinum, & in latina lingua non inueniri, quo vsum esse Antonium reprehendit,& ob id hominẽ arcessit inscitia. & profecto dispiciendum est an ante Ciceronis ætatem quispiam ex eruditis scriptoribꝰ pijssimum vsurpauerit.Nam post M. Tullium fuisse in vsu id vocabulum nemo ambigit.Ausonius Gratianum Imperatorem laudare volens,pijssimum appellat:cuius contrariũ est impijssimus.Vtraque dictio recentioribus scriptoribus frequenter vsurpata. Flaminia. pijssimum

TRAP Flaminia quemadmodum à Saturno Saturnalia, ita à flamine flaminia. Recolis)recordaris.

Hac Antonii sententia cognita, dubitaturós ne A. Hirtium,C.Pansam Conss.putatis,quin ad Antonium transeant? Brutum obsideãt? Mutinam expugnare cupiant? Quid de Pansa & Hirtio loquar? Cæsar singulari pietate adolescens, poterit ne se tenere,quin D. Bruti sanguine pœnas patrias persequatur? Itaque fecerunt vt his literis lectis ad munitiones propius accederent.

Quo maior adoleſcens Cæſar maioréque deorum immortalium beneficio *Reipublicæ natus eſt, qui nulla ſpecie paterni nominis, nec pietate, vnquam abductus eſt. intelligit maximam pietatem conſeruatione patriæ contineri. Quod ſi partium certamen eſſet, quarum omnino nomen extinctum eſt: Antoniús ne potius & Ventidius partes Cæſaris defenderent, quàm primum Cæſar adoleſcens ſumma pietate & memoria parentis ſui? Deinde Panſa & Hirtius? qui quaſi cornua duo tenuerunt Cæſaris, tum cum illæ vere partes vocabantur. Hæ vero quæ ſunt partes? cum alteris Senatus authoritas, populi Romani libertas, Reipublicæ ſalus propoſita ſit: alteris cædes bonorum, Vrbis, Italiæq; partitio. Veniamus aliquando ad clauſulam. LEGATOS venire non credo.) Bene me nouit. BELLVM quo veniat?) Propoſito præſertim exemplo Dolabellæ, ſanctiores erunt credo maioréque iure Legati, quàm duo Conſſ. contra quos arma fert: quàm Cæſar, cuius patris Flamen eſt: quàm Conſ. deſignatus, quem oppugnat: quàm Mutina, quam obſidet: quàm patria, cui igni ferroq; minitatur. CVM venerint, quæ *poſtulent cognoſcam.) Quin tu abis in malam peſtem, malúmque cruciatum. ad te quiſquã veniat niſi Ventidii ſimilis? oriés incendium qui reſtinguerent, ſummos viros miſimus. repudiaſti. nũc in tãtam flammam tantâmque inueteratam mittamus? cum locum tibi relictum non modo ad pacem, ſed ne ad deditionem quidem feceris? Hanc ego epiſtolam Patres Cõſcripti non quo illum dignum

Oct.

*Repub.

In ant. cod. primũ vacat.

*poſtulãt

putarem, recitaui: sed vt confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia videretis. Cum hoc pacem M. Lepidus vir ornatissimus omnibus & fortunæ & virtutis bonis, si hæc videret, denique aut vellet, aut fieri posse arbitraretur? prius vndas & flammã, vt ait poeta nescio quis, prius deniq; omnia, quàm aut cum Antoniis Respublica, aut cum Republica Antonii redeãt in gratiam. Monstra quædam sunt ista, & portenta, & prodigia Reipublicæ: moueri sedibus huic Vrbi melius est, atque in alias (si fieri possit) terras demigrare, vnde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quàm illos Cæsaris virtute eiectos, Bruti retentos, intra hæc mœnia videre. Optatissimum est vincere. secundũ est, nullum casum pro dignitate & libertate patriæ non ferendum putare. quod reliquum est, nõ est tertium, sed postremum omnium, maximam turpitudinem suscipere vitæ cupiditate. Quæ cum ita sint, de mandatis literisq; M. Lepidi viri clarissimi, Seruilio assentior.

MATVRANTIVS. QVO) propter quod. NVLLA specie) nullo respectu. ABDVCTVS) auocatus à contubernio. PARTIVM) vt iactat Antonius. EARVM duces) non Antonius & Ventidius, sed Cæsar adolescens & Pansa & Hirtius duces essent, sed extinctæ omnino sunt. DVO cornua) aciei Cæsaris dextrum, sinistrum, quæ & caput dicũtur ac pes, in quas partes acies à frõte per totam sui altitudinem secatur. ALTERIS) Antonijs. CLAVSVLAM) conclusionem, nam Clausula est breuis conclusio, Cic. in epistola ad Curionem, Vtar illa clausula qua soleo, & sunt Antonij verba, Veniamus aliquando ad clausulam. BENE me nouit) Cicero. nã suadeo nõ esse mittendos Legatos, & proficisci ego nolo. BELLVM) Bella res, Ironice. VENIANT) eant. CAESAR) Octauius. PATRIS) Iulij. CVM venerint) Antonius. QVINTu) Cicero. SI hæc videret) quę ipse profitetur Antonius. EIECTOS) ex Italia. BRVTI) Decij. DE

Cornua aciei.

Clausula.

mandatis & literis)ad Senatum V.C. Seruilio assentior) viro clarissimo vt de his referatur, sic enim ille censuerat.

BEROAL. Vt ait poeta nescio quis) Vsitatum hoc Ciceroni est elocutionis genus, cum nomen poetæ quanuis notissimi, supprimere vult, vt dicat poeta nescio quis, & apud poetam nescio quem. est autem poetica sententia prius vndas & flammam iugabili quadam competentia concordes fieri, quæ naturaliter compugnant: quam inter Antonios & Romanos Rẽpublicam gratia sit atque concordia. Consimile est illud, Omnia iam fient, fieriq; posse negabam. Optatissimum est vincere) Demosthenicum est. lõge fœliciſſimum est in bellis vincere: fortissimum, si victoria nõ detur pro caussa mori. Est tamen tertium aliquod inter dedecora, in patriam certe redire, & si vincere non detur, effugere. Hinc olim cum ipse Demosthenes ex prælio apud Cheroneam facto salutem fuga quæsiuisset, cúnque id ei quod fugerat probrose obijceretur, versum illo notissimo eluſit, ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται, id est vir fugiens iterum pugnabit. Cum hoc.) S.C. de M. Lepido faciendo. Georgius. Quo maior) quo, porpter quod.

Neſcio qs.

Et hoc amplius censeo, Magnum Pompeium Cn. F. pro patris, maiorumq; suorum animo, studioq; in Rẽpublicam suaq; pristina virtute, industria, voluntate, feciſſe, quod suam eorumq;, quos secum haberet, operam Senatui populoq; Romano pollicitus esset: eamq; rem S.P.q; R. gratam acceptamq; esse: eiq; honori dignitatiq; eam rem fore. Hoc vel coniũgi cum hoc Senatuscõsulto licet, vel seiungi potest, separatimq; perscribi, vt proprio S.C. Pompeius collaudatus esse videatur.

Decimæ tertiæ Philippicæ Finis.

M. T. CICERO

NIS IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA DECIMAQVARTA.



I vt ex literis quæ recitatæ sunt P. C. scelera tissimorum hostium exercitum cæsum fusumque cognoui, sic id, quod * etiã omnes maxime optamus*, ex ea victoria quæ parta est, cõsecutum arbitramur: D. Brutum egressum iam Mutina esse si cognouissem, propter cuius periculum ad saga issemus, propter eiusdem salutem redeũdum ad pristinum vestitum sine vlla dubitatione censerem. Ante vero quàm ea res quàm auidissime ciuitas expectat, allata sit*, lætitia frui satis est, maximæ preclarissimæq; pugnæ, reditum: ad vestitum confectæ victoriæ reseruate. Confectio autem huius belli est D. Bruti salus. Quæ autem est ista sentẽtia, vt in hodiernũ diem vestitus mutetur, deinde cras sagati prodeamus? Nos vero cum semel ad eum, quem cupimus, optamúsque, vestitum redierimus, id agamus vt eum in perpetuum retineamus. nam hoc

* & omnes
* & exvict.

*lætitiæ rĩ

quidem cum turpe est, tum ne diis quidem immortalibus gratum, ab eorūdem aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. Atque animaduerto P. C. quosdam huic fauere sententiæ: quorum ea mēs, idque consilium est, vt cum videant glorioſissimum illum D. Bruto futurum diem, quo die propter eius salutem redierimus ad vestitum, hunc tantum ei fructum eripere cupiant, ne memoriæ posteritatíque prodatur, propter vnius ciuis periculum populū Romanū ad saga iuisse, propter eiusdem salutem rediisse ad togas. Tollite hāc, nullam tam prauæ sententiæ caussam reperietis. Vos ve ro. P. C. cōseruate authoritatem vestram, manete in sententia, tenete vestra memoria quod sæpe ostendistis, huius totius belli in vnius viri fortissimi & maximi vita positum esse discrimen. ad D. Brutum liberandum Legati missi principes ciuitatis, qui illi hosti ac parricidæ denunciarent, vt à Mutina discederet.

MATVRANTIVS.

AVdiuerat Legatos Antonius, vt est dictum prius, mandata Senatꝰ spreuerat, de quo & Cicero in primis acerbe nimis conquestus fuerat, obsidere & oppugnare Mutinā nō destiterat. nec se discessurum inde propalam dixerat, nisi concessam sibi à populo Romano prouinciā pulso Decio obtineret. Iulij percussoribus & bonis omnibus sed Ciceroni ante omnes minatus mortem erat, fame laborabat Deciꝰ, Ver appetebat: quare Hirtiꝰ & Octauius propius Mutinam castra posuere: post plurima sed leuia & equestria & pedestria certamina pugnatum tandē est totis vtriusque exercitus viribus: Victus est & fugatus Antonius. Romæ nunciata res est, sed tumultuarie. Multi censebant deponenda saga. & ad pristinum vestitum redeundum, dissuadet Cicero. Et quoniam rotiens cū Antonio concursum est: totq; vtrinq; cędes edita non esse vlterius differendum di-

cir:quin hostis ille iudicetur,cum pręsertim supplicationes decernentur, quæ non nisi victoria de hostibus habita decerni solent. Scelera commemorat L.Antonij, & in Parmenses crudelitatem. De quibusdam dissipatis rumoribus & timore plurium ac suo multa dicit,quędã de se prędicat. Laudat Octauium, de honore illis tribuendo refert,qui pro patria ceciderunt. suam in fine dicit sententiam, & L. dierum censet decernẽdas supplicationes,ac cõstituta à Senatu militibus prędmia persoluenda. Est in deliberatiuo genere oratio, statim dissuadet saga mutãda esse togis,id quod plures faciẽdũ cẽsebãt. ARBITRAMVR)non etiam compertum habemus D. Brutum obsidione liberatum. LABTITIAE risus satis est.) vt rideamus & hilares simus. ordo est autẽ, Risus lętitię satis est,victorię pugnę clarissime, reditũ ad vestitũ confectæ victoriæ reseruatę. Deinde cras sagati prodeamus adhuc obsideri Decium. HVIC fauere sententię)vt ad pristinum vestitum redeamus. VNIVS ciuis)Bruti. TOLLITE hanc)qua Bruto inuidetur.

BEROAL Multis ex literis)purior lectio est: si,vt exliteris,& talis sensus melius quadrat cum sequentibus. verũ dictio illa,sicut, est sic emendãda, vt legas, sic id: ex hac lectione intellectus est manifestior & structura commodior. Lętitię risus satis est)seiunctim singula enuncianda sunt, vt dicat satis esse lętitię,satis esse risus & festiuitatis, itidẽ illud quod subsequitur per se plenum est,maximæ præclarissimæq; pugnæ: extrinsecus subintelligendũ est sunt,vt sit casus rectus pluratiui numeri, aliter fluctuat lectio & sentẽtia.

Eiusdem D.Bruti conseruandi gratia Conss.sortiti. ad bellum profectus A.Hirtius:cuius imbecillitatẽ valetudinis,animi virtus & spes victoriæ cõfirmauit. Cæsar,cum exercitu comparato* primis pestibus rempublicam liberasset,nequid postea sceleris oriretur,profectus est ad eundem Brutum liberandum,vicítque dolorem aliquem domesticum patriæ charitate. Quid C.Pansa egit aliud delectibus habendis, pecuniis comparandis, *Senatusco̅sultum faciendis grauissimis in Antonium, nobis cohortandis,populo Romano ad caussam libertatis vocando,nisi vt D.Brutũ liberaret? à quo populus Romanus frequens ita salutẽ D. Bruti vna voce depo-

* å

* Senatusconsultis

poposcit, vt eam non solum commodis suis, sed etiam necessitati victus anteferret. Quod sperare nos quidem debemus P. C, aut inibi esse, aut iam esse cõfectum. & spei fructum rei conuenit & euentui reseruari, ne aut deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse, aut vim fortunæ stultitia cõtempsisse videamur. Sed quoniã significatio vestra satis declarat, quid de hac re sentiatis, ad literas veniam, quæ sunt à Consule & à Proprætore missæ: si pauca antè, quæ ad ipsas literas pertineant, dixero. Imbuti sanguine sunt gladii. P. C. legionum, exercituúmque nostrorum, vel madefacti potius duorum Conss. tertio Cæsaris prælio. si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas: nefarium scelus, si ciuiũ. Quousq; igitur is q̃ omnes hostes scelere superauit, nomine hostis carebit? nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, *dubitãtes vtrum in ciue, an in hoste figantur. Supplicationem decernitis, hostem non appellatis? gratæ vero nostræ diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ, cum interfecta sit ciuium multitudo? De improbis inquit & audacibus: (nam sic eos appellat clarissimus vir) quæ sunt vrbanarũ maledicta litiũ non iniusta. *euellunt terminos, testamenta credo subiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adolescentulos circunscribunt. His enim vitiis affectos & talibus, malos & audaces appellare cõsuetudo solet. Bellum inexpiabile infert quatuor Consulibus vnus omnium latronum teterrimus. gerit idem bellum cum Senatu populóque Romano omnibus (quanquam ruit ipse suis cladibus

*& dubitare

*euelli iter necti nota est.

dibus)peſtem,vaſtitatem,cruciatum, tormenta denunciat.Dolabellæ ferũ & ĩmane facinus, quod nulla*Barbaria poſſet* agnoſcere,id ſuo conſilio factum eſſe teſtatur.quæq;eſſet facturus in hac vrbe, niſi eum hic * ipſe Iuppiter ab hoc templo atque mœnibus repuliſſet, declarauit in Parmẽſium calamitate: quos optimos viros, honeſtiſſimos homines,*maxima cum authoritate huius populíque Romani dignitate coniunctos* crudeliſſimis pœnis interemit * propudium illud & portentum L.Antonius.

* barbaries
*ignoſcere id deorũ conſ.
*hinc
*maxime
* crudeliſſime interfecit
*prẹludiũ

MATVRANTIVS SORTITI)vt alter Romam veniret:alter in Galliam proficiſceretur. CAESAR)Octauius. PRIMIS peſtibus)que à Marco Antonio paratæ erant,& imminebant,cum Brunduſio rediret, niſi Octauius obſtitiſſet. DOLOREM domeſticum)de patris cẹde. A quo)Panſa. INIBI) in eo ipſo loco. SPE) quam nunc concipimus euaſiſſe Brutũ. VIM fortunæ)quæ adhuc poſſet Bruto obeſſe obſeſſo. SIGNIFICATIO)oſtendebãt enim ſe Ciceroni aſſentiri. ET à Propr.)ſic legendum eſt. PROPRAETORE) id eſt Octauio. TERTIO Cæſaris prælio) quo Octauius conflixit. SI hoſtium) ſi hoſtes fuere Antoniani,quorum ſanguis à militibus noſtris eſt effuſus , pietas in patriam militum noſtrorum ſumma fuit: eorundem vero nefarium ſcelus vocandum,ſi ciuium ſanguinẽ effudere. SED hoſtes fuerunt non ciues) quoniam omnes hoſtes ſcelere anteceſſit. NISI mucrones &c.)quod ridiculum eſſe dicit. SVPPLICATIONES) Oſtendit vehementer errare qui decernendas cenſeant ſupplicationes & gratulandum dijs immortalibus, ac ciues non hoſtes dicant cẹſos, quaſi probaturi ſint decretas pro ciuium cẹdibus ſupplicationes. GRATAE) ac ſi dicat minime. DE ĩprobis inqt & audacibus)verba ſunt aduerſariorũ de improbis & audacibus ciuib⁹ victis decernuntur ſupplicationes. CLARISSIMVS vir)Qu.Fuſius,aut Piſo. QVAE ſunt &c.) Sed hẹc maledicta in vrbanis litibus vſurpantur. NEC iniuſta)nam qui accuſantur in foro & in ciuilibus cauſſis improbi dici ſolent,& audaces. EVELLI inter &c.)deprauatus locus eſt & euellunt terminos legendum. Ironice autem inquit, ſic improbi & audaces,Antonius.& qui eũ ſectantur vocandi ſunt,vt in litibus ciuilibus appellantur,qui ſceleris quippiã committunt, cuius cum accuſantur, improbi dicuntur & audaces,vt qui terminos euellunt, teſtamenta falſa pro

veris subijciunt, aut eijciunt vicinos ex suis prędijs, quod fieri frequẽter solet à potentioribus: aut adolescentulos pupilosq; circũueniunt. hæc inquit faciũt Antonius, & qui eũ sectantur, vt improbi & audaces appellandi sint? quasi dicat minime. hæc sed contra patriam bellum gerunt, & nobis exitium machinantur & minantur. QVATVOR Consſ.) Hirtio, Pãsæ, Decio. Plãco, suis cladibus, quas ipsi sibi machinantur. FACINVS) Treboniį cædẽ. AB hoc templo) Capitolio. PARMENSIVM) in Gallia Cisalpina, insignis ciuitas Parma est, à fluuio qui eã præterlabitur sic dicta est. PRAELVDIVM) qui quasi præludit fratris crudelitati. est enim prędudere prætentare atq; experiri rẽ. Tractum à citharedis, qui ante legitimum sonum recensent & prętentant chordas. Papinius in Achilleide, Magnúsque tibi proludit Achilles.

Parma.

proludiũ.

prędudere.

Insigne odium omnium hominum: vel, si etiam dii oderint, quos oportet, omnium deorũ. Refugit animus Patres Con. eáque formidat dicere, quæ L. Antonius in Parmensium liberis & coniugibus effecerit. quas enim turpitudines Antonii libenter cum dedecore subierũt, easdem per vim lætãtur aliis se intulisse. sed vis calamitosa est, quam illis intulerunt: libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita est vita. Est igitur quisquã qui hostes appellare nõ audeat, quorum scelere crudelitatem* Carthaginensium victam esse fatentur? Qua enim in vrbe tam immanis Annibal capta, quàm in Parma subrepta Antonius? nisi forte huius coloniæ, & cæterarũ, in quas eodem est animo, non est hostis Antonius putandus. si vero coloniarum & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis Vrbis? quã ille ad* explendas egestates latrocinii sui cõcupiuit? quã iam peritus metator & callidus decempeda sua Saxa diuiserat. Recordamini per deos ímortales P. C. quid hoc biduo timuerimus, à domesticis hostibus, id est qui intra

* constat

* expiãdas

mœnia hostes sunt,rumoribus improbissimis dissipatis. Quis liberos?quis coniugem aspicere poterat sine fletu? quis domum?quis tecta?quis larem familiarem? Iam autem fœdissimam mortem omnes aut miserabilem fugã cogitabant. Hæc à quibus timebantur, eos hostes apellare dubitamus?Grauius si quis attulerit nomen,libenter assentiar:hoc vulgari contentus vix sum: leuiore nõ vtar. Itaque cum supplicationes iustissimas ex his literis, quæ recitatæ sunt,decernere debeamus, Seruiliusq; decreuerit:augebo omnino numerum dierum:præsertim cum non vni,sed tribus ducibus sint decernendæ. Sed hoc primum faciam vt Imperatores appellem eos,quorum virtute & consilii fœlicitate maximis periculis seruitutis atq; interitus liberati sumus. Etenĩ cui vigĩti his annis supplicatio decreta est,vt non imperator appellaretur, aut minimis rebus gestis,aut plerumque nullis? Quamobrem aut supplicatio ab eo,qui antè dixit,decernenda non fuit: aut vsitatus honos,peruulgatúsque tribuendus iis, quibus etiam noui & singulares debentur. At si quis Hispanorum aut Gallorum aut Thracum, mille aut duo milia occidisset, non eum hac consuetudine, quæ increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?

MAT. QVOS oportet)illos ąs deos odisse oportet. ANTONII)Marc⁹ & Luci⁹fœdissimæ & corruptissimæ pueritiæ. ALIIS)vt Parmẽsium pueris & puellis quos struprauerat. OBLITA)fœdata & conquinata ab oblino HVIVS Coloniæ)Parmæ. CALLIDVS)ironice. RECORDAMINI)nũciatum fuerat,tametsi falso,quod mox dicetur: victoriam assecutum Antonium: & infesto agmine ad vrbem venire. MAGNVS timor) & ingẽs in vrbe fuerat trepidatio. DISSIPATIS)diuulgatis. LAREM familiarem) cuiusq; priuatę domus deũ presidẽ. GRAVIVS)q̃ hostis. TRIBVS du-

cibus)Panſæ,Octauio,Decio. AB eo)Seruilio. APPELLARET Senatus)quaſi dicat appellaret.

Decẽpeda. BEROAL. Saxa diuiſerat) nomẽ eſt Aſſeclæ Antoniani perditiſſimi ſcilicet & profligatiſſimi,ſupra carpens cœtũ Antonianorũ Cafones & Saxas, probris eſt inſectatus: Decempeda autem pertica eſt,qua architecti & fabri atq; menſores vti ſolent: hinc decẽpedator dictus,qui decẽpeda agrum metatur. Horatius,Nulla decẽpedis metata porticus.Sicut autẽ à numero pedum denum dicta decẽpeda eſt:ita à quinq; pedib⁹ nuncupata quinquepeda:quæ vt ait epigrãmiſta.Sæpe redẽptoris prodere furta ſolet.Metatores appellãt proprie eos,qui locũ eligunt caſtris atq; metantur,vt Vegetius docet: hinc illud Lucani,Heſperios audax veniã metator in agros. Rumoribus diſſipatis) id totũ deſcribit epiſtola quadã ad Brutum his verbis,Triduo aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimã rumore quodã perculſa ciuitas tota ad te ſe cum coniugibus effundebat:eadẽ recreata ad duodecimum Calẽdas Maias te huc venire q̃ ſe ad te ire malebat . quo quidẽ die magnorum meorum laborum multarũq; vigiliarum fructum cepi maximum : ſi modo eſt aliquis fruct⁹ ex ſolida veraq; gloria.nã tantę multitudinis quantam capit vrbs noſtra, cõcurſus eſt à me factus:cum ea vſq; in Capitoliũ deductus maximo clamore atq; plauſu in Roſtris collocatus ſum. Supplicationes decernere)Mos fuit priſcorum Romanorum ſupplicationes decernere Imperatoribus ob res egregie bello geſtas. Vni Ciceroni in toga ſupplicationis honos habitus eſt) ob detectam Catilinę coniurationem: Cęſari Dictatori ob res clariſſime geſtas in Gallia,decreta eſt ſupplicatio quindecim dierum:quod ante id tempus accidit nulli.Nunc M.Tullius quinquaginta dierũ ſupplicationes decernit nomine triũ imperatorum,Octauij Cæſaris,Hirtij,& Panſæ Conſulum. Imperatorem appellaret Senatus)Refert Appianus nomen imperatoris maxime eſſe apud milites authoritatis:quẽ honorẽ Prætores reiq; militaris Præfecti in maximis belli operibus ſibi antiquitus vendicabant. nunc autẽ vt verbis Appianis vtar,eũ ſub quo decem milia concidiſſent,hac appellatione dignũ haberi audio.M.Tullius plurib⁹ in locis gloriatur q̃ Imperator appellatus ſit ab exercitu ob Pindeniſſas atq; Amanlenſes profligatos . Idem hoc in loco teſtatur nomen Imperatoris concedi illi ſolere,qui mille vel duo tãtum milia hoſtium concidiſſent.

Metator.

Supplicationes decernẽdi mos.

Imperatoris nomẽ.

Tot legionibus cæſis, tãta multitudine hoſtiũ interfecta(dico iquã hoſtiũ: q̃uis hoc iſti hoſtes domeſtici nolit)clariſſimis ducibus ſupplicationũ honorẽ tribuemus, Imperatoriũ nomẽ adimemus? Quãto cũ honore, lætitia,gratulatione in hoc templũ igredi debẽt illi ipſi huius

Vrbis liberatores, cum heſterno die propter eorum res geſtas me ouantem & propè triumphantem Populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domũ *me reduxerit. Is enim demum eſt mea quidem ſententia, iuſtus triumphus ac verus, cum bene de Republica meritis teſtimonium à conſenſu ciuitatis datur. nam ſiue in communi gaudio populi Romani *gratulabantur, magnum iudicium: ſiue vni gratias agebant, eo maius: ſiue vtrunque, nihil magnificentius excogitari poteſt. Tu igitur de te, dixerit quiſpiam. *equidem inuitus: ſed iniuriæ* dolor facit me præter conſuetudinem gloriosum. *Nó enim ſatis eſt *hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus nó* referre: niſi crimen ingerãt etiam in eos qui omnes ſuas curas in Reipublicæ ſalute defigunt? Scitis enim per hos dies creberrimũ fuiſſe ſermonem, me per Idus Quintil. qui dies hodie eſt, cum faſcibus* deſcenſurum. in aliquem ne impetus, crimen inuidiæ quæretur? Credo hoc *gladiatorem, aut latronem, aut Catilinam eſſe *conſulturum: non eum qui ne quid tale in Republica fieri poſſit, effecerit. An vt ego qui Catilinam hæc molientem ſuſtulerim, euerterim, afflixerim, ipſe extiterim repente Catilina? quibus auſpiciis iſtos faſces Augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem? quanquam opinor *non fuiſſe tã ſceleratum, qui hoc fingeret: nec tam furioſum, qui crederet. Vnde igitur iſta ſuſpicio? vel potius iſte ſermo? cum, vt ſcitis, hoc triduo vel quatriduo triſtis à Mutina fama manaret: inflati lætitia atque inſolentia impii ci-

*inde red.

*mihi.

* & quidẽ
*dolore
aio me
nõne ab
*referrieti-
ám ne eos,

*deſcẽſurũ
aliquẽ Im-
peratorem
habituri erã
mus? crimẽ
*conſultũ

*nec

ues vnum ſe in locum ad illam curiam viribus potius ſuis,quàm Reipublicæ infœlicem cõgregabant. Ibi cũ cõſilium inirent de cæde noſtra, partirenturq; inter ſe, qui Capitolium,qui hoſtia,qui Vrbis portas occuparẽt: ad me concurſum futurum ciuitatis putabant.quod,vt inuidia mea fieret,& cum vitæ etiam periculo, famam iſtam faſcium diſſipauerunt: faſces ipſi ad me delaturi fuerunt.quod cum eſſet quaſi mea voluntate factum, tum impetus conductorum hominum, quaſi in Tyrannum parabatur,ex quo cædes eſſet veſtrum omniũ conſecuta.quæ res patefecit Patres Conſcripti, ſed ſuo tempore totius huius ſceleris fons aperietur. Itaque P. Apuleius Tribunus plebis, meorum omnium cõſiliorum periculorumq; iam inde à Conſulatu meo teſtis, conſcius,& adiutor,dolorem ferre non potuit. doloris mei concionem habuit maximam, populo Romano vnum atque idem ſentiente.in qua concione cum me pro ſumma*coniũctione & familiaritate liberare ſuſpicione faſcium vellet: vna voce cuncta concio declarauit, nihil eſſe à me vnquam de Republica niſi optime cogitatum. Poſt hanc habitam concionem duabus tribúſve horis optatiſſimi nuncii & literæ venerunt: vt idem dies nõ modo me iniquiſſima inuidia* liberaret, ſed etiam celeberrima Populi Romani gratulatione auxerit.

*noſtra

*liberarit,

MATVRANTIVS. ADIMEMVS)minime. QVANTO)audita Pãſæ & Octauij victoria gratulabũdus populus domum cucurrit Ciceronis, & in Capitolium quaſi victorem & ouantem comitatus eſt. TV igitur de te)

ſcilicet hæc ais gloriabundus: ac ſi diceret,turpe eſt. EQVIDEM inuitus) ſcilicet dico inquit Cicero. INIVRIAE dolore)quęnam mox fuit declarat. NONNE ſatis eſt)ſufficiebat nõ referri mihi ab ignaris virtutis gratiam:eſt enim hæc iniuria eaq; non parua:ſed addita eſt multò maxima,quòd finxerunt aliqui me conſularibus inſignibus arreptis ad accipiendum imperium deſcenſurum.hoc diluit Cicero. ALIQVEM ne Imperatorem habituri erimus) ſic dicebant qui hos ſermones diſſipabant. CRIMEN in inuidia quæretur)quærêt ne Cicero hoc crimen & ſcelus cũ inuidia & odio omnium,vt Imperator deſcendat? CREDO hoc)nunc Cicero. CONSVLTVM)quæſitum & rogatum,num facturus eſſet Imperatorem Catilina. IN eum)Ciceronem. QVATENVS) qua ratione & quouſque. OSTIA)ingreſſus. INVIDIA mea)vt odium in me cõcitent. FONS) origo. APVLEIVS)de quo ſupra dictum.

BEROAL. Vni id eſt mihi)ſe enim ipſum intelligi vult,& denotat gratulationẽ illam, qua vt paulò antè memorauimus, cõcurſus populi ad ipſum factus eſt,& ipſe vſque in Capitolium deductus, atque in Roſtris collocatus,maximo clamore vulgi ac plauſu. Triſtis â Mutina fama) vt ſupra memorauimus.triduo aut quatriduo ante victoriam ,timore quodã perculſa eſt tota ciuitas:cum à Mutina fama cladis deuulgata fuiſſet. quo quidem tẽpore omnes ſe ad M. Brutum tanquam vnicum libertatis aſſertorem cum coniugibus & liberis profugere decreuerunt. Impij ciues) illos nimirum deſignat,qui Antonianam ſectam ſequebãtur, Antonioq; abſenti fauebant.

Fons)origo. Apuleius)de quo ſupra dictum.

ASCEN. In hac tota oratione mira eſt Victorini exemplaris diſcrepantia,vt per ea quæ repoſuimus,videre licet:ſed præcipue vbi commentarij repoſuerunt,Aliquêm ne Imperatorem habituri erimus? Victorinus habet, In aliquém ne Impetus,crimen inuidię,quęretur ſcilicet ab inuidis? Et ſequitur,Credo hoc gladiatorem aut latronem aut Catilinam eſſe conſulturum, non eum &c.

Hæc interpoſui Patres Cõſcripti,nõ tam vt pro me dixerim(male enim mecum ageretur, ſi parum vobis eſſem ſine defenſione purgatus)quàm vt quoſdam nimis ieiuno animo & anguſto monerem, id quod ego ſemper feciſſem,vti excellẽtium ciuium virtutem imitatione dignam, non inuidia putarẽt. Magnus eſt in Re publica campus (vt ſapienter dicere Craſſus ſolebat.)

multis apertus cursus ad laudem. Vtinam quidem illi principes viuerent, qui me post meum Consulatum, *(tum iis ipse cederem)principem non inuiti videbãt. Hoc vero tempore in tanta inopia constantium & fortium Consularium, quo me dolore affici creditis,cum alios male sentire, alios nihil omnino curare videam, alios parum constanter in suscepta caussa permanere, sentẽtiamq; suam non semper vtilitate Reipublicæ, sed *conspecto timore moderari? Quod si quis de contentione principatus laborat,quæ nulla esse debet,stultissime facit, si vitiis cum virtute contendit. Vt enim cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. Tu si ego de Republica optime sentiam,vt me vincas, ipse pessime senties?aut si ad me bonorum concursum fieri videbis,ad te improbos inuitabis?nollem,primum Reipublicæ caussa, deinde etiam dignitatis tuæ. Sed si principatus ageretur, quem nunquam expetiui, quid tandem mihi esset optatius?ego enim malis sententiis vinci non possum,bonis forsitan*possim & libẽter.hæc populum Romanum videre,animaduertere, iudicare, quidam molestè ferunt.poterât ne fieri,vt non perinde homines quoque,vt quisque mereretur,iudicarent? Vt enim de vniuerso Senatu populus Romanus verissime iudicat, nullis Reipublicæ temporibus hunc ordinem firmiorem,*aut fortiorem fuisse:sic de vnoquoque nostrum & maxime qui hoc loco sententias dicimus, scisitantur omnes, auent audire quod quisque senserit: ita de vnoquoque,vt* quẽquam meritum arbitrantur, existimant

*cum

*cum spe, tum timo.

*possum.

*atque

*quenque

existimant. Memoria tenent, me ante diem xiiii. Cal. Ian. principem reuocandæ libertatis fuisse: me ex Calendis Ianuariis ad hanc horam vigilasse Reipublicæ: meam domum, meásque aures dies & noctes omnium præceptis monitísque patuisse: meis literis, meis nũciis, meísque cohortationibus omnes, qui vbique essent, ad patriæ præsidium excitatos, meis sententiis à Calendis Ianuariis nunquam Legatos ad Antonium: semper illum hostem, semper hoc bellum iudicatum: vt ego, qui omni tempore veræ pacis author fuissem, huic essem nomini pestiferæ pacis inimicus. *Iidem Ventidium, cum *aliis Tribunũ plebis * voluisse. semper illum haberi hostem. In has sententias meas si Conss. designati discessionem facere voluissent, omnibus istis latronibus authoritate ipsa Senatus iam pridem de manibus arma cecidissent. Sed quod tum non licuit Patres Conscripti, id hoc tempore non solum licet, verum etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari, sententiis nostris hostes iudicari. Antea cum hostem aut bellũ nominassem, semel & sæpius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt: quod in hac caussa iam fieri non potest.

Iudicatum vacat in cod. ant.
* Idem
* alij
* voluissẽt, num ego semper hostem?

MATVRANTIVS. MALE ageretur) male mihi esset. IEIVNO) vacuo, & idcirco detrahendi cupido & mordendi caussa, vt ij faciunt qui ieiuni sunt. CRASSVS) ille Orator, de quo apud Ciceronem de Oratore. ILLI principes) ~~Cato, Bibulus, Põpeius.~~ MALE sentire) de Republica. MODERATI) vt multi Antonium timentes faciebãt. PRINCIPATVS) vt primus sit. TV) quicunque es, qui splendori meo inuides. QVOD mihi esset optatius) quàm tecum de principatu contẽdere. Fusium certe aut Pisonem significat. Hæc me talem esse. Poterát ne fieri) minime fieri poterat. AD Antonium) mitti voluisse. IIDEM) scilicet memoria tenent,

me vnum voluisse semper Ventidium cum alijs Tribu. pleb. qui ad Antoniũ se contulerunt, hostem esse. CONSS. designati) Pansa & Hirtius. DISCESSIONEM) Senatusconsultum per discessionem, cum omnes assentirẽtur Ciceroni. SVSTVLERVNT) quod ciues hostes appellarem.

Senatusc̃ sultũ vt fiat. Discessio.

BEROAL. Discessionem facere voluissent) Senatusconsultũ fieri duobus modis scribunt M. Varro & Gellius: aut enim per discessionem fit, aut per singulorum sententias exquisitas. Tubero ait nullum Senatusconsultum fieri posse non discessione facta, quia in omnibus Senatusconsultis etiam in his quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria: idq; Ateius Capito verum esse cõfirmat. De hac discessione intelligi voluit M. Tulli⁹ scribens in epistolis ad Lentulũ, Frequentes ierunt in alia omnia. Liui⁹ quoq; discessionẽ significat cum ait, Sed tum quoque aut verbo assentiebat, aut pedibus in sententiam ibat. Hinc non pauci opinantur pedarios Senatores appellatos, qui in alienam sententiã pedibus ibant: cum ipsi sententias non togarentur. Suetonius in Tyberio, Cum Senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeuntẽ eum in alteram partem in qua pauciores erant, secutus est nemo.

Pedibus in sentẽtiã ire.

Ex literis enim Caii Pansæ & A. Hirtii Consulum, & Caii Cæsaris proprætoris, de honore diis immortalibus habẽdo, sententias diximus. *supplicationes modo qui decreuit, idem imprudens hostes iudicauit. nunquã enim in Ciuili bello supplicatio decreta est. decretam dico, ne victoris quidẽ literis postulata est. Ciuile bellũ Cõs. Sylla gessit. legionibus ĩ vrbẽ adductis, quos voluit expulit: quos potuit, occidit: supplicationis mentio nulla. Graue bellum Octauii insecutũ est, supplicatio nulla Cinnæ victoris. Cinnæ victoriam Imperator vltus est Sylla, nulla supplicatio decreta à Senatu. ad te ipsum *P. Seruili misit vllas Collega literas de illa calamitosa pugna Pharsaliæ? num te de supplicatione voluit referre? profecto noluit. At misit postea de Alexãdria, de Pharnace.* Pharsaliæ vero pugnæ ne triumphum quidem egit. eos enim ciues pugna illa sustulerat, quibus non

*supplicationem.

* P. Seruilium

* Pharsalicę

modo victoribus,sed etiam viuis,* incolumis & florens ciuitas esse posset: quod idem contingerat superioribus bellis ciuilibus. nam mihi Cõsuli supplicatio nullis armis sumptis,non ob cædem hostium, sed ob*seruatiouem ciuium,nouo & inaudito genere decreta est. Quã ob rẽ aut supplicatio ob * res Reipublicæ pulcherrime gestas postulantibus*nostris Imperatoribus publice deneganda est: quod præter Gabinium contigit nemini: aut supplicatione decreta, hostes eos,de quibus decernitis,iudicetis necesse est. Quod ergo* ille re,ego etiam verbo,*hoc ipso nomine & eos qui iam deuicti sunt,& eos qui supersunt hostes iudico, cum victores appello Imperatores. Quomodo enim potius Pansam appellem?& si habet honoris nomen amplissimi? quo Hirtium?est ille quidem Consul, sed alterum nomen beneficii est populi Romani, alterum virtutis atq; victoriæ. Quid Cæsarem deorũ beneficio Reipublicæ procreatum,dubitém ne appellare Imperatorem? qui primus Antonii immanem & fœdam crudelitatem non solum à iugulis nostris, sed etiam à membris & viscеribus auertit. Vnius autem quot & quantæ virtutes dii immortales fuerunt? Princeps enim omnium Pansa prælii faciendi,& cum Antonio confligendi fuit, dignus Imperator legione Martia, digna legio Imperatore. cuius si acerrimum impetum cohibere Pansa potuisset,vno prælio confecta res esset

* &

* cõseruationem

* Rẽp. pulcherrime gestam

* vestris

* illi

* cũ imperatores eos appello, hoc ipo nomine q etiã deuicti sũt, & eos qui super sunt, hostes iudico cũ victores appello iperatores.

MATVR. IMPRVDENS) incautus & minus aduertẽs. OCTAVII) qui Cinnam expulit. COLLEGA) scripsit ne ad te amicum & Collegam

Iulius vt de supplicatione ei decernenda referres in Senatu? DE Alexandria) de victoria Alexandrina & Pharnace magni Mithridatis filio deuicto, quem intra quintum quam affuerat diem. quatuor quibus in conspectum venerat profligauit horis: quam victoriæ celeritatem ad Amantium familiaritatem tribus scripsit verbis, veni, vidi, vici. NE triumphum quidem egit) triumphare pro victoria ciuilis belli Romanis legibus non licebat. Et Lucanus ait, Bella geri placuit nullos habitura triũphos. SVPERIORIBVS) Syllæ, Marij, Octauij, Cinnæ. PRAETER Gabinium) is est Gabinius qui Consul cum Pisone Ciceroni fuit infestissimus, quo tempore in exilium trusus est, Syriam proconsul tenuit, ob res contra Parthos gestas, suppicationes postulauit, negatæ sunt Cicerone in primis id agente ne decernerentur. HOSTES) qui victi sunt. AMPLISSIMI) Consulatus. ALTERVM) Imperator, quo nomine non appellabatur quispiam, nisi cum hostibus conflixisset, & iustam victoriam adeptus esset, & ab exercitu quidem hoc nomine honorari solebant.

veni, vidi, vici.

Gabinius.

Imperator

BEROAL. Nunquam in ciuili bello supplicatio) Si quis apud veteres Romanos res præclaras maximeq; Reipublicæ vtiles in ciuili bello gessisset. non appellabatur Imperator, neque vllæ supplicationes ei decernebantur, neque aut ouationem, aut triumphum consequebatur: quia vt necessarię istę, ita lugubres semper existimatæ sũt victoriæ, vt pote nõ externo sed domestico cruore partę. Ideóque laureã nec Senatus cuiquã dedit, nec quisquã sibi dari desiderauit ciuitatis parte lachrimãte. Publium Seruilium) legere malim Publi Seruili, vt sit casus vocatiuus, quem salutatorium appellant, sermone ad ipsum Publium Seruilium per apostrophen directo, qui id temporis erat in Senatu, qui Collega fuit in Consulatu Cæsaris Dictatoris, in bello ciuili Põpeiano. Ne triumphũ quidẽ egit) Cæsar Dictator profligatis aduersarijs victor ac voti compos domum reuersus egit quinq; triumphos, primum Gallicum, sequentem Alexandrinum, Deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouissimum Hispaniensem. Pharsalicæ vero pugnæ & Pompeianæ cladis nullum egit triumphum, nec fas erat ciuem triumphare de ciue. Annotant Historici populum Romanum dolenter grauiterq; tulisse, cum in triumpho Cæsaris Africano imagines Scipionis, Petreij, & Catonis, representatæ fuissent eo habitu, quo illi mortem opetierant. adeò omnis ciuilis victoria perinde ac funesta damnabatur. Præter Gabiniũ) in oratione cõtra Pisonem tradit Gabiniũ cum nihil aliud in prouincia Syria egisset nisi vt vrbes depopularet, agros vastaret, exhauriret domos, postulasse à Senatu per literas supplicationẽ: Senatũ literis Gabinij nõ credidisse, postulãtibꝰ denegasse, vnde subiũgens ait, His ego rebus pascor, his delector, his perfruor, quod de Pisone & Gabinio Senatꝰ opinat, nõ secus ac deterrimis hostibus.

Triumphi Iulij Cæs.

Sed cum libertatis auida legio effrenatius in aciem

hostium irrupisset, ipséque in primis Pansa pugnaret: duobus periculosis vulneribus acceptis, sublatus è prælio reipu. vitam reseruauit. Ego vero hunc nõ solũ Imperatorem, sed etiam clarissimum Imperatorem iudico: qui cũ aut morte, aut victoria se satisfacturũ reipu. spopondisset, alterum fecit: alterius dii immortales omen auertant. Quid dicam de Hirtio? qui re audita è castris duas legiones eduxit incredibili studio atque virtute: quartam illam, quæ relicto Antonio se olim cum Martia legione coniunxit: & septimã, quæ cõstituta ex veteranis docuit hoc prælio, militibus his qui Cæsaris beneficia seruassent, Senatus Populíque Romani charũ nomen esse. *In his viginti cohortibus nullo equitatu Hirtius ipse Aquilam quartæ legionis cũ inferret, *qua nullius pulchriorem speciem Imperatoris accepimus, cum tribus Antonii legionibus equitatúque cõflixit: hostésque nefarios, huic* Iouis optimi maximi, cæteríq; deorum immortalium templis, Vrbis tectis, *populi Romani nostræ vitæ, sanguiníque imminentes prostrauit, fudit, occidit: vt cum admodum paucis nocte tectus, metu perterritus, princeps latronum dúxque fugerit. O solem ipsum beatissimum, qui antequam se abderet, stratis cadaueribus parricidarum, cum paucis fugientem vidit Antonium. An vero quisquam dubitabit appellare Cæsarem Imperatorem? ætas eius certe ab hac sententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute superauit ætatem. Ac mihi semper eo maiora beneficia Cæsaris visa sunt, quo minus erant ab ætate illa postulãda. cui

*In vacat in cod. ant.
* quã vlli pulchri.
*Ioui maximo
*libertati

cum imperium dabamus, eodem tẽpore & ſpem eius nominis deferebamus: quod cum eſt conſecutus, autho ritatem noſtri decreti rebus geſtis ſuis cõprobrauit. Hic ergo adoleſcẽs maximi animi, vt veriſſime ſcribit Hirtius, caſtra multarũ legionum paucis cohortibus tutatus eſt, ſecundũmque prælium fecit. Ita trium Imperatorum populi Romani virtute, conſilio, felicitate, vno die locis pluribus reſp. eſt cõſeruata. Decerno igitur eorum trium nomine. L. dierum ſupplicationes *cauſſas vt honorificentiſſimis verbis ipſe conſequi potero, complectar ipſa ſententia. Eſt autẽ fidei pietatíſque noſtræ, declarare fortiſſimis militibus, quã memores *ſumus, quánque grati. Quamobrẽm promiſſa noſtra atque ea, quæ legionibus bello confecto tributuros nos ſpopõdimus, hodierno Senatuſconſulto renouanda cenſeo. Aequum eſt enim militum, talium præſertim, honorẽ cõ iungi. Atque vtinam P.C. ciuibus omnibus ſoluere no bis præmia liceret, quãquam ea, quæ nos promiſimus, ſtudioſe *quam multa reddemus. Sed id quidẽ reſtat (vt ſpero) victibus, quibus Senatus fides præſtabitur, *quã difficillimo Reip tempore ſecuti ſunt, eos num quam oportebit conſilii ſui pœnitere.

*quas vt

*ſimus.

*cumulata

*quanquã

*præſtatur

quã cum

*quem

MATVR. REIP. vitam reſeruauit) ſe morti ſubduxit, vt diutius Reip. viueret. Sagitta percuſſus eſt, duobus vulneribus acceptis, quibus poſtea perijt. ALTERVM fecit) vt victoria ſatisfaceret. ALTERIVS) vt morte ſatisfaceret. ILLA) Quartam ſignificat. Et eſt ſenſus: & Quarta legio & Martia ac ſeptima ex veteranis militibus cõſtans, quę beneficia Iulij ſeruauerunt, charum ſibi eſſe Senatus populíq; Romani nomen docuerunt, cum ſic fortiter & ſtrenue pro Senatu & populo Romano pugnauerũt. HOC prę lio) Mutinenſi. GAESARIS beneficia ſeruaſſent) rata eſſe voluiſſent, quæ

Cæsari Iulius tradiderat & constituerat. AQVILAM) signiferi manu raptam cum cunctaretur ille. HVIC Ioui) Capitolino. DVX latronum) Antonius. IMPERIVM) fasces & exercitum, ac Propretoris nomẽ. TRIVM) Pansæ, Hirtij, Cæsaris. RESTAT) vt prȩmia promissa reddamus victoribus: nam mortuis iam persoluenda sunt præmia.

BEROAL. Alterius omen auertant) frustra optat M. Tullius, vt dij immortales in Pansa Consule omẽ mortis auertant, cum vulneratus in prælio paulò mox ex vulnere decesserit. Tradũt historici Pansam Cõsulem ictu sagittæ in ilibus confossum, delatum esse Bononiam, ibiq; perisse cum Hirtius Collega in acie cecidisset. Rumor dissipatus est, ambos opera Augusti Cæsaris occisos, vt solus rempublicam occuparet. Quin etiam Pansę adeò suspecta mors fuit, vt Glico medicus custodit⁹ sit, quasi venenum vulneri indidisset. Moriens Pansa, vt author est Appianus, suasit Augusto, vt Antonio reconsiliaretur. Cadauera Hirtij & Pansæ Augustus Romam, vt illic sepelirẽtur deportari iussit. Virtute superabit) Ex hac sententia exijt illud Maronianum, Ante annos animumq; gerens mentemq; virilem. & â Persio dictũ est, Scilicet ingenium & rerũ prudentia velox. Ante pilos venit, dicenda tacendaq; calles. Decerno quinquaginta dierũ supplicationes. Appianus lib. iij. bellorum ciuilium sic refert. Supplicationes ob res in Antoniũ gestas, quinquaginta dierum anniuersarias Senatus habendas censuit, quot nec vnquam bello Celtico aut alijs in bellis decreuere Romani. Confirmata duabus legionib⁹ prȩmia, quæ ab Antonio profugerãt. singulis scilicet militib⁹ drachmæ quinq; milia, quasi victoribus, quæ olim promiserat Senatus, cõcessumq; solennibus diebus corona florida vti posse.

mors Pãsæ, & Hirtij.

Sed facile est bene agere cum his, à quibus etiam tacẽtibus flagitari* videmur. Illud admirabilius & maius, maximéque proprium Senatus sapientis est, grata eorũ virtutem memoria prosequi, qui pro patria vitam profuderunt. Quorũ de honore vtinã mihi plura in mentẽ venirent: Duo certe non præteribo, quæ maxime occurrunt. quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam: alterum ad leniendum mœrorem & luctum proximorum. Placet igitur mihi P.C. legionis Martiæ militibus, & eis, qui vna pugnantes occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimũ.

*videamur

magna atque incredibilia sunt in rẽp. huius merita legionis. hæc se prima ab latrocinio abrupit Antonii. hæc tenuit Albam. hæc se ad Cæsarem contulit. Hanc imitata quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est. quarta victrix desiderat neminem. ex Martia nonnulli in ipsa victoria *ceciderunt. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita. Vos vero patriæ natos iudico, quorum etiam nomen à Marte est, vt idem deus Vrbem hanc gentibus, vos huic Vrbi genuisse videatur. In fuga fœda mors est, í victoria gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenque pignerari solet. Illi igitur impii, quos cecidistis, etiã ad inferos pœnas parricidii luent. Vos vero, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem & locum consecuti. breuis *à natura vobis vita data est: at memoria bene redditæ vitæ sempiterna. quæ si non esset lõgior quàm hæc vita, quis esset tam amens, qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriámque contenderet? Actum igitur præclare vobiscũ fortissimi dum vixistis: nunc vero *sanctissimi milites, quod vestra virtus nec obliuione eorum qui nunc sunt, nec reticentia posterorum *sepulta esse poterit: cum vobis immortale monumentum suis pene manibus Senatus, populúsq; Romanus extruxerit. Multi sæpe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis clari & magni fuerunt: nec tamen vllis tale genus honoris tributum est. Atque vtinam maiora possemus: quandoquidem à vobis maxima accepimus. Vos ab Vrbe furentem Antonium

* concide-runt

autẽ vobis

*etiam

*insepulta

nium auertistis. Vos redire molientem repulistis. Erit gitur extructa moles opere magnifico, inciſæque literæ diuinæ virtutis teſtes ſempiternæ: nunquánque de vobis, eorum, qui aut videbunt veſtrum monumentū aut audient: *grauiſſimus ſermo conticeſcet. ita pro mortali conditione vitæ, immortalitatem eſtis conſecuti. Sed quoniam P.C. gloriæ munus optimis & fortiſſimis ciuibus monumenti honore perſoluitur: conſolemur eorum proximos: quibus optima eſt hæc quidem conſolatio parentibus, quòd tāta reipublicæ præſidia genuerunt: liberis, quòd habebunt domeſtica exempla virtutis: coniugibus, quòd his viris carebunt, quos laudare, q̄ lugere præſtabit: fratribus, quòd in ſe, vt corporum, ſic virtutum ſimilitudinem eſſe confident.

* gratiſſimus

MATVRANTIVS A quibus tacentibus) Tritum eſt prouerbium, Satis flagitare qui bene ſeruit & tacet. MEMORIA proſequi) vt memorem gratumq; ſe oſtendat. MONVMENTVM (Polyandrium, hoc eſt tumultum multorum virtuti extructum. QVAE naturæ debita) omnino enim lege naturæ moriendum fuit. EX acie pignorari) veluti pignus accipere & ad ſeſe rapere, ac pro pignore quodam fortitudinis tenere. PIORVM) in campis Elyſiis, vbi habitant animę beatorum: de quibus plura Virgilius lib. ſexto. REDDITAE) quia accipimus à deo hanc vitam, cū repoſcat redditur: vnde & defungi vita dicuntur, hoc eſt vitę officio nobis à deo attributo.

Polyādriū.

BEROAL. Ad leniendum mœrorem proximorum) Plato in eo libro cui titul⁹ eſt Menexenus, ſiue Epitaphium, magnifica oratione funebri proſequitur eos, qui in prælio ob patriam ceciderunt. illorum filios fratreſq; ad virtutis ipſorum imitationem hortatur, parentes autem & maiores alios ſi qui ſuperſunt, conſolatur. Ex Platonicis filis Ciceronis hęc tela contexta eſt, & ex philoſophicis racemis collecta vindemia, vt verum ſit illud Ciceronē ex Academię ſpatijs & placitis maximum oratorē extitiſſe, cū omnis vbertas, & quaſi ſylua dicendi ex philoſophorum diſputationib⁹ ducta ſit. Deſiderat neminem) ſignat ex legione Quarta, neminem in pugna occidiſſe. Deſiderati enim hiſtorico vocabulo interfecti nominantur. In fugam fœ

da mors) Consimile est illud Horatianum, Dulce & decorum est pro patria mori: Mors & fugacem persequitur virum, nec parcit imbellis iuuentæ poplitibus, Timidóq; tergo. Longior quam hęc vita) Animę immortalitatē asserit: de qua scribens in Tusculanis quæstionibus sic inquit, Nemo vnquam in spe magna immortalitatis se pro patria obtulit ad mortem: licuit esse ocioso Themistocli: licuit Epaminundę: licuit (ne vetera & externa quęram) mihi, sed nescio quomodo inhęret mentibus quasi seculorum quoddam Augurium futurorum: idq; in maximis ingenijs altissimisq; & existit maxime, & apparet facillime: quo quidē dempto, quis esset tam amens, qui semper in laboribus & periculis viueret? Monumentum) Iurisconsultus titulo de Religiosis, Monumentum est, inquit, quod memorię seruandę gratia existat. Itē monumētum, generaliter res est memorię caussa in posterum prodita: in qua si corpus vel requię inferantur, fieret sepulcrum: si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ caussa factum, quod Græci cœnotaphium appellant. Consolemur proximos) Plato in Menexeno, Patres nostros ac matres, si cui nostrum supersunt, atq; consolatione indigēt, cōsolari oportet, quia deceat facile quęcunque acciderint, ferre. Liberis domestica exēpla) Idem Plato, Equidem ô virorum præstantiū filij, vos ipse & in prędentia exhortor, & in posterum: quęcunq; vestrum nactus fuero, admonebo semper & cohortabor, vt quàm optimi euadere contendatis. MATV. HAEC vita) qua in terris & in corporibus viuimus, & vnà cum morte extinguimur.

Monumentum.

Cœnotaphium.

Atque vtinā his omnibus abstergere fletū sententiis nostris, consultisq; possemus, vel aliqua talis his adhiberi publice posset oratio, qua deponerent mœrorem atque luctum: gauderéntque potius, cum multa & varia impenderent hominibus genera mortis, id genus quod est pulcherrimum, suis obtigisse, eósque nec inhumatos esse, nec desertos. Quod tamen ipsum pro patria, nō miserandū putatur: nec dispersis bustis humili sepultura crematos: sed contectos publicis operibus atque muneribus, eáque extructione, quæ sit ad memoriam æternitatis ara virtutis. Quamobrem id quidem maximum solatium erit propinquorum, eodem monumēto declarari & virtutem suorum &* populi Roma-

*ætatē &

ni pietatem & Senatus fidem & crudeliſſimi memoriã belli.in quo niſi tanta militum virtus extitiſſet,parricidio M.Antonii nomen populi Romani occidiſſet. Atque etiam cenſeo P.C. quæ præmia militibus promiſimus ,nos rep. recuperata tributuros,ea viuis victoribúſque cumulate, cum tempus venerit,perſoluenda. Qui autem ex his,quibus illa promiſſa ſunt, pro patria occiderunt,eorum parentibus,liberis, cõiugibus, fratribus, tribuẽda cẽſeo.Sed vt aliquando ſententia cõplectar,ita cenſeo : Cum C. Panſa Conſul Imperator initiũ cum hoſtibus cõfligendi fecerit:quo prælio legio Martia admirabili incredibilíque virtute libertatem populi Romani defẽderit:quod idem legiones tyronum fecerint: ipſéque C. Pãſa Conſul Imp.cum inter media hoſtium tela verſaretur,vulnera acceperit:Cũq; Au.Hirtius Cõſ. Imp. prælio audito & cognito, fortiſſimo,præſtantiſſimóq; animo exercitũ caſtris eduxerit : impetũq; in M. Antoniũ exercitũq;* eius fecerit,eiuſq; copias occidione occiderit,ſuo exercitu ita incolumi,vt ne vnũ quidẽ militẽ deſiderauerit:Cũq; C.Cæſar Imp.cõſilio diligẽtiáq; ſua caſtra fœliciter defenderit: copiaſq; hoſtiũ quæ ad caſtra acceſſerant,profligarit,occiderit : eas ob res Senatum exiſtimare & iudicare eorum triũ Imperatorũ virtute,imperio,conſilio,grauitate,cõſtantia, magnitudine animi, fœlicitate pop.Ro.fœdiſſima crudeliſſimaq; ſeruitute liberatum:Cúmque remp. Vrbem,templa deorũ immortalium,bona,fortunáſque omnium, liberóſq; conſeruauerint dimicatione & periculo vitæ ſuæ.

*hoſtium fec.

MATVR.ANTIVS QVOD ipsum) inhumatũ & desertum esse. ARA virtutis) veluti ara quędam virtutis: quã omnes intuentes venerentur. ITA censeo) ordo est, Ita censeo ob eas res Senatum existimare & iudicare & reliqua cum C.Pansa Consul, Imperator, initium &c. OCCIDIONE occiderit) nullo superstite. frequens apud Liuium sermo. Occisio potest esse vni aut paucorum: occidio autem generalis est. DESIDERAVERIT) amiserit. perdita desideramus, vnde desiderati dicuntur mortui.

Occidio.

BEROALDVS Id gen⁹ quod est pulcherrimum) Socrates apud Platonem sic sermocinatur, Videtur Menexene apud plurimas gentes prędclarum esse in bello occũbere: etenim qui sic è vita migrat, funere & sepulcho magnificentissimo honoratur. Epaminundas Thebanus dicere solebat ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλιστον, in bello mortem esse pulcherrimam. Apud Silium inquit Annibal, Pugnantem cecidisse meum est. Item in Aelogio Pauli Aemilij, Tibi gloria læto Iam parta insigni. Plato quoq; ita refert: Profecto cum liceret nobis turpiter viuere, honeste mori maluimus. Parentibus tribuenda censeo) Lex Athenienśium, perinde ac optima laudatur: quę parẽtes & filios eorum qui in bello interierunt, ali iubet, summóq; magistratui taliũ committit curam, videlicet ne vlla prorsus iniuria parentes horum afficiantur: filios autẽ educat ipsa ciuitas, studeréq; vt illis ignota sit orbitas: nã ipsa parentis gerit vicem, & dum pueri sunt, & cum ad maturam ætatem venerunt, ad officia sua transmittit, omni armatura fulcit & ornat, patris studia ostẽdit & memorat, dum paternæ virtutis tribuat instrumenta. hinc ait Aspasia in oratione funebri, Nempe senectutem vestram priuatim publiceq; alemus: & quẽcunq; ex illorum progenie nacti fuerimus, summa beneuolentia complectemur. Cum C.Pansa) Formula est senatusconsulti quod censente Cicerone dicernitur. Occidione occiderit) scriptores stragem magnam atq; internecionem significare volentes, dicunt ad occidionem occidi. Columella scribens de fuscis ait, Nam nec ad occidionem gens interimenda est, ne apes inertia laborent.

Desiderare

Athenięsiũ lex.

Vt ob eas res bene, fortiter, felicitérque gestas, C.Pãsa, Au.Hirtius Consſ. Imperatores, alter amboue: autsi *aberunt, M. Cornutus Prætor Vrbanus supplicationes per dies. L. ad omnia puluinaria cõstituãt: Cũq; virtus legionũ digna clarissimis Imperatoribus extiterit, Senatũ, quæ sit antea pollicitus legionibus, exercitibusq; nostris, ea summo studio rep. recuperata *resoluturũ: Cũq; legio

*aberint

*soluturũ

Martia princeps cum hostibus conflixerit, atque ita cū maiore numero hostium cōtēderit: cum plurimos* cæderet,*ceperit nōnullos:cúnque sine vlla*retractatione pro patria vitam profuderint,cúnque simili virtute reliquarum legionum milites pro salute & libertate populi Romani mortem oppetiuerint:Senatui placere,vt C.Pansa,A.Hirtius Cōsules,Imperatores,alter ambóve, si eis videatur,iis qui sanguinem pro vita,libertate, fortunísque pop.Rom.pro Vrbe,templísque deorum immortalium profudissent,monumentum quàm amplissimum locandum,faciendumq;: Vrbem ad eam rē pecuniam dare,cōtribuere,soluere iubeāt:vt extet ad memoriam posteritatis sempiternam*scelus crudelissimorum hostium, militūmque*diuina virtus: Vtique quæ præmia Senatus militibus antè constituit, ea viuis soluantur:eorum vero qui hoc bello pro patria occiderūt, parentibus,liberis,coniugibus,fratribúsque tribuantur, quæ militibus ipsis tribui oporteret,si illi vicissent, qui in morte vicerunt.

*cæderent
*caperent
*necessitate.
*ad
*diuinam virtutem.

MATVRANTIVS. PRAETOR vrbanus) qui absentibus Consulibus maximus in vrbe erat magistratus. AD omnia puluinaria)ad omnia deorum templa & simulachra. RE) effectu. puluinaria

BEROAL. Supplicationes ad puluinaria) Liuius, Supplicatio inde à Consulibus triduum ex Senatusconsulto indicta est, obsecratique circa oīa puluinari dij:quod bellum cū Philippo iussissent populus, id bene ac feliciter eueniret.Item,Obsecratio circa omnia puluinaria facta. Sunt autem puluinaria,vt grammatici docent, lectuli qui sterni in templis consueuerunt, & pro templis ponūtur. Resoluturum)iunctim legēdum est,vt sit dictio vna, non duæ.Plautus in Menechnis, Perdomisco si resolui argētum quibus debeo.M.Ant,vt apud authores idoneos obseruaui,rescripsit orationes male-

dicentissimas, aduersus hasce Ciceronis Philippicas: in quibus inter cætera Ciceroni probro dedit, quod Terentiam immerito repudiasset, quod virginem senex duxisset vxorem. iocatúsque est in Ciceronẽ perinde ac mollem. Cicero autem obiectum crimen vxorium diluit, hoc dicto, quod obiurgantibus quibusdam quod sexagenarius Publiam virginem duxisset vxorem, Cras mulier erit, inquit. Tyro Tullius Ciceronis libertus & in studijs literarum patroni adminiculator, idcirco vxorem hãc à patrono ductam esse refert, vt ita dissoluere posset æs alienum, quo maximo obruebatur, erat enim puella illa opulentissima, eiúsque fortunæ ac opes Ciceronis tutella custodiebantur.

Cicero cur vetulus iuuenculam duxerit.

FINIS.

Sequitur retractatio & recognitio cuiusdam loci in Apuleium, Beroaldo emissi, nihil quidem ad hoc opus faciens, sed ne frustra requiratur illi rursus apposita.

Aulula.

Libet hoc in loco retractare atq; recognoscere locum ex quinto commentario Apuleiano, vbi sic scribit Apuleius, Subde aliquo claudentis aululæ tegmine: illic expositum legi posse, auleæ tegmine: vt ad aulea sensus referatur. verum re perpensa video posse commodissime legi, aululæ tegmine: quasi ollulæ tegmẽ intelligat. Aula enĩ & olla dicitur ex literarũ cognatione: vt plaustrũ plostrũ per diminutionẽ aulula ollula: & hæc lectio atque intellectus videtur esse verior atque fabulæ accõmodatior, quæ tradit Psychen subdidisse lucernã modio: mox sopito Cupidine, lucernã modio erutam deprõpsisse, vt Apuleius cõgruẽter aululã vocet lucernæ tegmẽtũ, quod Fulgẽtius in Mythologiis modiũ appellat in sexto cõmentario, v bi ait, Venus se nihil feciſſe sine Mercurii præsentia: addita hoc quoque interpræ-

Veneris cõciliatio.

tamentis illis ex siderali doctrina depromptis. Possumus etiam exponere idcirco Venerem nihil agere sine præsentia Mercurii: quia sine sermone, cuius deus est Mercurius, Venus non conciliatur: & sine blandimentis verborum atque affabilitate inamabilis insuauísque est cõcubitus. In eodem sexto: vbi ait, Ceres se antiquum fœdus amicitiæ colere cum Venere: potes exponere, Ideo

Cereris & Veneris antiquũ fœd⁹.

dici fœdus esse inter Cererem & Venerem: quia vt docet Comicus poeta, Sine Cerere & Baccho friget Venus. In nono, vbi mentio fit de Saga & vmbra mulieris violenter peremptæ, potest non absurde id referri ad vxorem ipsam pistoris, tanquam eam significet violenter perẽptam à Saga veteratrice, vt eius vmbra abuteretur ad exitiũ marito quoq; cõcinnãdũ. Illud quoq; in principio Asini aurei, At ego sermone isto Milesio legi potest, Vt ego, sensu structuráque verborum subsistẽte. Mihi in animo est quotiensçunque succurrent aliqua meliora prædictis, ea omnia aliis profuturis voluminibus annotare. sapientiores enim, vt dicitur, posteriores sunt cogitationes. & quicunque sunt habiti mortaliũ sapientissimi, vt inquit verissime Columella, multa dicuntur sciisse, non omnia.

Vmbra mulieris.

Retractãdi propositũ.

Sapientissimi non oĩa sciunt.

Habes lector studiose, M. Tullii Ciceronis Philippicas in M. Antonium Orationes, cum vetusto exemplari nobilissimæ diui Victoris in suburbio Parisiensi bibliothecæ collatas, & plurimis locis suæ integritati restitutas: cũ quinque Commentariis, Maturantii, Beroaldi, Trapezũtii, Sturmii & Hegendorphini: additis vbi operæprecium visum, scholiis Ascensianis soceri nostri, quibus præsertim repositæ literæ & reponendæ caussarum meminit. Boni itaque consule & vale ac profice.

Typis imprimebat Michael Vascosanus, Lutetiæ Anno Domini M.D. XXXVII.

SCHOLIA CHRISTOPHORI Hegendorphini, in quatuor Ciceronis Philippicas.



Vur dictæ Philippicæ orationes, Fab. Quintilianus libro decimo de Cicerone scribit, qđ is se totũ ad imitationẽ Grẽcorũ, & maxime Demosthenis dederit: vnde & istas Orationes in M. Antonium Triumuirũ scriptas, verbo, vt Plutarchus quoq; author est, Demosthenis nominauit. Siquidem & Demosthenes quatuor Orationes in Philippum regem Macedoniæ conscripsit: quarum imitatione Cicero & se in Antonium scripsisse videri vult.

Occasio scribendi istas Orationes quæ Ciceroni fuerit.

QVum Brutus & Cassius interfectores C. Cæsaris, Vrbe Roma, & propter concitatam plebem & metum Veteranorum discessissent, & Antio exularent, Cicero quoque in vrbe manere nolebat: tum quòd interfectorum Cæsaris amicus putaretur: tum quòd Antonij & superbiam & impotẽtiam ferre non posset. Et quum primũ obnixe laborasset, vt cũ Dolabella Legatus in Syriã mitteretur, deinde Hirtio & Pansa Consulibus rogantibus, ne se desereret, se anno Consulatus sui, omnibus consilijs, omnibus viribus Antonij vires fracturos, se Antoniũ ex vrbe eiecturos. Mox Legatus Dolabellæ esse recusat, & Athenas proficiscitur, hac spe, & hoc consilio, vt quum primum Pansa & Hirtius Consulatum iniuissent, ipse Romam rediret. Profectus Cicero priusquam in Græciam peruenit, nuntiatur ei, Antonium alium esse factum, atque fuisset: quo audito, Cicero mox Romam reuertitur: quo reuerso, Antonius postero die Senatum habet: ad quem, quum non accessisset Cicero, simulãs se de via defessum esse, sed reuera insidias Antonij metuens, Antonius absentia Ciceronis grauiter commotus, milites mittit, qui aut illum in Senatum pertraherẽt, aut domum eius incenderent. Cæterum, rogatu quorundam amicorum, captis pignoribus, contentus fuit. Ex hoc simultas inter Antonium & Ciceronem erat, donec Octauius, quem Iulius Cæsar hæredem instituerat, Romam redit: quem Cicero inimicitijs & odio Antonij aductus, sua authoritate, suis opibus adeò auxit, adeò euexit, vt Antonij metu Romam reliquere cogeretur, & hostis Reipublicæ â Senatu iudicaretur. Hinc Cicero orationes illas in Antonium habuit: habuit verò eas, partim in Senatu, partim ad populum. Vide Plutarchum in vita Ciceronis copiosius de his rebus differentem.

PRAESTANTIA HARVM ORATIONVM.

QVàm istæ Orationes Ciceronis alijs præstent, primo omnium inde colligitur, quòd Cicero eas iam senex, in quo iam & eloquẽtia maturuerat, & iudicium firmatum erat, conscripsit. Deinde & testimonio Iuuenalis probari poterit, qui in decima Satyra ita de secunda Philippica scribit,

O fortunatam natam me Consule Romam.
Antonij gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset, ridenda poëmata malo
Quàm te conspicuæ, diuina Philippica, famæ
Volueris à prima, quæ proxima.

Huc pertinet & illud elogium Plinij libro septimo capite trigesimo de Cicerone. Tuum Catilina fugit ingenium: tu Marcum Antonium proscripsisti.

ARGVMENTVM PRIMAE PHILIPPICAE.

IN prima Philippica Cicero & cur Roma discesserit, & cur reuersus sit, primo omnium narrat. Sub hoc de Antonij iniuria conqueritur. postremo superbiam & impotẽtiam Antonij accusat, & suam operam Reipublicæ pollicetur.

QVO ORATIONIS GENERE CICERO in philippicis vsus est.

CIcero in his Philippicis in primis vsus est demõstratiuo & iudiciali orationis genere. Demõstratiuo quidẽ, dũ in Antonij vituperio versat. Iudiciali, dũ obiecta diluit, dũ fortiter crimina regerit. Porrò in prima Philippica, & deliberatiuo orationis genere vtit. Siquidẽ in ea & profectionis, & reuersionis suæ consilia explicat, tum quæ sit sua de Republica sententia ostendit. Admiscet tamen huic orationis generi iudiciale, dum in principio statim orationis, obiecta purgat. Admiscet & demonstratiuum, dum in Antonij superbiam & impotentiam inuehetur.

Anteq̃ de Rep. eorũ) Exordit à propositione, quæ ordine dictur⁹ est. Patres Cõscripti) Festus Põpei⁹ scribit, Patres Cõscriptos vocatos, qui ex Equestri ordine patribus adscripti sunt, vt Senatorũ numerus expleretur. Breuiter) Captat docilitatem. Consilium & profectionis) Attẽtionem captat: nam magna proponit. Ego cum sperarem) Primo narrat quur Roma profectus sit. In ædem Telluris) Quæ erat ad forum Romanum, & viã sacram, non procul à Capitolio, & Palatio, in qua Senatus crebro habebatur. Quod tum in sedandis disc.) De hac historia vide Iustinum libro quinto Historiarum, & Velleium Paterculũ in posteriore volumine Historiarum Romanarum. Pax denique per eum) Nam cum Brutus & Cassius interfectores Cæsaris facta cæde, in Capitolium confugissent, nec descendere vellent, Antonius Consul, habito in æde Telluris Senatu, velut pacis author, liberos suos obsides in Capitolium misit, fidémque descendendi turò

interfectoribus Cæsaris dedit. Hæc Velleius Paterculus in volumine posteriore Historiarũ Romanarũ. Ad deliberationes eas. Multa præclare ab Antonio,& Dolabella facta narrat. Num qui exules restituti?) Interrogationibus orationem ornat. Vnum aiebat) Sextum Clodium scilicet, P. Clodij filium,qui Marco T.Ciceroni infestissimꝰ fuerat. Multa prętereo) Occupatio est. Ad singulare enim) Hæc verba reddunt auditorem attentum. Vncus impactus fugitiuo) C. Amantium designat, qui abiectissimæ sortis homuncio se Marij clarissimi viri filium venditabat.Et perinde atq; Cæsaris necessarius esset, arã illi occiso erigebat.Tũ cõparata perditorum hominum manu,magnum timorem ciuitati incutiebat: hunc Antoniꝰ cum magna Senatus & admiratione & approbatione interemit. Author Appianꝰ libro Bellorum ciuiliũ tertio. Atque hæc omnia) Epilogꝰ. Alia propria Dolab.)Propria Dolabellæ facta narrat. Bustũ facerent)Imagines Cæsaris quotidie cremarent. Bustũ enim dicitur, quum cadauer cõcrematum est. Insepultam sepulturam. Cremandis quotidie imaginibus Cæsaris effecerant,vt mortui ac sepulti desiderium ac memoria supereſſet. Execratæ columnæ)Ni fallor,illa columna est,quam plebs Romana in foro erexit Cæsari Dictatori.solidam propè viginti pedum,inscripsitq; parẽti patriæ.Vide Suetonium in vita Cæsaris. Ecce autem Cal. Iunijs)De mutata Antonij voluntate in Republica narrat. Vrbe carebãt ea) πάθος mouet ab indignitate. Ius legationis liberum) Beroaldus legit, ius legationis liberæ.Est verò Legatio libera inde dicta,quòd libera sit,& ad quancunque nationem,quæ impetrari solebat ab Senatu tanquam causſa proficiscendi honesta,& prætextus:quo sub titulo legationis procul à patria ciues esse possunt. Expositi Patres Conscripti) Transitio est. Veni Syracusas)A locis narrationem verisimilem facit. Leucopetram) Strabo libro sexto,Est inquit,è regione ad orientem nauiganti promontorium, quod à colore Leucopetram,id est, saxum albũ appellant. Agri Rhegyni)Ciuitatis Calabriæ,de qua Strabo libro sexto. Cunque intempesta nox)A tẽpore narrationem verisimilem reddit. Municipes Rhegyni) A personis narrationem verisimilem facit. Municipes)Municipes sunt ciues Romani ex municipijs suo iure, & legibus suis vtentes,muneris tamen honorarij,id est,fungendi Magistratus,participes,à quo munere capessendo dicti videntur.Author Gellius libro decimosexto capite decimo tertio. Edictũ Bruti)Ne intra vigesimum annũ prouinciæ administratio alicui dari possit.Author Appianus libro secũdo Bellorum ciuiliũ. Remissis Gallijsprouincijs) Quarum vna Cisalpina D.Bruto, Transalpina Planco obtigerat. Sed Cisalpinam Macedoniæ loco,quæ ei obtigerat à Senatu Antonius postulabat. Author Appianus libro secũdo Bellorũ ciuiliũ. Veliam) Oppidum Italiæ. Author Mela libro secundo. Quãto meo dolore)πάθος ab occupatione. Neque vero illum)Prȩoccupatio est. Lucij Pisonis)Huius filiam Cal-

Municipes

phurniam Cæsar vxorem habuerat. Is Lucius Piso suaserat vt arma deponerent, Senatui per omnia morem gererent, libertatem tuerentur. Tum etiã in Antonium inuectus erat. Denique vt Octauius filius Cæsaris adoptiuus, qui Antonio reluctaretur, domum accerseretur, consuluerat. Tum, ne parent alia cum supplicationibus Iulio Cæsari persoluerentur, dissuaserat.

Præter naturam etiam) Violentam et inopinatam mortem intelligit, quæ recte potest videri præter naturam accidere. Vergilius quoq; idipsum quod Cicero de Fato, opinatus est: Cum hoc in quarto lib. Aeneidos dixit de Elisa, quæ mortem per vim potita est. Nam quia nec Fato, merita nec morte peribat. Tanquam in faciendo fine vitę, quæ violenta sunt, non videantur è Fato venire: Vide Gellium lib. xiij. cap. primo. Quoniam vtriusq;) Transitio est. Quid tandem erat caussæ.) Propositio querelæ de iniuria Antonij. An non sæpe) Ab exemplis Antonium vrget. Annibal credo) Exaggerat iniuriam à circumstantijs. De Pyrrhi pace) Pyrrhus rex Epyrotarũ, quum aduersus Romanos aliquandiu vario Marte pugnasset, Cyneas Legatus eius ad Senatum Romanum missus, petijt, vt componendæ pacis caussa rex in vrbem reciperetur: de qua re quum ad frequentiorem Senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter inualetudinem oculorum iam diu à consilijs publicis abstinuerat, venit in Curiam, & sentẽtia sua tenuit, vt id Pyrrho negaretur. Hæc Florus Epito. xiij. Vt pene liberum) Exaggeratio iniuriæ, à iusta caussa absentiæ. At ille) A dicto Antonij exaggeratio. Aedificatam domum) Intelligit domum suam, quam quum exularet Clodius, euerterat. At reuerso illo ab exilio, Senatus domum publica pecunia restauran-dam censuit. Vide Orationem Cice. in pisonem. An me censetis) Inuehitur in decreta ab Antonio, & dicit se nunquam decreturum fuisse, vt Iul. Cæsari mortuo supplicatio decerneretur. Est autem hic status cõiecturalis. Nihil dico) Occupatio est. Sed hoc ignoscant) πάθος à precatione. Quid de reliquis Reipub) παρασκευή, ideſt præparatio ad ea quæ de Rep. dicturus est.

Pyrrhus.

Atque vtinam) Votum, Græci εὐχὴν vocant. Homines amplissimi) πάθος ab indignitate rei. Idcircó ne) Obiurgat grauissime viros consulares, quòd sententiam L. Pisonis sequuti non sint. Deinde à vobis) Captat beneuolentiam ad ea, quæ dicturus est. Primum igitur) Propositio est. Nõ quo probem) Præoccupatio est. Vellem adesset aut) σάρκασμός est, id est risus amarulentus. Sine aduocatis) Id est, operis fabrilibus quibus non secus ac aduocatis Antonius res suas tutabatur. Porrò infantiam quoq; Antonij tacite notat. Quemadmodum ipse) Summa sequentium argumentorum hoc syllogismo colligi potest: Qui leges Cæsaris non seruat, is acta eius non seruat. Antonius leges Cæsaris non seruat, ergo nec acta eius seruat.

Ac ne prolatis) Correctio. In æs incidit) Leges intelligit. Pecunia vtinam ad Opis) Matris deûm, qui alio nomine Cybelle vocatur. Porro hæc pecunia, de qua hic loquitur Cicero, est pecunia redacta ex bonis Pompeia-

norum,partim occiſorum,partim proſcriptorum. Quanquam ea quoq;) Conceſſio ironica. Et quid eſt) Confirmatio maioris, quod acta Cæſaris proprie ſint legis Cæſaris.probat ab exēplis per inductionem. Acta Grac chi)Florus epitomatum.lx. Syllæ)De legibus Syllę.vide Põponiũ Lætum, delegibus Romanorũ. Põpeij)De legibus Pompeij infrà, & in Inſtitutio- bus libro quarto in Titulo de publicis Iudicijs. Quæ lex melior) Confir matio minoris propoſitionis, ab Antonio ſcilicet legis Cæſaris nõ ſeruatas, ſed deſtructas. Quam ne prætoriæ prouinciæ) Leges Cæſaris ab Anto- nio violatas eſſe, primo probat à legibus prætorijs ab Antonio violatis. Quid) ἐπιφώνημα ab enthymemate. De tertia Decuria) Cæſar Iudices in duo genera diuiſerat,itaq; Iudices erant,aut Equeſtris aut Senatorij ordi- nis homines,et Tribunos ærarios ab Aurelio Cotta quoq; inter Iudices ele ctos ſuſtulerat. At mortuo Cæſare,Antonius Tribunis ærarijs iterum iudi- candi poteſtatem faciebat. O contumelioſum honorem) Exclamatio pa- thetica eſt. Vt de vi)Seu Publica,ſeu priuata aduerſus eos lata, qui vim vel armatam vel ſine armis commiſerint. Sed ſi quidē armata vis arguatur, de- portatio,ex lege Iulia de vi publica irrogabitur.Si verò ſine armis,in tertiam partem bonorum ſuorum publicatio inponitur Paragrapho iterum L. Iulia Inſtitut.de Iuditijs publicis. De maieſtate) Lata aduerſus eos, qui contra Imperatorem,vel Rempub.aliquid moliti ſunt,cuius pœna animę amiſſionē ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur. Paragrapho:publica autē Inſtit.de iudicijs pub. Quid eſt enim hodie) Legis Antonianæ impro batio ab inutili. At res eſt popularis)Subiectio. Vtinam quidem) Con- futatio ſubiectionis à negatione. Qnæ igitur cupiditas) ab inhoneſto le- gem improbat. Quid enim turpius)Probat legis turpitudinem. Sed quid plura de lege diſputo?)Correctio. Quaſi vero)A fine legis,legem impro bat. Quis eſt enim)Cõfirmatio à diuiſione,vel potius diſtributione. Nõ igitur prouocatio)Clauſula argumẽtorum eſt. Quid eſt igitur)Exaggera- tio. Quid,quod abrogatur)Exaggeratio eſt finis legis Antonianæ. Quæ quidem ego) Redit ad ſuperiorem propoſitionem acta Cæſaris ſeruanda eſ ſe. De exilio reducti) Quia Antonius dixerat in actis eſſe Cæſaris,vt ali- qui exules ab exilio reducerentur.Vide Appianum libro ſecundo Bellorum ciuilium. De exilio reducti ſunt)A minori probat leges,quas viuus Cæſar tulit in primis tuendas eſſe. Eas inquam) Repetio cum magna vehemen- tia. Ac de his tam legibus)Tranſitio eſt. Quęrunt quid ſit)πρόληψις,id eſt, occurſio obiectionis eſt. Tribunus plebis) Hoc dicit propter Luciũ Anto- nium,qui iſto tempore Tribunus plebis erat. Religione)Hoc propter Au gures dicit,qui obnunciare ſolebant, ſi in legibus ferendis aues non addice- rent. Quas tu mihi)Dialogiſmo oratione exornat. Reipub.ſalº) Nã ſaluti Repub. erat, ſi quando Tribuni plebis legibus latis à Senatu interce- derent,aut quando augures obnuntiabant infauſtum eſſe hũc diem, quo vel

leges ferre, vel comitia inire vellent. Atq; ego dico) Adhortatiuncula ad Patres Conſcriptos eſt. Iraſci quidem) Dicturus & in Dolabellam Cõſulem præſentem, & Collegam Antonium abſentem, nouo quondam exordio vtitur. Pro Reipub.) Captat beneuolentiam à re pro qua dicturus eſt. Non facilitatem) Captat benenolentiam à facilitate Dolabellæ.

Auorum) Scilicet M.Antonij oratonis,qui Syllam ſequutus Martio interfectus eſt. Sed promamius) Captat beneuolentiam ab æquitate poſtulationis quam ab Antonio poſtulet. Id eſt,libere quæ ſentiam) Epexegeſis eſt, quando verba ſequentia, præcedentia interpretantur. Non idem tibi aduerſario) Fingit ſecum loqui Antonij familiares per Mimeſin. Admouent quiddam)Ne ſcilicet ab Antonio inopinato interficiar:non enimvult aperte indicare, id quod cauere debeat, ne offendat,& irritet animos plerorumq;. Sed per Deos immortales)In Dolabellã inuehitur, ſed amice,quòd voluntatem Reipub. defendendę prorſus depoſuerit, & eam iam euertat quam antea omnibusviribus propugnarit. Credo enim)A diuiſione locꝰ.

Sed charitatem ciuium)Locus à re , quum nobiles è repub.concupiſcant.

Ea autem eſt gloria) Locus à finitione gloriæ. Dicerem Dolabella) A fructu recte factorum Dolabellam hortatur. Expiato foro) Id eſt, ara deturbata illa,in qua ſcelerati quidam Cæſari diuinos honores habebant, vt ſupra habuimus. Diſſipato concurſu impio.)Qui ad aram conuolabant,& incendia tam tectis quàm templis minitabantur. Cuius ordinis) Amplificatio facti Dolabellæ. Pœna) Serui in crucem ſuffixi ſunt:liberi verò homines præcipites & loco edito detruſi.Author Appianus libro ſecundo Bel lo.ciuil.Earum rerum obliti) Indicat Tribunatum Dolabellæ, quemadmodum ſeditioſe geſſit,vt indicat Appianus lib.ij.Bello. ciuil. Hanc tu potuiſti) Clauſula & amicæ reprehenſionis, & hortationis. Magno loquor) πάθος mouet. Hanc tu inquam) Amplificatio à repetitione. Te autem M.Antoni) Nonnihil in M.Antonium abſentem dicit, & eum quo recta ad veram gloriam contendat,hortatur. Depoſitis inimicitijs)Quum Iul. Cæſar aliquando conſul crearetur,neq; in vrbe manere auderet, in locum ſuum Dolabellam eligendum cenſuit: quem quum Collegam habere Antoniꝰ repudiauerat ex augurio,tamen poſtea quum Iul.Cæſar occiſus eſſet,cũ vltro optauit, oblitus augurij &c. Vt enim propter exẽplũ)Ab exẽplo pari,factũ Antonij exaggerat. M.Manlij)Qui Capitolium à Gallis defenderat, quũ obſtrictos ære alieno liberaret,nexos exolueret,crimine adfectati regni dã natus,de ſaxoꝰ Tarpeio deiectus eſt,in cuius notam Senatuſconſultum factũ eſt,ne cui de Manliagente,Manlio cognomen eſſet.Hæc Florus Epit. ſexto.

Num te,quum hæc pro ſalute)Exaggeratio facturum Antonij à cõmodis,quæ facta eius ſequuta ſint. Non poſſum adduci) Occupatiuncula eſt.

Quanq; ſolent)Correctio quædam eſt. Charum eſſe ciuem) Hortatur Antonium, vt malit ſe charum eſſe ciuibus, quàm metui. Quod videmus

) A b exitu tyrannorum tragicorum Antonium hortatur, ne metui â ciuibus velit. Oderint dum metuant) Tyrannica vox, sumpta est è tragœdia Aetij, & à multis scriptoribus vsurpata, præcipue à Seneca libro de Clemẽtia secundo. Acerbissimum eius diem) Is enim quum Syllanus esset à Mario & Cinna intefectus est, cuius caput pro rostris positum fuit. L. Cinnæ) De Cinna Eutropium vide lib. quinto histo. Romana. Si enim exitus) A morte Cæsaris Antonium hortatur. Beatus est nemo) A finitione beati locus. Quare flecte te) Epilogus. Et pop. Rom. iudicia) A iudicijs populi Romani vtrumq; & Antonium & Dolabellã hortatur: vt diligi magis, quã metui, & Remp. liberam potius, quàm oppressam velint. Quid enim gladiatorij. Quum scilicet Cæsarem confectis bellis ciuilibus plericq; regẽ salutarent. Vide Appianum libro secundo Bello. ciuil. Plausus infiniti) Dati â populo propter statuam, qua Pompeius propter virtutem suã donatus est.

Apollinarium ludorum plau.) A plausu populi in ludis Apollinarib⁹ dato adhortatur. Apollinarium) Ludi dicti, quòd in laudem Apollinis celebrati sint. Et alij historici scribũt pestis gratia, alij victoriæ caussa celebratos. Liuius in quinto secundi belli Punici. Macrobius in primo Satur. O beatos illos) Exclamatio pathetica est. Actio) Poete tragico, cuius fertur exhibita fabula, cui nomen Bruto fuerit, quæ fabula cum magno applausu spectata est. Vide Petrum Crinitum lib. primo de Poëtis Latinis, & Eusebium in Chronicis. Equidem is sum) Occupatio est. Satis enim erat) Distributio per incrimentum. Non interpretamini) Id est, non exponitis, nõ expenditis cuiusmodi sit iudicium & voluntas populi Romani in retinenda libertate, quũ adeò de Hircij libertate propugnatoris vita laborarit. Certe in nullo) Subiectio. Quod igitur) Clausula hortationis. De vestra vita) Devobis qui adhuc incolumes estis, & non laboratis morbo vt Hirci⁹.

Cœpi Patres Cõscripti) Epilogus orationis totius, in quo differit, & quur tam libere de Repub. & quid posthac si vixerit, dicturus sit.

FINIS.

SCHOLIA CHRISTOPHORI HEgendorphini, in secundã Philippicam. Cic.

Ratio hæc partim est iudicialis, partim demonstratiua. Iudicialis quidem⁹, quòd criminibus & maledictis Antonij in ea respondet Cicero. Demonstratiua vero, quòd vehementissime & acerbissime Antonium vituperat. Quonã meo fato) Exorditur ab expositione infortunij sui cũ admiratione & indignatione. Nec vero) Occupatiuncula. Te miror Antoni) Admiratur Antoniũ, nec aliorũ malis â lædenda Repub. absterreri, & non lacessitũ à Cicerone alienũ existere. Tu ne verbo q̃dẽ) Beneuolẽtiã captat. quòd vltro ab Antonio, quocat⁹, ei re

ſpõdere cogatur. Contẽptũ ne me) Beneuolentiã captat,quôd Antonius in ſe Ciceronẽ habeat nihil,quod contẽnat. Cui priuſquã)propoſitio eſt cum captatione & docilitatis & attentionis. Contra rem ſuam) Primum crimen Ciceroni ab Antonio obiectum. An ego)Confutatio obiecti criminis, & argumentum ab honeſto. Non virtutis ſpem) Subindicat Marci Antonij impudicitiam. Sed hoc idcirco) Inuidioſum eſt quod hic narrat: nam ad inuidiam ſoceri Antonij hoc commemorat. Domum meam ventitaras)Secunda obiectio Antonij. Næ tu)Confutatio eſt à falſo. Auguratus petitionem)Tertia obiectio Antonij. Quo enim tempore) Confutat â falſo,quod nec Antonius auguratum petere potuerit, vt qui damnatus fuerit de debito ducentorum ac quinquaginta talentorum. Poteras autẽ eo tempore) Nam eo tempore electus eſt Cicero augur, quando Marcus Craſſus perijt ad Parthos,& in eius locum Cicero ſucceſſit. Sine Curione) Ambitum Antonij notat. At beneficio) Quarta obiectio de Ciceronis ingratitudine erga Antonium. Quo?)Diſſimulatio. Sed quo beneficio)Subiectio. Beneficio) Cæſar cum Pompeium viciſſet, dabat negocium Catoni Vticenſi,vt Ciceronem Claſſibus & copijs naualibus præficeret. Verum Cicero recuſata iſta conditione Bruduſium fugiebat,vbi Antonius collocatus,eum vtputa Pompeianum, & recuſantem imperium Cæſaris interficere potuiſſet,ſi modo voluiſſet. Vide Appianum libro ſecũdo de Bellis ciuilibus. Quẽ ipſe victor)Cõfutatio â maiori, & quod nõ debuerit Antonius ſe Ciceronem Brunduſij interficere. Ex latronibus)Inuidioſe hoc dictum eſt. Fac potuiſſe)Conceſſio eſt. Quod eſt aliud) Confutatio ab extenuatione beneficij,& quod prorſus non ſit beneficiũ. Quos tu ipſe)Vrget Antonium ſuo ipſius de interfectoribus teſtimonio. Sed ſit beneficium) Conceſſio. In quo potes)Se non ingratum erga Antonium eſſe probat. An de interitu)Subiectio. At illa quærela) Cõfutatio ſubiectionis eſt. Equidem cuius temperantiæ) Congeries flagitiorum Antonij in prima oratione enumeratorum. Reliquias) Intelligit opinor quatuor millia talentorum, quæ â Calphurnia vxore Gæſaris mutuò accepit Antonius. At etiam literas)Quinta obiectio Antonij ex literis Ciceronis facta. Quis enim vnquam)Locus eſt communis. quâm immane, quâm capitale facinus ſit,literas amicorum arcanas propter quãdam offenſionem in apertum proferre. Sed quid oppones)ad obiectionem ex literis ſuis ab Antonio factam redit. Magiſtro tuo) Sexto Clodio Latinæ iuxta linguæ Græcæ doctore clariſſimo,de quo Suetonius de Grammaticis & Rhetoricis claris. Quod enim verbum) Mea ſententia intelligit Epiſtolam,cuius initium eſt: Quod mecum literis agis : ſcriptam ad Antonium, de qua vide libro decimotertio Epiſtolarũ ad Atticũ. At ego tuas literas) Anticategoria, id eſt recriminatio, per occupationem eſt. Tuas literas) Initium literarum Antonij eſt,occupationibus eſt factum &c. quas quoque

fuiſſe

vide libro decimotertio Epistolarum ad Atticum. Veruntamen) Nullam fuisse Antonij rogandi causſam de reducendo quodam ab exilio, indicat. Sed quum mihi) Diluturus atrocia quædam crimina sibi ab Antonio obiecta, nouo quodam exordio vtitur. Multa dicenda) Attentionem captat. Pro me) Beneuolentiam captat, quòd pro se dicere velit. Vt prouocatus) Beneuolentiam captat, quòd prouocatus respondere Antonio cogatur. Quid enim) Probat consulatum suum, reipsa Senatus fuisse. Vtriq; fatale) Fuluiam intelligit, cuius fato Clodium, Antonium, Curionem periturũ esse ostendere vult. Non placet) Repetit obiectionem Antonij. At placuit) Inductione vtitur, probans nulli non bono viro Consulatum suũ placuisse. Qui honos) Amplificatio honoris sibi decreti. Huius ego alienus) Anthicategoria est, nam Antonij Consulatum recriminatur. Hodie non descendit) Dialogismus est. Neminem nominabo) Intellectio est. O fœditatem) Exclamatio pathetica. Tu quum principem) Exaggerat hoc, quod relicto auunculo suo, tã malis cõsultoribus vtatur Antonio. Tuus scilicet) Epyphonema ironicum. At etiam ausus es) Respondet Antonio obijcienti, quod in cliuo Capitolino armatos seruos collocarit. Siue illa tibi) Dilemma est. Quis enim) Se non armatos seruos in cliuo Capitolino posuisse probat. Quis enim nomen) A se nullam vim Senatui illatam dum de pœna coniuratorum consultat, confirmat. Etenim homines) Exaggeratio sceleris cõiuratorum, è qua probat quod omnes vltro sibi operam promiserint. Se vrbem inflammare) Distributio est. Ad sepulturam) Obiectio Antonij est. Hoc vero) A falso confutat, vt quod capitalissimus suus hostis dixerat. An verebare) Antoniũ vituperat à praua educatione. Tã autem eras excors) A pugnantibus & contrarijs cõfutat. Vitricum tuum) Pugnantia & contraria ostendit. Iam istud) Repetit superiorem Antonij obiectionem de cliuo Capitolino. Ab Ithyreis) Ithyrea regia Palestinę pariter & Iudææ, in qua M. Antonius rei bellicæ operam dedit, vnde & non parũ multos inde ministros et satellites abduxit. Quid enim est dementius) Repugnantiam probat. Cædant arma) Obiectio Antonij est. At postea) Recriminatio est. Nec vero tibi de versibus) Reiectio est. P. Clodium) Obiectio Antonij est. Quidnam homines) Regerit obiectum crimen gratia inuidię conflandæ. Si tum occisus esset) Paradoxon est. Sed quid?) Ad obiectionem Antonij redit. Quanquam de morte) Correctio est, qua leniter perstringit Pompeij quæstionẽ nouã de cæde Clodij constituentem. Quid ergo?) Subiectio. Ego M. Bibulo) Confutatio obiectionis. A mea familiaritate subiunxit) Quum scilicet Cicero legationem Cæsari pactam abnegasset, & se ad publica vertisset. Author Plutarch. in vita Cice. Stulti erat sperare) Distributio. Duo tamen tempora) Parrisia, id est, licentia est. Vtinam Gn. Pompeij) Apostrophe ad Pompeiũ. Hæc mea, Epilogus consultationis. Sed hæc vetera) Transitio est. Cæsarem

Ithyrea.

meo iudicio) Obiectio Antonij. Iam vereor) Confutatio obiectionis.

Quis enim meum)Confutatio à falso. Occultatum dico) Correctio.

Etenim si authores)Probat singulos cõiuratores alia quàm Ciceronis cõ silia habuisse,quibus ad occidendũ Cæsarem commoti sunt. Halæ)A quo matris seruilis respectu oriundus erat,hic Hala Sp.Melium largitione frumẽ taria regnum adfectantem in medio foro obtruncauit,authore Liuio in.iiij.

Non spoliatio dignitatis) Nã Cæsar eum nullo honore fungi passus est.

An C.Trebonio) Probat plerisq; se,vt Cæsarem interficerent, ne suade re quidem ausum fuisse,vt qui amantissimi Cæsaris fuerint.Vanum ergo es se consilio Ciceronis Cæsarem interfectum. At quemadmodum) Diluit suspitionem è qua Antonius Cæsarem consilio Ciceronis interfectum con iecerat. Quur mihi potissimum) Inuersio caussæ gratulationis M. Bruti.

Quid enim interest) Probat consequentiam argumenti. Etenim om nes boni)Confirmatio. Sed stuporem)Antonium stuporis arguit,quòd Ci ceronem,quia conscius fuerit coniurationis in Cæsarem, sceleratum appella rit,& M.Brutum Cæsaris interfectorem honore semper affecerit. Sic enim dixit)Mimisis est. Esto)Concessio. Nunquam ne intelligis) Vrget An tonium argumento à disiunctiuo.Aut parricidæ sunt interfectores Cæsaris, aut vindices libertatis.Sed vindices libertatis sunt,ergo non parricidæ. Co gitationem sobrij hominis) Exprobrat ebrietatem Antonio. Neq; quic quam esse medium) Nam in disiunctiuo argumento,necesse est alterã par tem esse veram,alteram falsam. Si parricidæ) Interfectores Cæsaris nõ es se parricidas,à præmijs quibus ab Antonio adfecti sunt, probat. Sciebam ad illos)Sũma est,gloriæ sibi esse,quod etiã inter cõscios cædis Cæsaris nume retur. Quæ enim res)Exaggeratio cædis Cæsaris à magnitudine rei. Qui locus est)Distributio.Et si meus ille stylus)Hoc est,si hoc negotium meo ar bitrio , meoq; artificio commissum fuisset. Sumpta metaphora à fabularum authoribus, quorum stylo & calamo fabula tota conficitur. Quanquam si interfici) Regerit crimen sibi obiectum in aduersarium Antoniũ. Quã quam quidem illud fuit) Ratiocinatio est,nam à spe commodorum Anto nium Cæsaris occidendi consiliũ cepisse probat. Respondi maximis cri minib.)Transitio est. Fateor enim me)Parrisia vtitur,se enim doluisse libe re fatetur. Dolebam dolebam) Conduplicatio. Neq; vero)Præoccupa tio. Illos ego præstantissimos) Caussam doloris sui indicat per distribu tionem At vero Gn.Pompeij) Obiectio Antonij est. An ille quenquã) Confutatio obiectionis. Ego incolumitati)Regressio est. Quod autem habebat)Enthymema est. Paphum)Oppidum Cypriæ ab Anapenore cõ ditum,non procul ab Alexandria distans.Vide Pomp.Melam.lib.ij. Te se ctorem esse)Sector dicebatur,qui bona condemnatorum in auctionibꝰ eme bat,& postea pro compendio vendebat.Dictus sector , quòd spem lucri sui sequeretur,ita Ascon.Pædianus. Ne iocis quidem)Pompeio dicenti Cice-

ronẽ ſerò veniſſe,reſpõdit Cicero,minime ſero veni.Nã hic nihil par atũ video.interroganti Põpeio Vbi nã gener eius eſſet Dolabella,reſpondit, cũ ſocero ſuo eſt. Tamen ſi modo) Non intempeſtiue ſe vſum iocis probat. Hereditatem mihi)Obiectio Antonij eſt. Vtinam hoc tuum)Confutat obiectum crimen,& à recriminatione & à falſo. Te is quem nunquam) Ab indignitate rem exaggerat. Velim mihi dicas) Accuſat Antonium, quòd malis artibus hæreditates alienas adierit. Quanquam hoc maxime) Tacite paupertatem Antonio exprobrat. Hæc vt colligeres) Epilogus criminum ſibi obiectorum ab Antonio. Vini exhalandi)Ebrietatem Antonio exprobrat. At vero adhibes)A præceptore Antonium vituperat. Vide autem)Collatio aui & Antonij in agendis cauſſis. Et quanta merces) A mercede pręceptori data Antonium inſectatur Iugerum) Columella lib.ſexto:Duo,inquit,actus,iugerum efficiunt,longitudine pedum. ccxl. latitudine pedum.xx.quæ vtræq; ſummæ in ſe ductæ,quadratorum pedum faciunt milia xxviij. & octingentos. Sed dicam) Reiectio eſt. Iam enim) Tranſitio. Nec enim omnia)Attentionem parat. Vis ne igitur) Secũda orationis pars,in qua vitam Antonij inſectatur. Tenes ne memoria) Pueritiam Antonij percerpit. Quatuordecim ordinibus) Lucius Roſcius Otho Conſul legem tullit,vt in theatro Equitibus Romanis ordines viginti quatuor ſpectandi gratia darentur. Hęc Pomp . Lætus in libello de legibus Roman. Sumpſiſti virilem togam) Adoleſcentiam Antonij inceſſit. Primo vulgare ſcortum) In fœminam ſtatim mutatus, & non ſecus ac ſcortum vulgare te proſtituiſti mercede flagitioſiſſima. Quoties te pater eius)Veriſimile facit, quod Curio cum Antonio rem habuit. Recordare tempus illud)Narratio facti cuiuſdam eſt. Seſtertium ſexagies) Id eſt,Cẽtena milia ſeſtertiorum, id eſt, centum quinquaginta milia aureorũ. Sed iam ſtupra)Occupatio. Sed reliquum curſum)Attentionem cum docilitate captat. Intimus erat)Quid Antonius apud Clodium fecerit, cum ſumma Antonij inſectatione commemorat. Molitus eſt) Intelligit Cicero, quod Antonius Fuluiam vxorem Clodij de ſtupro appellarit. Quid dicam)Intellectio eſt. Inde itum)Quid cum Gabinio Antonius egerit,narrat. Aut qualis)Quàm inhoneſtus,nam Antonius omnem pecuniam,quam ex regis Ptolemæi largitione acceperat,in itinere abſumpſerat.Author Plutarch,ĩ vita Anto. Quam domum?)Inſectatur Antonium,quòd nullam propriam domum habuerit Quæ autem erat domus?)Hoc dicere mihi videtur propter domum Pompeij, quam Antonius victo Pompeio à Cæſare poſſedit. Veniſti è Gallia)Quid egerit Antonius è Gallia ad quæſturam petendam domum reuolans. In quo demiror) Antonium mendacij accuſat. Deinde continuo) Quid in quæſtura Antonius fecerit. Sine Senatuſconſulto) Quia non licebat Quæſtori abſq; Senatuſconſulto in prouinciam proficiſci.Author Pomp.Lætus de magiſtrat,Rom. Id enim vnum)Eadẽ Sue-

to. in vita Cæsaris. Aduolas egens) Paradoxon est. Accipite nunc quæso) Quid ī tribunatu Antonius designarit, & quid eiā Senatu obtigerit. Nā cum L. Lentulo) Narratio est. In te M. Antoni) Apostrophe ad Antoniū est. Id decreuit Senat⁹) Nā Senat⁹ M. Antoniū, & Curionē & Cassiū acerrimos absentis Cæsaris patronos, primū è curia eiecit, deinde cū summa ignominia ex vrbe exigit, & in exilium ire coegit. Quid cupide à senatu) Amplificat interceſſionem Antonij. Sed sæpius) Nam Marcello Consule Legiones Pompeio decernente Antonius interceſſit rogationem ferens, vt prę-sentes copiæ Bibulo in Syriam aduersus Parthos mitterentur. Præterea quū Cæsar epistolas Senatui misisset, & eas Senatus legi in publico nollet, Antonius fretus Tribunatu, literas in publico recitauit. Author Plutar. in vita Antonij. Tum tu inquam M. Antoni) Repetitio propter vehementiā. Caussam belli contra patriam) Nam Antonius in exilium eiectus, assumpta veste seruili, vectus rheda, ad Cæsarem confugiens, Senatū accusauit, nullas in vrbe valere leges, ius tribunitium sublatum esse: ijs qui æquum & bonum defenderent, periculum capitis imminere dixit. Authorib⁹ Plutar. in Cæsare, Appia. in lib. secundo. Omitto quàm hæc falsa) Per occupationem Cæsarem perstringit. Omiserum te) Exaggerat hoc quod Antonius author belli ciuilis fuerit, quanquam Plutarchus id verum esse negat. Consules ex Italia) Exaggerat factum Antonij à viris in bello ciuili ex Italia expulsis. Et est distributio. Vt igitur in seminibus) A simili exaggerat. Interfecit Antoni⁹) Complexio vel συμπλοκή, quando proprium nomen crebro repetitur. Vide Fabium lib. ix. Vt Helena) Exaggeratio à simili. Reliquæ partes Tribunat⁹) Cōmemora quę reliquo tēpore Tribunat⁹ sui Antoni⁹ fecerit. Cuius tamē scelus) Propositio cū attētione est. In his patrui) Accusat Antonium impietatis. Patrui) C. Antonij Collegæ Ciceronis in Consulatu, qui post Consulatū condēnat⁹ in insula Cephalenia exulauit. Si seuerus, si misericors) Dilēma est. Beneficio legis dissolueret) Hoc est, ideo Antonius legē de restitutione Licinij tullit, vt quod Licinius in alea perdidisset, restitutus, rursū lucraretur. Quā attulisti rationem) Cōmunicatio est. Absentē credo) Fingit caussas propter quas Antonius Lenticulā restituerit, & est fictio. At vir bon⁹) Subiectio Antonij. Nihil id quidē) Reiectio. Hominē vero) A circūstantijs exaggerat nequitiam. In eodem Tribunatu) Cōmemorat aliud factum Antonij, quod Cæsare in Hispaniam proficiscente fecerit. Scio me in rebus) Beneuolentiam & attentionem parat. Vehebatur in essedo) κυρία est, id est splendida descriptio vecturæ, qua Antoni⁹ vectus est in lustratione municipiorū. O miseræ mulieris) Exclamatio pathetica. Prefecturas) Præfecturæ dicebātur quōdā in Italia, in quib⁹ & ius dicebatur, & Nūdinæ agitabantur. Et erat quędam earum Respublica, nec tamen magistratus suos habebāt, in quas præfecti Romani mittebantur quotānis qui ius dicerēt, Hæc Beroaldus. Et lubrice versatus) Quomodo in bello cū Cæsare Antonius ver

ſatus ſit. Si poteſt vlla) Correctio. Victor Theſſalia) Repetit quod ſuprà ab Antonio obiectum confutauit: nempe, q̃ Antonius Ciceronem quem Brunduſij interficere potuiſſet, non interfecit. Veniſti Brunduſium) Ex obiectione Antonij, Cicero occaſionem inſectandi libidinem Antonij arripit. Si te municipiorum) Exaggeratio eſt flagitij Antonij. Italiæ rurſ⁹) Quæ flagitia Antonius in Italię peragratione fecerit, narrat. Sed hæc quę robuſtioris) Trãſitio eſt per occupationẽ. Tu iſtis faucibus) Inanẽ Antonij vinolentiam & vomit⁹ inſectatur. Iſta gladiatoria) Amplificatio eſt per ratiocinationẽ, Fab. in. viij. Si inter cœnã) Amplificatio eſt à minori ad maius, vel à circumſtãtijs. Veniamus ad ſpendida) Inſectatur Antoniũ, quòd ſolus Pompeij bona publicæ auctioni ſubiecta, emere auſus fuerit. Me miſerum) Narratiuncula adfectibus plena. Bona inquam) Repetitio eſt propter longiorem parentheſim. Inuẽtus eſt nemo) Pathos ab Antonij indignitate. Tantus igitur) Exaggerat flagitum, & furorem Antonij à circũſtantijs. At quã inſolẽter) Inſolẽtiã Antonij in inuadẽdis Põpeij bonis reprehẽdit. Sed vt eſt apud Poetã) Profuſionẽ bonorũ Põpeij in Antoniũ inſectatur. Poetã) Poeta is Neui⁹ eſt, authore Feſto Põpeio, in dictione part⁹, pro parat⁹. Maxim⁹ vini) Diſtributio eſt. Charibdin dico) Eſt ampliſicatio ab hyperbolarũ cumulatione, vt annotauit Fabi⁹ lib. viij. cap. de Tropis. Nihil erat clauſũ) Hypotipoſis, id eſt luculenta, deſcriptio luxuriæ Antonij. Quãobrẽ) Clauſula. Ad eiuſdẽ ædes) Inſectatur Antonium, quòd & ædes & hortos Pompeij ingredi auſus ſit. O audaciam) Exclamatio indignabunda. Tu ingredi illam domum) Interprætatio eſt cum interrogatione. Quam domum) Exaggeratio facti Antonij ab impudentia. An tu illa) Ab ornatu dom⁹ Pompeij. Nec vero te vnquam) A fictione. Neceſſe eſt) Exaggeratio ab hyperbola. Niſi ex optimo more) Hoc eſt, Pompeius in iſta domo ſua optimis inſtitutis vſus eſt, & ſanctiſſime vxorem, libros, familiam ſuam rexit. Fuit enim ille vir) A perſona Pompeij. Frugi fact⁹) Ironia eſt. Illam ſuam) Iocatur cum Antonio, quòd ſe cum Mima diuortium feciſſe dixerat. Suas res ſibi habere iuſſit) Verba ſolennia ſunt & repudij & diuortij, L. ſecũda dig. de Diuortijs. Ad quã crebro) Inſectatur Antonium, quòd in edictis, & literis, & Antonius & Cõſul copulatiue ſcripſerit. Nam ſi dignitas) Ab exemplo confirmat, in nomine proprio non indignitatem ſignificari. Sed omitto) Occupatio eſt cũ tranſitione. Cur ei bello) Inſectatur Antonium, quòd cum belli ciuilis author fuerit, bello C. Cæſare in Africa geſto abfuerit. Itaque quem locum) Irridet Antonium, quòd parum gratiæ ex rebus in Pharſalia geſtis, apud Cæſarem conſequutus ſit. Cuius tũ Imperatoris) Sermocinatio eſt odioſa. Dictatoris magiſter) Amplificatio eſt â dignitatibus Antonij. A me Cæſar) Ἔλλειψις, id eſt, defectus verborum irato accommodatus. Ego ad illum) Cæſarẽ ſine ſe non potuiſſe vincere probat, ſed odioſiſſime. Ego leges) Amplificatio

per distributionem. Quorum facinus) Locus à consequentibus. Illa tabula) In qua bona, quæ tua esse affirmabas descripta erant. Posset suum dicere) Nam quum Antonius bona Pompeij à Cæsare emisset, nec soluendo esse posset, rursum diuendere coactus fuit, & ita præter miserum prędium suum nihil retinuit. Auctionis vero) Antonium bona Pompeij reuendere coactum recriminatur. Vestis Pompeij) πάθος est à circunstantijs. Prohibuerunt) Dictitantes si quæ bona Antonij supereſſent eis debere, vt qui ab Antonio bonis paternis spoliati essent. Quippe in his ipsis) Antonium cædis Cæsaris Iulij accusat. Proficiscitur in Hispaniam) Criminatur & reprehendit Antonium, quòd Cæsarem in Hispaniam proficiscẽtem, tam sero sequutus sit. Rudem accepisti) Id est, Vacationem, ab arte gladiatoria, Erasmus in prouerbijs. Sed tuto) Timiditatem Antonij perstringit. Quonam modo) Confutat obiectionem Antonij, & eum timiditatis arguit.

Si de meo iudicio) Præoccupatio est. Cnæi Pompeij liberi) Antonij obiectio. Esto fuerit) Confutat Cicero obiectionem. Repetebant) Cõgeries est. An tu Narbonæ) Antonio vomitum exprobrat. Qui vero Narbona) Perstringit Antonij ex Narbona reditum. Et tamen quærebat) digressio est ab instituta recriminatione, quomodo in Græciam nauigaturus ex itinere redierit Romam. Primum luce) Facetum admiscet. Caligis) Beroaldus ex Gellio legit Gallicis. Sũt vero Gallicæ soleæ, & calciamẽta effœminatorum, quib⁹ ingredi indecorum erat. Vide Gellium libro decimotertio capite secundo, quanquam & caligis potest legi, vt sit Anthiteton vocum. Ex omnium omnibus) Ad institutum redit, narrans quomodo ex Narbona Antonius redierit. At videte) Attentionem captat. Saxa rubra) Loca inter vrbem & Veios. author Liuius in secundo. Inde Cassia) Beroald⁹ legit cisio. Est vero Cisiũ vehiculi gen⁹, quo Marcus Antoni⁹ velociter Romã aduect⁹ est, qua voce & Cicero in oratione pro Roscio vsus est. Ianitor quis tu) Dialogismo exornat narrationẽ. Misericors) Ironia. O hominẽ nequã) Exclamatio. Catamytũ) Hominẽ mollẽ & effœminatũ, alioqui masculũ scortũ. author Valla ī Raudẽsem. Idcirco vrbẽ) Quid malorũ Antoni⁹ falso nuncio de obitu Cæsaris fecerit. Et domi quidem) noua narratiuncula. Sed minus multa) Correctio cum trãsitione. Cæsari ex Hispania) Narrat quomodo tandem Antonius rursum Cæsarī ex Hispania redeunti obuiam processerit. Habebat hoc) Cæsarẽ obiter proscindit atrociter. Nihil quæror) Dolabellam excusat. Qua in re) Perfidiæ tam Cęsarem quã Antonium accusat. Veniunt Cal. Ianuarijs) Narrat quomodo Dolabella in Consulatu circunuentus sit. Quam negant Regem) Cęsaris tyrannidem incesſit. In quo primum) Antonium stuporis accusat. Sed videte impudentiam) Impudentiam Antonio impingit. Per leges) Et hoc per legem Fusiam, & Heliam scilicet. Verum implicata) γνώμη est. Atq; illo die) ἐπιφώνημα est, id est, adhortatio. Quis vnquam) Vituperat Antoniũ

ob ambitionem, qua in petendo Consulatum apud Cæsarē vsus est. Sortitio prærogatiuæ) Tribus Romanæ bifariam suffragia ferebāt, aut per prę-rogatiuam, aut per in iure vocationem Per prærogatiuam dabantur suffragia, quādo tribus aut centuriæ obtinebant, sed sorte vt primæ suffragia ferrēt. Quid videras) πῦς μα est. Conuellere) irrita facere, nā si vitio creatus Dolabella Consul fuisset, omnia eius acta irrita fuissent. Sed arrogantiam) Arrogantiæ insolentiæq; Antonium accusat. Non dissimulat) Irridet Antonium amarulente. Quæ potest esse turpitudinis) Exagitat Antonium quòd mercedem præceptori datam pessime collocarit. Accedis ad sellam) Insectatur Antonium, quòd diebus Lupercaliorum diadema capiti Cæsaris imposuerit. Tu diadema imponebas) Contentio est.

Tu ergo vnus) Amplificat factum Antonij. At etiam) Subiectio ironica. O præclaram illam eloquentiam) Irridet Antonium, quòd nudus in Lupercalibus coram Cæsare concionatus sit. Quid hoc turpius) Exaggeratio facti Antonij. Vereor) Per occupationem ostendit Antonium dignum esse qui vita priuaretur. At etiam inscribi) Ab indignitate argumētum. Sp. Cassius) Quia in agraria largitione ambitiosus in socios, & quia pro Siculo frumento pecuniam acceptam populo retribui iusserat, necatus est. author Liuius libro secundo ab vrbe condita. Sp. Melius) Sp. Melius Eques Romanus frumenta populo Romano sua impensa largitus est, & ob id factum conciliata sibi plebe regnum adfectans, à Seruilio Hala magistro Equitū iussu Cōcinnatę Dictatoris occis⁹, Liui⁹ in quarto ab Vrbe cōdita. Sed ad auspicia) Ad auspicia Antonij redit per cōmorationē. De quib⁹ rebus) Communicatio est. Tum etiam tuum) Odiosum est quod hic narrat. Quæ tua fuga) Insectatur Antonium, quòd occiso Cæsare abiectis insignibus Cōsularibus, & mutata veste fugerit, & sese illatebrarit. O mea semper) Exclamatio pathetica. Post tertium diem) Narrat quid Antonius à cęde Cæsaris fecerit. Quanquam te bonum. Correctio dictorum.

Tua illa pulchra laudatio) Qua in funere Cæsaris vsus es. Vide Appianū libro secundo. Miseratio) Quum scilicet veste à Prætore discussa lachrymans corpus Cæsaris nudum produxisti, & prætextam Cæsaris cruentam protulisti. Funestæ pecuniæ) Redactæ scilicet ex bonis Pompeianorū interfectorum. Sestertium quadringenties) Id est, Decies centena millia aureorum coronatorum. Ita Budæus. Sed vnum egregium) Irridet Antoniū, quòd accepta pecunia Deiotaro regi à Cæsare ablata restituere promiserit. Modo æquum) Verba sunt ex decreto Antonij, quod Antonius ex cōmentarijs, vt ipse dicebat, Cæsaris afflixerat. Rex enim ipse) Antoniū irridet, quòd se ex Cōmētarijs Cęsaris Deiotaro sua redditurū promisit, quæ Deiotarus suopte Marte recuperare potuerit. Sciebat homo sapiens) Locus à iure gentium. Ne iste quidem) Intelligit ni fallor, Sextum Clodium. Quid de innumerabilibus) Insectatur Antonium, quòd ex chirographis falsis multum pecuniarum cōtraxerit. Gladiatorum libellos) Li-

belli gladiatorum, in quibus pugnæ gladiatorum descriptæ erant. At quã cęca) Proscindit Antonium, quòd Cretam vectigalibus liberarit. Tu mẽtis compos) Exaggeratio est. At huius venditione) Ironia amarulenta. Et de exulibus) Cauillatur legem Antonij de exulibus latam. Quur eos habes) Obiter hic impietatem Antonij in Patruum, & Caium Antonium ostendit. Et risus hominum) propter abiectos homines, quos competitores cum patruo constituerat. Et quærelas moueret) Hominem adeò clarum scilicet, & virum Consularem ab Antonio ludibrio haberi. An quia Trib. Pleb.) Ironia est. Fulmẽ siniſtrum) quòd in solis comitijs vitium est, vt scribit Cicero libro secundo de Diuinatione. Alioqui Fulmina siniſtra, seu leua, prospera existimãtur, quoniã leua parte mũdi ortus est, author Plinius libro secundo capite quinquagesimo tertio. Nulla auspicia) Ironia est. In septemuiratu) Cicero libro tertio de Oratore: Pontifices, inquit, propter sacrificiorum multitudinem tres viros esse voluerunt, vt ludorum epularia sacrificia facerent. Deinde numerus epulorum auctus est adeò, vt septem fuerint numero epulones, vt & hic locꝰ Ciceronis indicat. Credo ne saluo) Ironia est. Sororem tuam) Ostendit Marcum Antoninm vxorem C. Antonij patrui filiam duxisse, tales sorores patrueles vocantur, sicut fratres patrueles ex duobus natis. Quis interpretari potest?) Amplificatio est partim à distributione, partim ab incremento. Acta enim Cæsaris) Accusat Antonium, quòd multa egisse Cęsarem dixerit, quę nunquam ab eo acta sint. Quas Cal. Iun.) Accusat Antonium, quòd non conuentis steterit. An eas) Inopinatum est. O præclaram illam. Irridet Antonium, quòd quum Capuã Coloniam deducere conatꝰ sit, Campani eum prohibuerint. Agrum campanum) Antoninm accusat, quòd agrum Campanum publicum, & vectigalem in priuatorum hominnm vsum redegerit. Quid iam quęrar) Agrum Leontinum ab Antonio in priuatum vsum redactũ damnat. Sed ad iter) Correctio. Casilinum) Oppidum Campaniæ ad flumen Vulturnum situm. Coloniam Casilinum) Criminatur Antonium, quòd Coloniam Casilinum deduxerit contra auspicia. Vt vexillũ videres) Hoc est, vt discordiam & bellum inter veteres & nouos colonos concitares. Et aratrum circunduceres) Hoc est, vi occupares, & euerteres. Nam vt veteres vrbẽ extructuri, eam aratro designabant, vnde Vergilius primo Aeneid.

Interea Aeneas vrbem designat aratro. Ita deleturi vrbem aratrũ circunducebant. Author Proph. & Acron, interpretes Horatij in primo Odarum. Quo in hæredum) Inopinatum est. Et Antonium insectatur, quòd fundum Varronis vi inuaserit. Varronis quidem) Commoratur in narratione, quàm inique Antonius fundum Varronis occuparit. Misisse te dicis) Antonij obiectio. Ipsum enim expectare) Reponsio Ciceronis Ironica. Remoue gladios illos) Ironia est Ciceronis. Hastę Cæsaris) Hoc est, venditionis bonorũ Pompeianorum factæ à Cæsare. At quàm multos

dies

dies)Quomodo Antonius in villa Varronis vixerit. O tecta ipsa misera) Exclamatio pathetica est. Quanquam) Correctio. Studiorum enim) Collatio rerum,quas & Antonius & Varro in Cassinate fecerit. At vero te īquilino)ὑποτύπωσις est,id est,luculēta descriptio cōuiuij luxurioſi. Aquī no)quid Antonius Aquini,Interamnæ fecerit. Quid Anagnini) Quid Anagnini Antonius fecerit. Quid ego illas)Occupatio. In Sidicinos)Ciues Campaniæ grauissimos.Nam Sidicinum ciuitas Oscorum in Campania est.Author Mela. Vexauit Puteolanos)Proscindit Antonium, quòd immerito Puteolanos vexauit. Interea dum tu abes) Accusat Antonium, quòd Dolabellam Collegam suum metu & armis â factis præclaris absterruerit. Qui vero reditus)qualis reditus Antonij fuerit Romam, ostendit. Memineramus Cinnam)Ab exemplis exaggerat crudelitatem Antonij. Agmine quadrato)ὑπο]ύπωσις est. Calen.Iunijs)Quæ Antonius â reditu suo in vrbem Romam Calen.Iunijs fecerit,insectatur. Illa mirabilia) Ironia est. Numerum annorum) Scilicet vt Prætoriæ prouinciæ plusquã annum,Consulares plusquã biennium valerent. In publicis actis) Locus à diuisione. Signa, tabulas) per distributionem probat Antonium testamentum Cæsaris violasse. Puluinar)Puluinaria lecticæ erant deorum, & lectuli:quibus in templis stratis,dijs honorem habebant. Fastigium) Vel dignitatem fastigio humano,vt inquit Suetonius, ampliorem, vel templum fastigio inclitum. Flaminem)Id est,sacerdotem, sic dictum, quòd velato capite esset semper. Porrò flamines cognomina habebant ab ijs dijs, quibus sacra faciebant. Sic diuo Iulio) Ironia acerba est, & tacita insectatio tyrannidis Antonij:nam vult dicere,M.Antonius fuit flamen Cæsaris, id est,minister,& imitator tyrannidis Cęsaris. O detestabilem)Exclamatio pathetica est. Quæro deinceps) Antonius, quum ab obitu Cæsaris ei diuinos honores habere vellet,ad populum tulit, vt quinto die ludorum Romanorum Cæsari sacrificaretur, id quod populus sciuit. Sed Antonius istum honorem Cæsaris non exequutus est,id quod Cicero exagitat .Ludorum Romanorum)In quibus equi pugilésque dimicabant, â Tarquinio Prisco,vt in circo agerentur instituti:agebantur verò sexto Idus Aprilis.Vide Liuium libro primo ab vrbe cõdita. An supplicationes)Antonium cõtra auspicia diem vnum supplicationib⁹ Cæsaris addidisse,detestatur. Aut vndiq;)exagitat, qđ aliquos honores Cęsaris seruet,aliquos deserat. Nisi forte vis)Inopinatum est. Auum tuum)M.Antonium,de quo Plutarchus in vita Marci Antonij. Ille nũquam) Irridet Antonium, quòd nudato pectore concionatus sit. Sed præterita)Correctio est. Hunc vnum, hunc vnum)Conduplicatio est. Quur armatorũ Corona)Exaggerat Antoniũ, quòd omnia loca armatis compleuerit. Armatorum corona)Hoc factum est,quando Antonius respondsurus Orationi primæ Ciceronis, Senatum ingressus est. Præsidij sui)Obiectio Antonij est. Nonne igitur)responsio

ad obiectionem. Sed quoquo modo) Minatur Antonio exitium breui futurum. Etenim ista) Argumentum à fato vxoris. Pẽsionem tertiam) Allegoria est, nam vult intelligi Fuluiam mulierem esse fatalem, & pestiferam, & antea Clodium & Curionẽ maritos interfeciſſe, quare tertium maritum Antonium scilicet, quoque breui interfecturum iri. Habet P.R.) Est locus à iuuenibus, quos Respublica Rom. habuit. Et nomen pacis) A dulcedine nomine pacis, & à seruitutis amarore minatur. Ad exemplum) Ab exemplo facti, id est, cædis Cæsaris minatur Antonio exitium. Ad exemplum facti requirunt) Hoc est, vt ita Tyranni Reipublicæ interficiantur, veluti Cæsar interfectus est. Illi quod nemo fecerat) Collatio est cædis Cæsaris, cum factis alijs quibusdam. Hi primi) Cæsarem quoque iure interfectum probat. Præsertim cum illi) A laudabili argumentum. Recordare illud) Est locus ab antefactis honestis, & laudabilibus Antonij. Recordare igitur) Epilogus orationis est, in qua hortatur Antonium, vt relicta tyrannide, Reipublicæ defensionem suscipiat. Sed nimirum) A simili expolitio. Iudicia non metuis) Subiectio. Si propter innocentiam) Dilemma est. Quod si non metuis) Argumentum à periculo, quòd à suis Antonio imminebit. Nisi vero maioribus) Argumentum à maiori ad minus. An tu es) Collatio Cæsaris & Antonij. Fuit in illo) Encomion Cæsaris. Est etiã congeries. Non multos annos) Nam vixit Cæsar annos quinquaginta sex, & imperauit post finem bellorũ ciuiliũ tres annos & septem menses. Author Suetonius. Congiarijs) Congiarium est donatio Imperatoris, vt scribit Seneca libro quarto de beneficijs. Dictum congiarium à congio. Est autem Congius mensuræ nomen, capax sextariorum, vt Priscianus author est. Hæc igitur) Est locus à laude tyrannicidarum. Et cum illum) Argumentum à maiori ad minus. Ego de me ipso) Se perpetuum Reipublicę defensorem fore dicit, & Antonium non vnquam formidaturũ.

FINIS.

SCHOLIA CHRIST. HEgendorphini, in Tertiam Philippicam Cic..

ARGVMENTVM PHILIPPICAE TERTIAE.

IN tertia Philippica Cicero suadet, vt Octauianus ex filia Cæsaris nepos, puer adhuc, authoritate ornetur. Cuius beneficia in P.R. commemorat, ac laudibus tollit: in Antonium vero inuehitur, vt quàm maxime.



Ratio hęc partim eſt ſuaſoria, partim demonſtratiua. Suaſoria quidem, quia ſuadet Cicero, vt Octauianus aliquo magiſtratu ornetur. Demonſtratiua verò, quia Cicero Octauium laudibus tollit, & Antonium vituperat. Serius omnino) Exorditur à Cauſis, cur Senatum ante Calend. Ian. quibus Hircius, & Panſa Conſulatum inituri erãt, cõuocandum flagitarit. Contra aras) Amplificatio à circonſtantijs. Ex qua ſe inſtructũ) Argumentũ à minis Antonij. Quanquã enim) Præoccupatio eſt. Tamen breue tempus) γνώμη eſt. Certus autem dies) A diſſimili locus. Quod confido) A Cõſulibus futuris Remp. cõſolatur. Quod confido equidẽ) M. Antonius Conſul quũ impotenter dominaretur, legẽq; de prouinciarũ permutatione tuliſſet per vim, & Cęſarẽ Octauianũ quoq; petentẽ, vt ſibi aduerſus auũculi percuſſores adeſſet, magnis iniurijs adfecit. Cæſar vt ſibi & Reip. vires cõtra eũ paraturus, deductos in colonias veteranos excitauit. Legiones quoq; Quarta, & Martia ſigna ab Antonio ad Cæſarẽ tulerũt, deinde plures ſeuitia Antonij trucidati, quia & ſuſpecti erãt, & ad Cæſarẽ deſciuerũt. D. Brut⁹ vt petẽti Ciſalpinã Galliã Antonio obſiſteret, Mutinã cũ exercitu occupauit. Hęc Flor⁹ Epit. cẽteſima decima ſeptima. Sũt enim) Argumẽtũ ab animi cõditione Cõſulũ. Quouſq; enim) παρασκευή eſt, ad laudẽ Cæſaris iuxta beneficia ei⁹ in Rẽp. C. Cęſar) Laus perſonæ Cæſaris. Incredibili ac diuina) Laus partim à mẽte, partim à virtute. Tum quũ maxime) Laus beneficij Cęſaris à tẽpore. Quum à Brũduſio) Laus à neceſſario. Nec opinantibus) Laus beneficij ab inopinato. Inuicto genere) Laus beneficij à genere. Effudit) Nã quingẽtas dragmas ſingulis pollicitus eſt. Quanquam) Correctio. Quis eſt tam ignarus) Exaggerat beneficium Octauiani. Si M. Antonius) Locus à futura Antonij crudelitate, niſi Octauian⁹ fuiſſet. Quippe) Exaggeratio crudelitatis Antonij. Quippe qui ĩ hoſpitis tectis) Antoniũ in ciues Romanos crudelẽ futurum fuiſſe, probat argumento à minori. Sic enim perſpicio) παυσολογία eſt, nam eandem ſentẽtiam mutatis verbis effert. Cui quidem) Gradatim aſcendit ad ſuaſionem, vt P. C. Octauianum authoritate ornent. Nec vero de Legione) Digreſſio eſt in laudem Martiæ legionis, quòd Antoniũ reliquerit. Quis enim) Laus Martiæ legionis à fortitudine. Cõſedit Albæ) Vrbs ab Aſconio cõdita: nam Alba in loco munitiſſimo ſita fuit, in ſaxo ædito, & propè in conſpectu vrbis. Quam potuit vrbem) Laus Martiæ legionis à loco, quo conſedit. Quarta legio) Laus quartæ Legionis, quòd ab Antonio defecerit. Faciendum eſt igitur) Suadet vt Octauianus publica authoritate ornetur, Veteranis, & legionibus præmia, & honores ſpondeantur. Virtute enim admirabili) παυσολογία eſt. Hoc vero recens) Obiter aſpergit laudem D. Bruti. O Ciuem) Exclamatio pathetica.

Neque enim Tarquinio) Pulcherrima collatio eſt factorum Decij Bruti,

& Iunij Bruti, Tarquinij, & Antonij. Superbus habitus est) Quia socerũ gener sepultura prohibuit, Romulum quoque insepultum comperisse dictitans. Vide Liuium in libro primo ab vrbe cõdita . Secus sentit Dionysius Halicarna. in libro primo. Quod nos vitium) argumẽtum à minori ad maius. Quid Tarquiniꝰ tale) Collatio factorũ Antonij & Tarquinij. Supplicia vero in ciues) Intelligit ciues, quos Octauianus ad sollicitandos colonos miserat. Supplicia vero) Hic rhetorice magis quã historice narrat: nã Tarquinius cum imperium metu defendendũ existimaret, ex Patribus alios occidit, alios in exiliũ egit, alios bonis mulctauit, author Liuius libro primo.

Maius igitur beneficium) Conclusio collationis D. Bruti, & Iulij Bruti.

Quum autem omnis seruitus) Argumentum ab vniuersali ad particulare.

Faciendum est igitur) Hortatur Senatum, vt D. Brutũ publica auctoritate ornet. Nec vero M. Antonium) Antonium esse Consulem probat. Hũc igitur ego Consulem) Amplificatio per incremẽtum. Nec vero de virtute) Laus Galliæ Cisalpinę: laus municipiorum coloniarum Gallię, quòd magno consensu in Rempub. defendendam cõiurarint. Quamobrem Trib. Pleb.) Statutum Tribunorum plebis de habendo Senatu, & collocando præsidio, quò Cal. Ianua. Senatꝰ tuto haberi posset, interpretatur. Intra muros Anto .) Locus à consequentibus. Vobis non inuitis) Beneuolentiam captat. Et vt præstantissimis) Diuisio orationis. Nam si ille Cõsul) Antonium nõ esse Consulem, probat, & est locus à conditionali syllogismo. Si ille Consul) prima pars conditionalis syllogismi. Sin autem militibus) Secunda pars syllogismi conditionalis. Ad quam contumelioſus) Ab edictis probat Antonium nequaquam esse Consulem. Primum in Cæsarem) Defendit Octauium Cicero aduersus Antonium, & in Antonium inuehitur. Maledicta) Iactitans Octauium fuisse concubinũ Iulij Cæsaris, id quod verum fuit, vt testatur Cicero in epistola ad Octauiũ Deprõpta ex recordatione) Hoc est putans Octauium talẽ fuisse, qualis ipse adolescẽs fuerit. Ignobilitatẽ obijcit) Alia obiectio. Cõsul factus esset) Nã is decedẽs Macedonia, quã prouinciã sortitus fuerat, priusquam profiteri Cõsulatus candidatũ posset, morte obijt repentina, ita Tranquillus. Aritia mater) Obiectio Antonij. Aritia Italiæ ciuitas in Appia via, ab Archilogo & Aritio appellata. Vide Plinij lib . tertio cap. quinto. Porro Actia mater Augusti, paterna stirpe Aricina fuit . Siquidẽ patrẽ habuit M. Actiũ Arcinũ, author Suet. Vetustate antiquissimũ) Laus Aricini municipij. Propinquitate) Nã Aritia stadijs centũ sexaginta distabat ab Vrbe. Hinc Voconiæ) C. Voconius Aricinus fuit, is Trib. pleb. non paucas leges tulit, inter quas hæc non postrema est, ne quis census hæredem vnicam relinquat. Hinc Scatiniæ leges) A Scatinio Aricino latæ, inter quas vna fuit lata in ipsos molles & effœminatos homines, qui muliebria paterẽtur. Sed si Aricinã) A pari argumentũ. Quanquã huius sanctissimæ) Collatio matris Octauiani, & con-

iugis Antonij. At auus huius nobilis)Obiectio Antonij. Tuditan⁹ nēpe ille)Reſpōdet Cicero obiectioni. Materno genere)Nā Antonius fuit ortus ex Iuliorum genere,reſpectu matris.Plutarch⁹ in vita Antonij. Idem etiam Q.Cicero) Defendit Q.Ciceronē fratris ſui filiū aduerſus Antonium.

O admirabilem) Exclamatio pathetica. Omnibus horis) Amplificatio per diſtributionem. Nam in eiſdem edictis)Se quoq; in edictis ab Antonio perſtringi,narrat. Sed ipſe quid fecit) Inſectatur Antonium,quòd quum Senatum certo die adeſſe edicto mandaſtet, ipſemet abfuerit. Si quis non affuerit &c.)Verba quædam ex edicto Antonij. Quæ ſunt perdita conſilia)Ciceronis reſponſio ad verba edicti. Me authorē)παρομολογία eſt. Si epulæ potius)Correctio. Per Gallorum cuniculum)Locum ſubterraneum â Gallis Senonibus olim effoſſum, quum Capitolium obſiderent. Vide Liui. libro quinto ab vrbe cond. Conuenerunt corrogati) Irridet Antonium, quòd quum in Capitolio cōuenerit , de Cæſare ſuo hoſte nihil referre auſus fuerit. Quid eſt aliud) Vtitur ratiocinatione in prima figura , hoc modo : Qui de eo referre non audet,exercitum duxit,is hoſtis eſt Reipub. Antoni⁹ de Octauio,qui contra eum exercitum duxit,referre non audet,Ergo Antonius hoſtis eſt Reipub. Neceſſe enim erat) Antonium Reipub.hoſtem eſſe adhuc probat. Si igitur C.Cæſar)Argumentum â conditionali. Spartacum appellat)Hoc eſt,hominem fugitiuū. Plin.libro.xv.cap.xxix.Spartacum refert interdixiſſe caſtris ſuis,ne quis aurū haberet,aut argentū. Sententiolas edicti cuiuſdam) Irridet quaſdam ſententiolas in edictis Antonianis. An vlla contumelia)Scripſit Antonius in quodā edicto,ſe neque Octauio, neq; cuiq; contumeliam facere,vt qui digne & iure faceret: hoc dictum Antonij irridet Cicero. Quam facit dignus)Cauillatur ambiguitatem vocabuli,Dignus. Deinde nec timor)Irridet aliam edicti Antoniani ſententiolam. Illud quæro)Crudelitatem Antonij,quā in edictis ſuis oſtenderit, narrat. De ſupplicatione credo)Ironia eſt. M.Lepidi) Quum M.Lepidus & præfuiſſet exercitui,& Rempub.optime geſſiſſet,& Pontifex maximus fuiſſet,amici & propinqui eius inſtabant,vt ei ſupplicatio decerneretur, quæ etiam ei decreta eſt. Ac ne ſine cauſſa)Manſuetudo Antonij in Senatu oſtenditur. Quæ vero profectio) Profectionem Antonij ad bellū criminatur. Pręclara tamen)Ironia eſt. Pręclare igitur) Laudantur Trib. Pleb. quòd de præſidio Senatus & Conſulum ad Patres retulerint. Qui enim carere)Argumentum à neceſſitate. Ille autem homo adflictus)Inſectatur ſortitionem Prouinciarum,quam Antonius diuiuam dixerat, iudicijs amicorum,quòd Prouincias ſibi delatas recuſarint. Quid ego)Occupatio eſt. L.Cinna) Qui fuit Prætor quando Cæſar occiſus eſt . Author Suet.

O fœlicem vtrunq;)Ironia eſt. C.Antonius Macedoniam) Perſtringit quoſdā amicos Antonij,qui prouincias ſibi oblatas cupide acceperūt. Hūc quoq; fœlicē)Ironia. Minus diuinas fuiſſe) Qui enim eas ſortitierant M.

Iccius & Q. Cassius in Antonij voluntatē non erant. O C. Cæsarem) Exclamatio pathetica est ad Octauianum Cæsarem. Quam improuisam) Exaggeratio est. Qui enim hęc) argumētū à minori ad maiꝰ. Et enim in cōcione) Irridet Antonium, quòd se custodem vrbis futurum dixerit, & alia quædam imprudenter effutiuerit. Dixerat se custodem) A verbis Antonij colligit, eum in Repub. pessima facturum, si in ea mansisset. Ad vrbē) Est loquendi ratio de his, qui cum potestate prouinciali nondum in prouinciā profecti essent. O prȩclarum custodem) Ironica exclamatio. Hodierno die) Gratulatur Reipublicæ libertatis recuperationem. Pedem ponimus) Allusio est ad ethymologiam vocabuli possessio, quæ est dicta quasi pedum positio. in l. i. dig. de acquirenda possessione. Hanc vero teterrimā) Antoniū non ferendū esse docet. Quid est in Antonio) Est locus à vitijs Antonij. Quapropter quoniam res) Hortatur Patres, vt de Antonio supplicium sumant, & vt is è medio tollatur. Aut libertatem) Argumentum à disiunctiuo. Multa quæ) Præoccupatio. Alij spe recuperandæ) Locus à diuisis. Quæ necessitas) Locus à necessitate. Quid hic faciat) A futura Antonij crudelitate & audacia colligit. Quid hic victor) Argumentū à minori. Tanta scelera) Per distributionem scelera Antonij recenset. Cȩdis, & incendiorum) Congeries factorum est. L. fratrem expectat) Crudelitatem L. fratris Anto. criminatur. Ex Myrmilione dux) Reciarius & Myrmilio gladiatores erant: quúmque Reciariꝰ aduersus gladiatorē pugnaret, ita ei cantabatur, Nō te peto, piscē peto. Nam Myrmilio more Gallico in galea piscis effigiem habebat. Author Festus Pōpeius. Cædit greges armē torum) Partim distributio est, partim ὑποτύπωσις. Tempore oblato) ab occasione argumentum. Magna vis est) Sententia est. Videtis ne refertū) Argumentum à populi frequentia. Hunc ego diem) A sua persona argumentum. Dij immortales nobis) Est locus ab authoribus prȩsidiorū. Si enim ille) Est locus à malis futuris. Hanc igitur occasionem) Clausula est.

Et amplissimi orbis) Ab officio & munere locus. Nihil est quod moneam) Obliqua monitio est. Non modo crudelem) A futuro malo argumentum Nostis insolentiam) A moribus Antonij. Nostis amicos) A moribus amicorum. Quod gladiatores) A simili docet quid faciendum sit, si forte Reipub. finis instet. Nihil est detestabilius) Confirmato a sententia. Ad decus) A natalibus argumentum. Aut hæc teneamus) Enthymema est. Sunt impij ciues) Non timendos impios ciues esse dicit. Quorum opprimendorum) Est locus a facultate opprimendi impios ciues Ad ea enim) Explicat potestatē, & fortunam opprimēdi ciues impios. Quas ob res) Epilogus orationis est, in quo omnem suam sententiam de tota re aperte significat. Consulis designati) D. Brutus, & C. Plancus Consules erāt designati, Consulatum finito Pansæ & Hircij magistratu, inituri. D. Brutum Imperatorem) Distributio est.

FINIS.

SCHOLIA CHRISTOPHORI Hegẽdorphini, in Quartam Philippicã.

ARGVMENTVM.



Ratio hæc ad populum habita est mixta, partim suaso-ria, partim demonstratiua. Suasoria quidem, quia suadet populo Romano, vt Rempub. defendat, libertatem recuperet. Demonstratiua, quia subinde in Antonium inuehitur. Frequentia vestrũ) Exorditur partim à spe, quam à frequentia populi captat, vt qui sibi auidus reparandæ libertatis confluxisse videatur, partim suo in defendenda libertate studio: Item collegit Enthymematice. Et alacritatem mihi summam) Benenolentiam captat à suo studio in Republica defendenda, & à spe libertatis recuperandæ. Hodierno enim die) Attentionem aucupatur. Nunc vero multo sum) Prepositio. Antonius est hostis Reipublicæ. Aut ille hostis contra) A disiunctiuo argumẽtum est. Laudo, laudo vos) Argumentũ à populi gratitudine, & est πλοκή. Sunt enim facta eius) Argumẽtum à genere factorum. Multa memini) Exaggerat factum Octauij. Nihil ex omnium sæculorum) Hyperbolica exaggeratio est, & à nullo facto seu exemplo. Antonijq; furorem) Exaggeratio. Quis est enim) Argumentum à necessitate est. Non sine exitio nostro.) Exitio futurum reditum Antonij ab antefactis quibusdam eius confirmat. Quod autem erat præsidiũ) Locus à coniugatis. Quem enim appel.) Cõfirmatio. Quid Legio Martia?) Laus Legionis Martiæ à nomine. Nã ille si) Argumentũ à conditionali & est Enthymema. Præclara & luculenta) Argumentum à populi reclamatione. Qui se ad Senatus) Argumentum ab honesto à meritis. Hostem illum) Incrementum vocũ. Parricidam) Abusio in voce parricida. Albę constituerunt) Laus Albæ. Huius Martiæ leg.) Epilogus argumentorum omnium prædictorum. Quæ expectas M. Anto.) Apostrophe ad Antonium. Laudantur exquisit.) Interpretatio. Consulem quam hostem ma.) Argumentum à signis. Nisi forte vos Quir.) Correctio tacita. Municipia) Argumentum à consensu municipiorum. Omnes mortales vna) Argumentum a suffragio omnium hominum. Quid D. Bruti) Argumentum a Bruti iudicio. Eius dicto perspicere) Quod ille Propretor Galliæ, & Cõsul designat⁹ affigi curarat, se nõ cessurum Antonio prouincia. Est enim quasi deorum) Arg. ab authoribus quibus Reip. genus datum Brutorum. Quid igitur D. Brut⁹) A factis Bruti indicat, qualem virum Antonium iudicauit. Excluſit prouincia) Distributione vtitur hoc loco. Si Consul Antonius) Argumentum ab Enthyme

mate conditionali. Num igitur vtrum.) Probat Enthymematis antecedẽs.

Vos vna mente) Argumentum à conſenſu populi. Decreuit Senatus) Argumentum a decreto Senatus. Deinceps laudatur)Locus à laude Galliæ. Omnes enim qui ſub Conſ.)Epilogus argumentorum. Negat hoc) Inductio eſt. D.Brutus imperator)Amplificatio à conditione. Quis igitur illum)Inuehitur obiter in quoſdam ciues impios Reipub. O dij immortales)Abominatio eſt. Ita vero Quirit.)Pœnam quam Antonius de alijs ſumere cogitarit,in ipſum relapſuram confidit. Quo huius amentiæ)Hic habes ſtatum coniecturalem. Iam enim nõ ſolũ homines)Confirmatio Argumenta ſunt duo:alterũ ab hominum, alterum ab immortalium deorum conſenſu. Si enim prodigijs) Conſenſum deorum probat ratiocinatione in ſecunda figura. Si enim prodigijs atq;)Maior propoſitio. Si enim tantus conſenſus) Minor propoſitio. & eſt arg . à cauſſa ad effectum. Quid eſt quod de volũ.)Concluſio. Faciẽ igitur vt)Concluſio orationis,in qua hortatur Quirites,vt Reipublicæ libertatem recuperẽt. Vt Imperatores inſtruct.)Propoſitio eſt exornata ſimili, & occupatione. Non eſt, non eſt) Prolepſi vtitur hoc modo:quid ſi aliqua pacis conditio cũ Antonio fieri poſſet? Cum eo hoſte)Argumentum à genere hoſtis. Sed iam iratus Argumentum ab habitu animi. Nullus ei ludus)Eſt locus à neceſſitate. Quam cruor,quam cædes)Exaggeratio,& incrementum eſt in vocibus. Tetrãq; belua)Amplificatio in voce belua eſt. Si enim illinc emer.)Eſt locus ab opportunitate. Nullius ſupplicij)Argumentum à futuris malis. Sed tenetur)Argumentũ à copijs. Incũbite in cauſſam)Modeſta hortatio eſt. Nũquam inter Senatum) Argu.eſt hortatorium à conſenſu Senatus & Populi. Agitur enim non qua) Argumentum à cauſſa conſenſus. Quanquam mortem quidem prolepſis eſt modo.Etiam ſi Antonius nos occidat , quid tum, tamen moriendum eſt omnibus. Crudelitatem mortis.) A genere mortis confutat obiectionem. Quæ propria eſt Romani) Argumentum eſt à proprio generis Romani. Hanc retinete) Eſt locus à maiorum imitatione.

Quanquã omnia alia) Obiter admiſce laudẽ virtutis. Virtº eſt vna) Laus virtutis à cõſtantia. Quæ nunquã vlla vi)Laus virtutis a firmitate. Hac virtute)Laudat virtutẽ ab effectibº. Deuicerũt,exciderũt)Interp̃tatio ẽ. Ac maioribº quidẽ)Collatio hoſtiũ,quibº cũ maiores Ro. bello decreuerũt, & Antonij prçſentis hoſtis. Cũ eo hoſte)Enallage numeri. Qui haberet Rẽpub.) Enumeratio eſt. Eſt igitur Quir.P.R.) Clauſula. Spartaco)

Spartacum appellant Antonium, quaſi alterum gladiatorum principem, ducem fugitiuorum,qualis fuit Spartacus. Nam qui ſe ſimilem) Confutat hoc quod Antonius gloriabatur ſe Catilinæ ſimilem exiſtere. Ille quũ exercitum) Collatio perſonarum. Equidẽ quantum)De ſe pauca dicit. Hic quum ipſum exercitum)Intelligit quinq; Legiones, quas Antonius in Macedonia habebat . Neq; enim id pro veſtris) Argumentum eſt à beneficijs.

Longo interuallo) Hæc propter Iulium Cæſarem dicit,ſub quo libertas Reiublica laborabat.

FINIS.